



13



A.a.s.

20.




2 400 40  MADE IN SPAIN




R-6688.

Del Colleg. de la Comp. de Hrs de Granada



SECVLII SCOTI HY

BERNIENSIS, IN OMNES EPI
STOLAS PAVLI COL
LECTANEVM.



BASILEAE PER HENRICVM PE
TRVM, MENSE MAR
TIO, ANNO
M. D. XXVIII.

Cum gratia & priuilegio Caesareo.

col. G. H. b.
se. D. Alcaraz



SECVLII VITAE IOANNIS TRITEMI DESCRIPTA.

SECVLIVS presbyter, natione Scotus, Hildeberti Scotorum Archiepiscopi ab ineunte aetate discipulus, uir in diuinis scripturis exercitatus, & in secularibus literis eruditissimus, carmine excellens, & prosa, amore discendi Scotiam relinquens, uenit in Franciam, deinde Italiam perlustrauit, & Asiam, postremo Achaiae finibus excedens, in urbe Roma mirabili doctrina clarus effulsit. Scripsit autem & metro, & soluta oratione plura opuscula, de quibus ego tantum reperi subiecta. Ad Macedonium abbatem, opus insigne iuxta seriem totius Euangelij, quod praenotauit:

Carmen paschale metrico	lib.	4.	Paschales quicunque dapes.
In omnes epistolas Pauli profaice	lib.	14.	Anteque apostolica uerba.
De miraculis Christi	lib.	1.	A solis ortus cardine.
Ad Theodosium Imperatorem	lib.	1.	Romulidum ductor clari.
In manus uolumen Prisciani	lib.	1.	
In secundam editionem Donati	lib.	1.	
Exhortatorium ad fideles	lib.	1.	Cantemus socij dno can.
Epistolas plures ad diuersos	lib.	1.	Sedulius Scotigena.
De miraculis Christi profaice	lib.	2.	

Alia quoque nonnulla edidit, quae ad notitiam meam non uenerunt. Hic tandem, ut Sigebertus scribit, Episcopus ordinatus fuit, sed ecclesiam uel urbem ubi, non exprimit. Claruit sub Theodosio, Anno CCCC. XXX.

REUERENDISSIMO

IN CHRISTO PATRI, ATQUE EIDEM ILLUSTRISSIMO PRINCIPI, D. DOMINO PETRO TOMITIO, ANTISTITI PREMISLIENSI, IOANNIS RICHARDVS S.



E ipsa nunc demum comperio uerum esse, Reuerendissime in Christo pater, atque idem illustrissime princeps, quod mutis ut magistris crederem, inducere aegre animam unquam potui. Id scilicet esse recte factorum, atque adeo uirtutis ingenium, ut cum ea nihil sit nobis amabilius a dijs immortalibus datum, tantam in animis hominum excitet admirationem sui, ut eos etiam quos nunquam uidimus, quodammodo tamen diligamus, eo quod lumen quasi probitatis & uirtutis, ut Tullius noster ait, in ijs nobis perspicere uideamur, ad quod propius contuendum cum incredibili feramur cupiditate, facile sit, ut laborem quem ipsi nobis, quo tali potiamur uirtute, indicimus, non modo boni consulamus, sed & ultro audeamus arripimus. Hanc nimirum uirtutis fama Platonem ipsum Philosophorum parentem exciuit, ut non

Virtus admirationem sui excitat.

Plato.

T. Linius.

Sarmatae Poloni hodie.

Adumbrata quaedam nobilitatis argumenta.

satis duceret, eminere disciplinis quas poterant Athenae illae optimarum artium inuentrices conferre; non Pythagoreorum, ad quos in Italiam nauigauerat; Aegypti quoque sacerdotes, qui tum per celebri apud externos uirtutis opinione florabant adijt, non tam eo nomine, ut nonnullos sentire legimus, quo arcanae cuiusdam, atque nescio cuius professionis mysterijs initiaretur, sed quod in praecipua numeraret felicitate, uir alioqui absolutus, iunxisse cum ijs quoque amicitiam aliquanto arctiorem, quos eo uiderat loci euectos apud suos, ut uno omnium ore uirtutum ijs deferrentur primae, Quid quod diuus quoque Hieronymus testatur, quosdam ex ultimis Hispaniae, Galliarumque finibus, uiros illustres Romanam uel ob hoc solum uenisse, ut Titum Lium, illum lacteo eloquentiae fonte manantem contuerentur, qui mox etiam uiso eo, Plinio teste, recta domos reperiuerunt. Tale uero mihi quid accidisse in te quis non monstrum dicat simile? cuius est media uideat Sarmatia, tanto locorum interuallo, nec ullo linguae commercio penetrasse ad nos usque uirtutem atque eruditionem, neque eam uulgarem, ut non modo uiuus per ora uolites uirum, ut ille dixerat, quod tamen tibi ita instituto cuius triumpho facile erat praeposendum, uerum etiam cum solidum eius rei caperes fructum, summo studio caues, ne apud quemquam ea tibi res fraudi sit, neue cuiusquam inuidia; id quod in eam partem intelligo Reuerendissime pater, quasi deos tu habeas consiliorum tuorum autores, & quasi conductitiam aliquam domi Egeriae alas, cuius congressu, ueluti Numa aliquis tantas res agas, ad quas nec ulla inuidiae uis, quantumuis parata honestioribus institutis infidari, ausit aspirare. Etenim non libet iam quicquam mihi superstitiosius de gentilitio illo stemmate tuo, de cognomine, de generis antiquitate arguari, hoc est, ut ego intelligo, de adumbratis uirtutum argumentis, ac plerumque fallacibus, quorum cum tu laudem apud tuos habeas praecipuam, adeo tamen inde non putas pendendum, ut ne quidem inchoata tibi persuadeas, nisi doctrinarum accedat,

Nobilitas que
dam fortuita.

Hat, atq; demum uirtutis quaedam, ut sic dixerim, postrema manus. Qua quidem re unus es R. P. qui rectissime existimes, praesertim cum generis illa nobilitas plerumq; etiam indignis, ne dicam interim omnibus sceleribus obrutis tanquam fortuito accidat. Ea uero rerum administrandarum dexteritas, quam in te tanto consensu praedicant, ea prudentia non nisi diuinitus potest esse comparata, aut longo rerum usu, quo es affectus, ut Serenissimo illi Polonorum regi SIGISMUNDO non solum sis a consilijs, sed & prerogatiuam quandam extra tui similitum uulgas sis sortitus, ut consiliorum tanti Regis cum longe maximam partem sustineas, tum sit in te tota Polonia ita inclinata, ut quod ex sententia in hunc diem ei cesserint omnia, & quod a belli rabie absit, hoc uni tibi uel potissimum debere publice profiteantur. Felicem hunc Regem, quod magis etiam dicas, si eius regni conditionem cum caeteris pergas conferre, quorum unum uix proferas, quod non uel temporum iniuria perstrinxerit, uel non dicenda bellorum insania attriuerit, uel clandestinis seipsam dissensionibus afflixerit. Bellum uero cum dico, compendio tibi semel uolo quicquid est usquam calamitatis ob oculos posuisse: siquidem nulla est tam foeda lues, quae non communiione quadam ac consortio ei iuncta uideatur. Galliae enim quantulum uidentur abfuisse non dicam ab interitu, quod florentissimo regno ut accidat, nescio an expediat, dolendum certe fuerit, sed a summa rerum omnium desperatione: Ut interim foederis illius non meminerim, Hungariam uero quid commemorem: quae ut diuinitus paulo ante nulli cessit, ita est incursionibus Turcorum tam miseris accepta modis, ut non uideatur se receptura facile, cui etiam hoc male seorsim accedit, ut illo Regum ambitu certatim grauius prematur, nisi quid tandem FERDINANDVS respexerit, iuuenis non uni regno natus: eiusmodi autem praeditus moribus, qui cum alijs grauissimis rebus, tum ipso etiam imperio sint dignissimi. Dania quorsum loci reciderit, nemini obscurum est. Sola, dijs gratiae, restat Polonia, diuina Regis sapientia, & tui similitum moderatione immunis etiam non ab omni grauioris fortunae uel suspitione etiam. Quod item haud satis scio an non & alijs nonnullis accidere potuisset, qui fortunam ipsi suam, si non talem fingunt, certe laceant, cum uidelicet malunt summo iure de rebus non ita magnis contendere, & sic de summa rerum in dubium uenire, quam pro temporum ratione aliquid de suo iure remittere, cum interim non desint qui & regum hoc pacto abutantur beneuolentia, & ex rebus sic temere confusis ipsi emolumentum capiant, uix sperandum, si res essent quietae. Non desinam ergo eiusmodi regem gratulari Poloniae, & regi tales Nestoras, quorum prudentia ocium detur a communi, ut sic dixerim, belli societate, cui fatalis quaedam fors Reges, Principes, sacros, ac prophanos omnes immiscuit. Dicerem pluribus, quae in te literae essent, quae rerum cognitio, nisi unum hoc esset abunde magnum summi ingenij argumentum, quod omnis generis eruditos & studiosos undique gentium autoritate tua iubet conquiri, atq; honorifice oblati conditionibus in P. T. aulam allucis, quod cur faceres non esset causa, nisi sis ipse eruditissimus. Eorum uero, ut alios taceam, qui sunt sane plurimi, unus est mille instar ANTONINVS, homo ad unguem ab ipsa rerum natura adeo fabricatus, ut quod ad literarum, humanitatisque cumulum accedere possit nihil reperias. Quem sane Poloniae inuiderem, nisi tam tenebris patriam, uelut Vlysses quidam Ithacam suam amasset, ut liberalitatem amplissimi senatus nostri publico S. C. oblatam, nescio utrum praesertim Poloniae sua, an rustico quodam pudore, quo est fere praeditus & inutili, contempsisset. Dolenter haec

Gallia.

Hungaria.

Dania.
Polonia sola
re exors belli.

Antoninus
Cracouiensis.

Basiliensum
beralitas in do
ctos.

ter haec, ita ut aequum est, scribo R. P. propter eius desiderium, qui cum esset consiliorum, animorumque tanta mihi coniunctio, hac praesertim tempestate, cum optimis quibusque adeo laboratur, tum sincere amicis maxime, cum nulla tamen re in uita perinde opus sit. Consolatur tamen me uicissim, quod is manum meam egressus, a maximis quibusque, adeoque in ijs a tua paternitate ob curam corporis honorifice excipitur, ad quam quidem tuendam dispeream si quisquam sit magis futurus usui, ut non possim non uehementer animi tui iudicium laudare, & prudentiam singularem admirari. Nam cum a Medico expectetur in primis artis quam tractat peritia, tum fides est quae non leue pondus affert, adeo ut sint nonnunquam quibus licet, quod ad artem ipsam pertinet, omnia tribuamus, haud tamen uidentur digni, quibus salus tutum credi aut possit, aut debeat. Adde etiam, quod ad sanitatem non parum adfert momenti, esse aliquem, cui te ob perspectas ingenij dotes, ac cognitam longa familiaritate fidem uoluntate etiam tua curandum exhibeas. Qualem esse tibi confirmo ANTONINVM, hominem ita tui amantem, ac laudum tuarum apud nos praconem, ut non putet committendum quicquam ad nos suarum literarum, id quod fere solet, proficisci, nisi eas ex maxima parte in tuis laudibus absolutas: quibus eiusmodi nobis te Antistitem adumbrat, qui iure ueteribus uideatur comparandus, hoc certe seculum uix reperiat quem aliqua ex parte saltem queat conferre. Quod me quidem mouit R. P. ut quoquo modo cuperem tibi aliqua ratione innotescere, non quidem hoc ambiens, ut in amicorum numerum recipiar: Quis enim hoc sanus contendere uel per scelus etiam mei ordinis ausit: sed ut extrema saltem apud te parte haeream, quo uel sic palam fiat paternitati tuae, quantum etiam exteri huic animo, tot liberalibus uirtutibus instructo, debere se fateantur. Nec abest spes fore, quae fertur humanitas tua, ut benigne sis me candidoque amplexurus, praesertim qui in adeundo te eam mihi religionem proposuerim, ut sine munere, ueluti Parthorum aliquem regem salutaturus, illotisque manibus non putem propius accedendum. Est autem munus hoc recens, nunc non natum, sed erutum in lucem, quamuis non satis scio an non natum quoque dici possit quod sic interciderat, SEDULI Hybernensis, autoris uetustissimi. Cuius Collectanea, sic enim librum suum inscripsit, in diui Pauli Epistolas sub nominis tui auspicio, reuerita seculi nostri sinisteritatem prodeunt, usque ad hoc exemplari emendato, atque uetustatis adorandae, quod paulo ante nobis Illustrissimus princeps, idemque humanissimus Antistes Fuldensis IO. ab HENNEBERGA, ut est affectus erga studia, communicauerat: quo tu Heroe caue putes quicquam esse usquam amantius, & ab omni supercilio, quo fere hoc hominum genus insolescit, remotius. Et quamuis uersicolor illa dictio eiusmodi sit, ut cuius facile probare uideatur, quaedam auctori alicunde esse affuta, nisi inscriptionis in mentem ueniat, qua praesertim fert aperte, unde libet esse, quod opere dignum iudicasset, uelut mutuam corrogatum. Nos certe ab exemplari ne latum quidem unguem discessimus. Quem quidem laborem nostrum, ornatissimae Antistes, si cordi tibi sensero, fiet ut non modo bene locatum sim mihi munus gratulaturus, sed & subinde dispectus, quid dignitati istae tuae magis ac magis conueniat. Vale Reuerendissime Antistes, & ANTONINVM, id est mei dimidium, quod bono tuo potes, amplectere, & diuinis eius uirtutibus perpetuum frui. BASILEAE, Mense Decembri. ANNO M. D. XXVII.

Amicorum ue
rorum inopia.

Medici officiu

Collectanea

Versicolor dia
ctio Sedulij.

MEMORA

BILIVM RERV M,
QVAS SEDVLIVS
PASSIM TRA
CTAT, INDEX.

A



Bba pater quare dixe
rit 26. C
Abel præfiguratur Chri
stum 76. D
Abraham credens iu
stificatur 16. A. &

16. C

Abrahā secūdū carnē nōnullis est pa
ter, alijs uero secūdū fidem 15. C
Abraham de Cethura filios genuit,
qui de Sara non potest 17. A
Abraham filij sumus, si crediderimus
79. D & 16. C
Absit, quid sit in Apostolo 11. B
Abstinerē à uitijs Christiano satis nō
est, nisi accedant opera fidei 10. A
Abundantia omnis uermes generat
67. B
Acceptionem personarum non esse
apud deum 31. D
Achab pphetas persecutus est 37. A
Achaia frater meus interpretat̄ 48. A
Adam quo pacto forma fuerit Chri
sti 19. C
Adam morientium forma est 61. A
Adducere præputium quid sit 53. D
Adoratio est nonnunquam sine affe
ctu 3. C
Aduentum Christi qui uere expe
ctent 48. D
Aduentus Christi uiuos quosdā in
ueniet, & mortuos suscitabit 44. C
Adulatio quō spectet 87. B
Adulteri Euangelij qui sint 22. D
Aëra cadere, est inania sectari 56. A
Aegyptij coluerunt Apim 5. B
Aegyptiorum est ad ecclesias post
cœnam conuenire 57. D
Aemulatio Pauli fuit sine inuidia
68. C

Aemulatio triplex est 66. D
Aequalitas est in magnitudine 90. D
Affectio impletio est charitatis 6. A
Agar ancilla Abrahami 74. B
Agnitio dei à peccatis liberat 22. A
Alia lex est operū, alia fidei 14. D
Aliam creaturam Paulus pro idolis
dixit 30. A
Allegoria intelligendæ ratio 74. A
Alligare os boui trituranti 55. C
Altum non esse sapiendum 38. D
Amaritudo quæ sit 13. B
Amorialis 78. C
Amen confirmantis est 48. A
Amor maritalis sanctus sit 82. D
Anachel angelus 41. B
Anathema detestatio interp. 58. B
Andronicus decorus interp. 48. A
Angeli 78. A
Angeli quo pacto genua flectant
deo 85. A
Angeli ministri altaris dicuntur 57. B
Angeli spectatores sunt nostrorum
certaminum 27. D
Angustia 7. C & 66. A
Anima pro toto homine sumitur 7. B
Antichristus unde dicatur 89. B
Auditus præcedit fidem 35. D
Aurum cui comparetur 50. D
B
Babylonij primi idololatæ 5. A
Baptismus quare per aquam ce
lebreur 20. D
Baptismus resurrectionis est pignus
20. D
Baptismus inutilis est, nisi sepelia
mur cum Christo 20. C
Baptizari pro mortuis 61. B
Baptizari in nube 56. B
Barnabas Gētiū fuit apostolus 71. C
Barnabas quid sonet 48. A
Beatitudo hominis à Dauide remis
sio peccatorū p fidē dicitur 15. D
Beatitudo trium temporum 16. A
Belial absq; iugo est 81. B
Benedictio quid sit 67. C & 67. D
Benedictio pro abūdātia ponit̄ 67. D
Benedicere quid sit in scripturis 42. C
Bonum

I N D E X.

Bonum esse non tangere mulierem
quid sit. 53. B
Brauium lamina argentea est. 56. A
Brauium supernæ uocationis. 85. D
Breue est omne, quod aliquando for
titur finem. 54. B
Breuitatem orationis cum intellectu
laudat Paulus. 60. A
Bythina filiam speciosam sonat.
48. A

C

Calcem aduersus stimulū quid
sit. 25. C
Calix noui testamenti quis. 50. A
Caius primus Episcopus Thessalon
ca, 47. C
Canes pseudoapostoli à Paulo dicit̄
tur, lacerantes uerbum dei. 85. C
Caput. 43. B
Captiuitas Iudæorum sub Tito & Ve
spasiano. 37. D
Carbones ingerere in caput alicuius
43. A
Caro pro toto homine nōnunquam
ponitur. 2. B
Carnis aliqua cura est omittenda.
26. B
Carnis debitores nos esse non oport
tere 26. B
Carnem non possidere regnum dei
quid sit. 62. A
Carnis pugna cum spiritu. 75. A
Carnales homines qui. 25. A &
23. D
Carnales causæ quæ dicantur. 63. A
Caupones uerbi dei sunt pseudoapo
stoli. 63. D
Cenchrus portus est Corinthi. 46. C
Cercualia de furto consuere scriptu
rarum. 81. B
Charitas colligit multa in unū. 92. B
Charitas manebit etiam uita exutis,
59. C
Charitatis laus. 59. A
Charitatem habere secundum scien
tiam. 35. A

Charitatem finem esse præceptorum
quid sit. 93. A
Charitatem diffusam in cordibus no
stris. 18. A
Cherubin. 14. C & 78. B
Chirographum Christum deleuisse
quid sit. 91. C
Chloës ciuitas Colossensiu fuit. 49. A
Chori angelorum nouem. 78. A
Christus propter alios passus est
84. D
Christus legalia omnia morte sua sus
tulit. 9. A
Christus omnia in omnibus. 92. B
Christus Iudæis est scandalum. 49. C
Christus angularis lapis est, quem Iu
dæi edificantes reprobauerūt. 79. A
Christus etiam aliquo modo aposto
lus recte dicitur. 2. D
Christus dā nauit peccatū in carne. 25. A
Christus plerisque lapis offensionis
est. 34. C
Christus arbor uitæ est. 21. A
Christū legis finē esse quomodo in
telligatur. 35. B
Christus quosdam responsione indi
gnos duxit. 33. B
Christus quo pacto resurgat in nobis
35. C
Christus patientiæ nostræ exem
plum est. 45. C
Christus omnium sanctorum caput
est. 91. D
Christi descensus in die iudicij. 88. B
Christi mors parui tēporis fuit. 18. B
Christi corpus perfectum. 78. B
Christi dominium in homines du
plex est. 44. D
Christum induere. 44. B
Christianus princeps seruiendo do
minetur. 82. C
Christianus perfectus ex quibus con
stet. 83. D
Christiani ueri plus sunt quàm homi
nes. 50. C
Christiani iudicia non agnoscūt. 52. B
Christianorum agon. 56. A
Christus in Paulo. 7. D

Circuncisio

I N D E X.

Circuncisio cultris faxeis fiebat. 9. B
 Cilicia coetus, uel luctus, uel assumptio interpretatur. 48. A
 Circuncisio fuit nonnullis pro uernaculo quodam insigni. 9. D
 Circuncisio mystica quæ sit. 9. A
 Circuncisio omnibus communis fuit, qui cum Iudæis uersabantur olim. 8. D
 Circuncisio quare octauo die facta sit. 9. B
 Circuncisionis duo sunt genera. 9. B
 Circuncisione uirginitas est figurata. 53. D
 Circuncidare cor quid sit. 10. B
 Clamor ex furore est. 81. C
 Claudius spem tranquillitatis sonat. 48. A
 Cloës inuestigantes, uel omnes, uel conclusio, uel consumptio interpretatur. 48. A
 Cœlum illud quod uidetur non est credentibus nobis paratū, sed aliud excelcius. 28. A
 Cognati Pauli. 46. C
 Cognitio peccati per legem quid sit. 13. D
 Cognoscere creatorem prima est iustitia. 34. C
 Cohæredes Christi quomodo simus. 26. D
 Colere simulachra est uertere ueritatem in mendacium. 58. C
 Colceia uox facta interpretatur. 48. A
 Collectæ ecclesiarum. 62. B
 Columbas offert, qui uagas cogitationes amputat. 40. D
 Cōpati Christo est passiones æquo animo ferre. 27. A
 Concorporales Christi sumus. 79. C
 Cōmunia debent Christianis omnia presentia esse. 67. C
 Commutare ueritatem in mendaciū. 5. C
 Conclufa omnia sub peccato. 39. D
 Concubini ueterum castrabantur in honorem Magnæ matris deorum. 52. C
 Concupiscentia unde dicta. 92. A
 Confirmare aliquem. 3. D
 Conformes imaginis filij dei quid sit. 28. C
 Coniugium est hominum seminariū. 54. A
 Coniugium orationes impedit. 54. C
 Conscientiæ nos subditos esse debere. 43. D
 Conscientiam testimonium reddere. 30. B
 Consepelitur Christo, non autē cōbaptizatur. 20. C
 Consiliarius dei quis fuit. 40. B
 Consolatio scripturarum. 45. C
 Consolationes contra tribulationes uitæ. 29. D
 Consolationis forma data à Paulo. 62. C
 Contentio. 7. A
 Contentio pertinaciam habet adiunctam. 5. D
 Contentio parit inimicitias. 44. B
 Contentiosi non sunt inter Christianos numerandi. 97. A
 Contentio dicitur qua peccatores iugum domini cōterere nituntur. 13. B
 Conuersari sine querela. 85. A
 Conuiuia Corinthiorum in ecclesijs. 57. D
 Coram deo iustificari. 13. C
 Cor durum in scripturis quod dicitur. 6. D
 Cor animalis uirtus dicitur aliquoties. 7. D
 Cordis circuncisio uera est circuncisio. 9. B
 Corinthus oritur ipse interpretatur. 48. A
 Corinthij dialectica fuerunt studiosi. 49. D
 Corinthiorum epistola scripta è Macedonia. 63. B
 Corpus spirituale quale sit futurum in resurrectione. 61. D
 Corpus animæ est uinculum. 80. A
 Corpus mortis uocatur in quo habitat peccatum. 24. C

Corpus

I N D E X.

Corpus Christi est ecclesia. 41. C
 Corporale quid sonet. 91. B
 Correctione rhetorica utitur Paulus. 73. D
 Creaturam uanitati subiectam esse. 27. C
 Creaturas dolētibus cōdolere. 27. D
 Credere nō est humanarum uirium. 15. D
 Crispus sciens interpretatur. 48. A
 Crux Christi angelis etiam profuit. 79. D
 Crucis Christi potentia. 49. C
 Cuius uult miseretur, & quem uult indurat, quomodo intelligatur in Paulo. 32. D
 Crucem Christi euacuari. 49. B
 Cupidi inanis gloriæ qui sint. 75. C
 Curiosus qui dicatur. 95. C
 Curæ est deo quod eamus annuntiatum uerbum eius. 4. A
 Currere in stadio quid sit. 56. A

D

Damascus sanguinis potum sonat. 48. A
 Damasci bis periclitatus est Paulus. 71. A
 Damnare peccatum quid sit. 25. A
 Danielis locus exponitur. 2. A
 Debitum reddere potest de elemosyna intelligi. 43. D
 Decalogus quando sit datus Israelitis. 43. A
 Declaratur locus ad Galatas: Si circūcidamini Christus uobis frustra est mortuus. 9. D
 Declaratur locus psalmi. 67. fo. 1. B
 Declaratur locus Esaiæ: Latere sterilis, quæ nō parit. 74. C
 Declaratur dictum ad Galatas: Si hominibus placerem Christi seruus non essem. 57. A
 Declaratur locus Pauli: Caro concupiscit aduersus spiritum. 75. A
 Declaratur Euangelij locus de palmitate. 4. A

Declaratur locus Davidis: Pronuntiaui omnia iudicia oris tui. 40. D
 Declaratur locus Davidis: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. 13. A
 Declaratur locus Davidis: Ut iustificeris in sermonibus tuis. 11. D
 Declaratur locus in Genesi de animabus, quæ cum Iacob in Aegyptum commigrauerint. 7. B
 Declinat, qui à recto tramite discedit. 13. A
 Demas silens interpretatur. 48. A
 Descensus Christi ad inferos. 19. B
 Destinare aliud est quam prædestinare. 2. C
 Dies mali per metanomiam dicuntur. 82. B
 Deus est cuius quod impensius præceteris colit. 3. B & 81. D
 Deus Abraham. 3. A
 Deus aliquos non nouit. 28. C
 Deus gratia sua nonnullis adest. 63. A
 Deus blasphematur in creaturis, quando dubitamus an comedi debeant. 45. A
 Deus meus blandientis sunt uerba. 3. B
 Deus quid spectet in elemosynis. 67. A
 Deus odit omnia ficta. 92. C
 Deus uelut paterfamilias dispensat nobis certas functiones. 32. C
 Deus immensus donat gratiam secundum mensuram. 80. B
 Deus quodammodo etiam est in peccatoribus. 65. D
 Deus solus diues est. 40. A
 Deus erat in Christo quomodo intelligatur. 65. D
 Deus pacis. 46. B & 70. B
 Deus uult omnes homines saluos fieri quomodo intelligatur. 93. D
 Deus diues est inuocantibus eum. 35. D
 Deus ipse lex est. 14. A
 Deus queritur in obseruatione mandatorum. 13. A

* Deus

I N D E X.

Deus paucorum est uoluntate, licet
natura sit omnium 3. A
Dei patris sumus adoptiui filij 3. A
Dei sapientia creatrix est humanæ
49. B
Dei regnum est gratia regnante 20. B
Deum longe esse ab impijs quid sit
78. D
Deum esse pro nobis 29. A
Deū nemo sicuti est cognoscit 59. C
Deum obturare quorundam corda
quid sit 5. B
Deo uiuere est ex uoluntate dei uiue
re 20. B
Dij sunt ad quos sermo dei sit 11. C
Dextra sunt omnia prospera 66. B
Dextera dei, qua saluamur dicitur
4. B
Diabolus sub specie honesti fallit
simplices 63. C
Diabolus licita quædam dum uertit
aliò, facit illicita, & ob id fiunt pec
cata 5. C
Diabolus criminator interpretat 31. B
Diaboli regnum est regnante pecca
to 20. B
Diaconissæ in Oriente erant tempo
re Sedulij 94. D
Diaconissæ in Oriente ministrant
46. B
Dialecticæ uires quantæ sint 10. B
Dicta pro factis ponuntur in scriptu
ris 58. B
Dies obseruare prohibitum 73. D
Diem domini sicut furem uenturum
88. C
Dijudicare corpus domini 58. A
Diligere est filiorum 26. C
Discipulus Christi quid debeat maxi
me spectare 45. B
Discipuli olim necessaria præceptoribus
suppeditabant 55. C
Dispensationem esse alicui creditam
55. D
Diuina scriptura regis domui compa
ratur 33. B
Diuinitas dei est qua omnia replet
5. A

Diuisiones gratiarum 58. B
Diuitiæ dei circa humiles enitescunt
34. A
Diuitiæ simplicitatis quæ dicantur à
Paulo 67. A
Diuitiæ domini quales 35. D
Diuitias bonitatis dei cõtēnere 6. D
Dolus quid sit 5. D
Dolus quid sit, & quando committat
tur 13. B
Domestici fidei qui sint 75. D
Dominationes inter choros angelo
rum 78. A
Domus nostra corpus est 65. A
Domus magna à Paulo non dicitur
ecclesia 97. B
Donec, in scripturis quid sibi uelit
61. B
Dona nonnunquam indignis tribu
untur 58. C
Dona quædam sunt, non tamen spiri
tualia 3. D
Dona quæ obtinentur à deo in alijs
alia sunt 41. B
Donorum diuersitas ad concordiam
nos inuitat 41. C
Dualis numerus aliquando pro im
mundis ponitur 14. C
Duces cæcorum qui sint in Paulo
8. B
Duo populi semper in una plebe
13. C
Duplex est resurrectio 21. A

E

Ecclēsia præfigurata in Eua 19. C
Ecclesia quædam est, quæ non
est dei 48. C & 62. C
Eclipses sunt in præfationibus Pauli
2. D
Ecstasis 65. B
Edom sanguineus interpretatur 31. A
Elatus 5. D
Eloquia dei quæ 11. B
Elementa in firma cur dicantur 73. D
Elementis seruitum est à Gentilibus
73. C

Elementis

I N D E X.

Elementis certum est assignatum à
deo officium 27. D
Elocutiones quædam inchoatæ in
Paulo 24. A
Emituralienum 72. C
Emortuū corpus Abrahæ quid sit 17. B
Enthymemata in Paulo 12. B
Enunciatio uariat nonnunquam scri
pturæ sensum 29. B
Epaphra uidens est 48. A
Epaphroditus frugifer interpretatur
48. A
Ephesus uoluntas eius sonat 48. A
Episcopi hospitalitas 94. C
Episcopi quādo coepti fuerint creari,
& quo consilio 98. D
Episcopum nō esse neophytū 94. C
Episcopis duobus non licet esse in
una ciuitate 49. A
Epistola ad Romanos ex magna par
te est è ueteri testamento 12. D
Erastus frater meus uidens interpre
tatur 48. A
Esau quia malus erat, omnes ex eo de
scendētes pro reprobis habent 31. C
Esau etiam bonorum quorundā fuit
pater 31. C
Esa in Paulo intelligitur obscurum
mysterium aliquod 50. C
Est & non 63. A
Exempla sunt ad probandum effica
cissima 46. B
Exēplo docere efficacissimū est 51. C
Exinanitiuit seipsum Christus quid sit
84. D
Ex ipso 15. B
Exordium Matthæi quale sit 1. C
Exornat ministerium suum, qui be
ne ministrat 38. B
Eua præuaricata est, non Adā 94. A
Euacuari legē per Euangeliū 64. A
Euangelium bonus est nuntius 1. D
Euangelium secundum Hebræos
60. D
Euangelium omnium dignitates
æquat 73. B
Euangelium naturali legi maxime
consentit 7. D

Euangelium unum omnium aposto
lorum est 8. A
Euangelista dicuntur enarratores
passionis & resurrectionis Christi
8. A
Euodia apprehendens dominum in
terpretatur 48. A
Euodia perita scripturarū erat 86. A

F

Factum esse Christum quid sit
2. B
Fames sub Claudio Cæsare 67. A
Famæ natura 87. A
Fascinatio quid sit 72. B
Fides tum habet locum, cū ratio hu
mana cæcutire incipit 17. B
Fides magni est meriti, quia credit
ea quæ non cadunt in oculos 28. A
Fides sine doctrina marcescit 50. C
Fidem Christi plerisque esse stultitiam
50. B
Fidelis deus dicit, ed quod impleturus
sit operē quod nobis promisit 97. A
Fideles in Christo sunt omnes sancti
76. A
Fideles quidā infidelibus sunt peio
res 95. B
Filij tonitruū dicti sunt filij Zebedæi
1. B
Filios iræ nos esse quid sit 78. C
Filium cōstituire ad dexteram quid sit
78. A
Filios nos dei esse quid sit 73. B
Filios huius seculi prudentiores esse
filijs lucis 47. A
Filijs hominum sunt mysteria absco
dita 79. B
Fines orbis terræ 36. C
Fines seculorū in nos puenisse 56. C
Flagella peccatorum sunt 18. A
Flagellatur Paulus quinque 69. A
Fluctuare 80. D
Fœminæ infirmis animabus compa
rantur 97. C
Fœminalib⁹ utuntur sacrificates 57. C
Fœnū cui cōparetur i scripturis 50. D
* 2 Foris

I N D E X:

Foris esse, est esse infidelem 52. A
 Forma doctrinæ quæ 22. A
 Forma huius mundi alia est atq; ea
 quæ olim futura est 40. D
 Fornicatio à foras eūdo dicta est 5. D
 Fornicationis quantum sit malum,
 & unde dicatur 53. A
 Fornicationis materia est gula 52. D
 Fratres quare appellet suos Paulus
 54. B
 Fructus spiritus qui sint 75. B & 27. B
 Fructus carnis est odium 26. C
 Fructificare deo 23. A
 Fundamentum Apostolorum Chri-
 stus est 79. A
 Futuræ gloriæ nihil iure conferre po-
 teris 27. B

G

Galatia magnifica, uel translatio
 interpretatur 48. A
 Galatæ à ludæis multa sunt perpeffi
 72. B
 Galatarum epistola tota est manu
 Pauli scripta 90. A
 Galea salutis 83. C
 Gaudendum est in tribulationibus
 Christiano 17. D
 Genitum esse Christum quid sit 2. B
 Gētes more Isaac promissionis sūt 34. B
 Gentes nonnunquam in ignomi-
 nia gloriātur 75. B
 Gentes olim non credentes non reli-
 quit tamen deus 39. D
 Gentes secundum mysticam rationē
 etiam Iudæi sunt 11. A
 Gentium ecclesia sterilis erat 74. C
 Genua Christo flectere quid sit 85. A
 Gladius uerbi dei 83. C
 Gladius q; Christianis cōueniat 83. D
 Gloria pro gloriatione Latinis non-
 nunquam ponitur 46. A
 Gloriatio operum inanis est 14. D
 Gloriatio insipientium est 68. C
 Gloriadum est in solo Christo 49. A
 Græci leges suas ab Hebræis habent
 22. D

Gratia unde dicta sit 3. A & 37. B
 Gratiā accipere à domino qd sit 2. D
 Gratiā & pacē optare quid sit 76. A
 Gratiam negligit, qui acceptū talen-
 tum non exercet 95. A
 Gratiam optare alicui 3. A
 Gratiæ dictæ q; gratis donentur 58. B
 Gratiæ sunt quædam opera, sine quib;
 bus fides mortua est 15. A
 Gratiarū actio quorsum ptineat 93. D

H

Hæreses necesse est esse quomo-
 do intelligatur 57. D
 Hæreticorum conatus quales 8. C
 Hæredes 26. D
 Hæredes dei 26. D
 Hebraica uariant nonnunquam à
 Græcis exemplaribus 36. D
 Heliā Iudæi conati sūt interficere 37. A
 Herodes occidit Iacobum fratrem Io-
 annis 71. B
 Hierusalem quid sit 74. B
 Hilarem datorem diligit deus 67. D
 Hircum immolat, qui libidinē refre-
 nat 40. D
 Historialis sensus est literæ 59. D
 Hodiernus dies est usq; ad consum-
 mationem seculi 37. C
 Homo ex duobus conflatus est 25. A
 Homo apud deum est quod lutum
 figulo 33. B
 Homo ex se nihil nisi peccatum ha-
 bet 51. B
 Hominem factū ad imaginē dei 2. C
 Homicidium quid sit 5. D
 Honestè ambulare in Paulo 88. B
 Hospitalitatem sectari 42. B
 Hostia tantum de uiuis dicitur 81. C
 Hostiæ quædā peccati nomine appel-
 lantur 24. D
 Hostiarum sanguis præfigurauit san-
 guinem Christi 9. A
 Humanus dies præsens seculum si-
 gnificat 51. A
 Humana sapientia cum gratia dei pu-
 gnat 41. A

Humana

I N D E X:

Humana loquimur ijs, qui diuina nō
 ad plenum capere possunt 22. A
 Humanum iudicium multis modis
 fallitur 6. C
 Hyems cōparatur præsentī uitæ 21. A
 Hyperbaton in Paulo 4. A
 Hyperbaton confusum 73. A
 Hyperbole in Paulo 74. A
 Hypotheticus syllogismus 12. A

I

Iacob & Esau duorum populorū
 typos habent 31. B
 Iacobus iustus primus Episcopus fu-
 it Hierosolymorum 71. B
 Iacobi dictū qualiter intelligatur: Fi-
 des sine operibus mortua 15. A
 Iamnes & Mambres 97. C
 Iason Thessalonicensis fuit 47. C
 Idiota in Christianismo quidā sunt
 60. A
 Idolum nihil esse 55. A
 Idolothytum manducare quid sit
 54. D
 Ignis tentationis tribulationem si-
 gnificat 50. D
 Ignem probaturum nostra quid sit
 50. D
 Ignobilitas est de terrena nobilitate
 se gloriari 69. A
 Ignorantia aliquo modo leuiora fa-
 cit delicta 23. D
 Ignota quædam sunt dei 4. D
 Illuminamur quādo credimus Chri-
 stum 79. C
 Imago filij dei in nobis est 28. D
 Imago dei in nobis colenda est 92. B
 Imago in expressa re de altero est
 90. D
 Immaculatum à sancto quid intersit
 76. B
 Immunditia 92. A
 Impij bonitate dei magis magis q; ir-
 ritantur 32. D
 Impietas est qua deus læditur 4. D
 Impleri iustificationem 25. A
 Impudicitia est i cōsanguineos 70. A

Impudicitia quæ sit 5. D
 Incertū est an Paul⁹ i Hispaniā, quo
 uolebat, unquam uenerit 46. A
 Indignatio ex superbia est 81. C
 Indulgentia datur præteritorum cri-
 minum 15. A
 Infelicitas 13. B
 Infidelibus quando sit prædicandum
 57. A
 Infirmari pro Christo maxima est po-
 tentia 69. D
 Infirmum dei fortius esse hominibus
 49. C
 Infirmam conscientiam qui lædit,
 Christum lædit 29. A
 Infirmitas humana ex carne pendet
 28. A
 In homine tria sunt 3. C
 In ipso quid sit 15. B
 Inimici Euāgelio per peccata sumus
 39. C
 Inimici quo pacto fuerimus dei 18. C
 In immensum gloriari 68. B
 Initio Christianismi durabant quæ-
 dam legalia 9. D
 Iniquitas contra homines sit 4. D
 Iniquitas generale est omnium crimi-
 num nomen 5. D
 Iniquitas à peccato quemadmodum
 differat 16. A
 Inobedienciæ crimen quātū sit 20. A
 In pace uocauit nos deus 53. C
 Inquinamentum carnis peccatum di-
 citur 66. C
 In spiritu sancto inuocare qd sit 58. B
 In spiritu seruire deo 3. B
 Integer spiritus 88. D
 Interitus quorundam est in aliorum
 emendationem 32. C
 Interpellare quid sit 29. B
 Inuestigabiles diuitiæ Christi quare
 dicantur 79. C
 Inuitum peccare quid sit 24. A
 Inuocare nomen domini, proprie ad
 sacerdotes pertinere uidetur in scri-
 pturis 48. D
 Inuocationis nomē in scripturis ma-
 gni quid sustinere uidetur 35. D

* 3 Ioannes

I N D E X.

Ioannes maximus prophetarū quare sit 79. B
 Ioannes sepultus Hierapoli 92. D
 Iob nepos fuit Esau 31. C
 Iosue circuncisionem perficit quam Moyses prædicat 9. C
 Ira dei iusta uindicta dicitur 4. D
 Ira quæ in uultu apparet 81. C
 Iræ effectus 7. A
 Ira tempori seruit 75. B
 Irasci deum quid sit 7. C
 Iracundia morbus est quidam 75. B
 Ironiæ in Paulo 51. C
 Isaac oblatu præfigurauit Christum 76. D & 31. A
 Isaac filius dei est, non carnis 31. A
 Isaac gaudium interpretatur 17. B
 Ismahel iustus cum Isaac 74. C
 Ismahel ex ancilla est 31. A
 Israël uerus est & spiritualis, qui credit deo 36. D
 Israël interpretatur uidens deum 30. D & 69. A
 Israëlita quamdiu in Aegypto manserint 72. D
 Iteratio baptismi prohibita 21. B
 Iudæus uerus est, qui in occulto circūcisus est 8. A
 Iudæi Christi carne & morte scandalizati sunt 37. D
 Iudæi perfidi ex Jacob sunt 31. C
 Iudæi negant Iesum esse deum 1. C
 Iudæi negant Christum esse, qui in prophetis sit promissus 4. B
 Iudæi quid amplius Gentibus habent 11. A
 Iudæi redacti in potestatem Romanorum 50. A
 Iudæorum nomē quare à Paulo semper præponatur 7. B
 Iudæorum delictum Gentibus profuit 38. A
 Iudæorum nomen tacet Paulus certo consilio 4. B
 Iudæis cōcredita esse eloquia dei 11. A
 Iudæis mensa est uersa in laqueum 37. D
 Iudices rerum humanarum 52. B

Iudicis nomen à iustitia est 12. A
 Iudicium fiet ex præscripto earū legū secundum quas quiscūq; in hoc seculo uixit 7. C
 Iudiciū dei esse incōprehensibile 39. D
 Iudicia dei abyssus 40. A
 Iudicat deus à philosophis, cū puerfa quædā de diuinitate sentiūt 11. C
 Iugum ducere cum infidelibus 66. B
 Iulius incipiens sonat 48. A
 Iunia incipiens interpretatur 48. A
 Iusti quæadmodū sint sub lege 14. A
 Iustitia dei est eadem quæ & misericordia 14. A
 Iustitia eius manet ī seculū, quare sit dictum à Dauide, & non misericordia 67. D
 Iustitia pars est legis 10. A
 Iustitia pro omnibus uirtutibus accipitur 22. B
 Iusto non esse legem positam quomodo intelligatur 93. B
 Iustificatio nulla plena contingit in hac nra 13. A
 Iustificationis duæ sunt species 15. D
 Iustificantur à deo, qui nouam uitam uiuunt 17. C
 Iuuentutem ueteres constituerunt in anno tricesimo 80. D

L

Lactucis Israëlita uescebantur pro fermento 52. A
 Laodicia ciuitas ē Asiæ minoris 91. A
 Lapides preciosi cui comparentur in scriptura 50. D
 Lapidatur Paulus in Lycaonia 69. B
 Lapsibus nonnullorum bene aliquādo utitur deus 38. A
 Latina Biblia quædā habent, quæ nō sunt ī Hebraicis, nec in LXX. 12. D
 Latini codices quædam superflua habent 75. B
 Latina quædam nō extant in Biblijs Græcis, nec Hebraicis 37. C
 Latina uersio noui testamenti Græco non conuenit 74. D

Latronis

I N D E X.

Latronis in cruce saluatio 15. A
 Libellus Pastoris Hermetis 46. D
 Liberum arbitriū quale 31. D. & 32. A
 Libertas arbitrii tollitur 5. B
 Libertas arbitrii ī Adamo perijt 32. B
 Libertas quædam damnosa est 22. B
 Libertas nostra talis sit, ne det infidelibus occasionē blasphemadi 57. A
 Libertas nostra sæpe aliorum imbecillitate impeditur 55. B
 Libertatem arbitrii negantes, non introducunt securitatē peccadi 15. A
 Libertatem in licentiam effrenē uertere 75. A
 Libido dicta quod libeat 92. A
 Licitū sæpe delabitur ad illicitū 52. D
 Ligna comparantur rebus imperfectis 50. D
 Linguae uariæ cur datae sint 60. B
 Linguarum donum inter dona spiritus est 58. C
 Lex 10. A
 Lex peccati in membris 24. D
 Lex Moyfi lex est mortis 24. D
 Lex index est peccati 23. B
 Lex antinæ uir est 22. D
 Lex Christi charitas est 75. C
 Lex membrorum est desiderium carnis 24. B
 Lex membrorum quæ menti resistat 23. B
 Lex spiritus est lex fidei 23. B
 Lex naturæ de bono & malo testimonium reddit 16. C
 Lex naturalis per legem Moyfi robata fuit 13. D
 Lex triplex est 13. D
 Lex fuit pædagogus ad Christum 73. B
 Lex ad quid sit posita 73. A
 Lex naturalis omnibus est naturaliter inscripta 7. D
 Lex mortis est, quia punit reos 23. B
 Lex mentis est uoluntas boni 24. B
 Lex non destruitur per fidem 15. B
 Legis naturæ tres sunt species 19. A
 Legem Moyfi implet, qui proximū diligit 43. D

Legem subintrasse quid sit 20. A
 Legem iram operari 16. C
 Lege abundare delictū quid sit 20. A
 Lege constituta erant quadraginta uerba delinquenti 69. A
 Legislatio 30. C
 Longanimitas est quæ spatium penitentiae dat 6. D
 Loquacitas comitatur inquietudinē 90. A
 Lorica fidei quæ sit 88. C
 Lorica iustitiæ 83. C
 Lotio pedum cuius rei fuerit mysterium 36. B
 Lumbos accingere quid sit 83. C
 Lucipolus ipse suscitās interpretat 48. A
 Lucium quidam Lucam esse affirmant 47. C

M

Maceriem solui à Christo quomodo intelligatur 78. D
 Machina mundi nos prudentis creatoris admonet 4. D
 Magistros laedit discipulorum contemptus 73. D
 Magistratum officium quale sit 43. C
 Magnitudo dei quæ 78. A
 Maiorē seruiturū minori quid sit 31. D
 Maledictus omnis, qui pendet in ligno quomodo intelligatur 72. C
 Maledictum est quicquid malo uoto dicitur 13. B
 Mali natura est talis qualis est ignis 43. B
 Malitia quasi maior latro dicta 5. D
 Malitiæ nomine Paulus omnia mala complectitur 81. C
 Malignitas quæ sit 5. D
 Mandatum nouum quale sit 88. A
 Manducare omne quod in macello uenditur 56. D
 Manichæorum hæresis 2. A
 Mansuetudo animi est 68. A
 Manus ecclesiæ quæ sit 58. D
 Maranatha lingua Syrorū, deus noster uenit interpretat Latine 62. B
 Marcion

I N D E X.

Marcion negat Christum uerum corpus habuisse 1. C
 Massa eadem ex qua diuersa uasa fiunt 33. D
 Massam sanctam esse si sit delibatio 38. C
 Matrisfamilias officium 46. C
 Mediator dei & hominum Christus homo est 14. C
 Meditatio profectus est origo 95. B
 Melius esse nubere quam uri quomodo intelligatur 53. B
 Membra corporis Christi 41. C
 Membra nostra arma iniquitatis effici 21. C
 Memoria Christi nobis relicta 57. D
 Menandri uersu usus est Paulus. 61. C
 Mensa scripturarum 37. C
 Mensam conuerti in laqueum 37. C
 Mensuram fidei unicuique deus diuisit 41. B
 Mens interior est oculus 41. D
 Mente excedere 65. B
 Mente orare quid sit 60. A
 Mercenarij sunt praedicatores uerbi Christi 50. C
 Metere de carne quid sit 75. D
 Militia quaedam spiritalis est 96. D
 Ministerium quid sonet in Paulo. 41. D
 Mirificari Christum in omnibus 89. A
 Miserebor cuiuscunque misertus fuero quid sit 31. D
 Misericordia dei est quae saluat. 40. A
 Misericordia dei praenit hominem & subsequitur 32. B
 Mitti ad praedicandum 36. A
 Modestia est in uerbis 68. A
 Moechantur, qui diuina alio transferunt 8. B
 Molles qui dicantur in scripturis 52. C
 Monogamus non semper est digamo melior 94. C
 Morbi nonnulli ex peccatis accidunt 58. A
 Morbi nonnulli sunt ex intemperantia 58. A
 Morbi unde accidunt 58. A
 Mores simul cum aetate debent succrescere 88. A
 Mori peccato est uiuere Christo. 20. C
 Mori pro Christo uere est triumphare 29. C
 Mors porta est ad uitam 51. A
 Mortem regnasse ante aduentum Christi, id est, diabolum 19. B
 Mortis quinque sunt species 22. C
 Mortale est peccatum propter praurationem Adae 21. C
 Mortuus diabolus quare dicatur 23. C
 Mortua lex 22. D
 Mortui Iesu Christo 2. D
 Mortuos desistere immodice desperantium est 85. B
 Mortuorum iniquorum tacetur a Paulo resurrectio 61. A
 Mortificare membra quid sit 92. A
 Mortificationem Christi circumferre in suo corpore est, semper paratum esse mori 64. D
 Moyses circumcisione certo consilio abstinuit 9. B
 Mulieres quid doceant 60. C
 Mulieres silere debere in templis 93. D
 Multi & omnes in Paulo idem est 19. D
 Multinomines quidam sunt in scripturis 1. B
 Multos uocatos, paucos uero electos quomodo intelligatur 1. D
 Mundus quo pacto subditus fiat deo 13. C
 Mundus praesens imago est futuri 54. C
 Mundus pro hominibus ipsis dicitur 12. B
 Mundo utamur tanquam non utentes 54. B
 Munda quo pacto sint omnia mundis 57. A
 Mundana omnia uanitati sunt subiecta 27. B
 Mysterium saluationis Gentium 39. B
 Mysterium futurae fidei in Abraham designatum est 31. A
 Mysteria quidam prohibentur rimari 33. A


Natura

I N D E X.

Natura quaedam simplicia, fiunt interpretatione obscura 42. C
 Nazaraei comam nutriebant 57. C
 Nazaraei tantum olera comedebant 44. B
 Negatur Christus peccatis nostris 99. D
 Negatio quaedam laudanda 99. D
 Nemo sibi uiuit 44. C
 Nero leo dicitur a Paulo 98. A
 Nicopolis ob uictoriam Augusti sic Nisi affirmat nonnunquam 106. C dicta est 101. C
 Nomen dei male audire inter Gentes 8. C
 Nominum sunt quaedam mutationes in Biblijs 1. A
 Non noui uos, quid sit in Euangelio 28. C
 Non est qui faciat bonum, quomodo intelligatur 13. A
 Non omnes immutandos in resurrectione 62. A
 Non esse uolentis, neque currentis quomodo intelligatur 32. A
 Nos facimus cibos immundos 99. C
 Nouus homo quis sit 79. A
 Noua uita est, cum secundum deum ambulamus 20. D
 Nouissimi apostoli qui dicantur 51. B
 Nouum sepulchrum Christi quid significet 20. C
 Nubere in Christo 95. C
 Nuptiae per se malae non sunt, sed saepe incurrunt in mala propter curas huius seculi 54. A

O

Obedurare quid sit 32. D
 Oblatio omne sacrificium dicitur 81. C
 Obscuritas epistolae Pauli ad Ephesios 76. A
 Obsecratio pro peccatis fit 86. B & 93. C
 Obsequium 30. D
 Obsequium cultus est 40. D
 Ocium in quietudinis fons est 89. D
 Ocium mala quae sint 88. A
 Ociosa sunt quaedam dictiones in Paulo 18. D
 Oculus theoricam uitam significat 58. D
 Odor suauitatis charitas est 81. C
 Odor bonus est bona fama 63. D
 Odor Christi per Euangelium 63. C
 Oleaster 38. D
 Oleastrum inferere oliuae 39. A
 Oliua fides est 39. A
 Omnes homines esse mendaces quid sit 11. C
 Omne peccatum caro est 26. C
 Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt 52. D
 Omnia omnibus fit Paulus 56. A
 Onesimus respondens sonat 48. A
 Opus bonum mercede caret, nisi rationabiliter fiat 40. D
 Opus dei destruere propter escam 45. A
 Opera legis qualia sint 14. D
 Opera quae damnantur a Paulo 37. B
 Opera uirtutis quae sint 58. C
 Opera tenebrarum sunt uitia carnis 44. A
 Opera carnis condemnantur, non ipsa caro 26. C
 Operibus neminem saluari quomodo intelligatur 37. B
 Opprobria Aegypti quae dicantur 9. C
 Optabam, quid sit, fieri anathema 30. C
 Orare pro inimicis 32. B
 Oratio publica multum prodest 62. D
 Oratio est quae Graece προσευχη dicitur 93. C
 Orationis multae sunt species 93. C
 Oraciones fiunt pro adipiscendis quae speramus 86. B
 Orantium cor perpenditur 28. B
 Os ecclesiae est ille qui docet 58. D
 Osculo salutare 46. D
 Ostium est Veritas 17. D
 Ostium apertum significat oportunitatem



tatem prædicationis 63. C
 Ostium quale sit per quod sit intran-
 dum in regnum cœlorum 17. D

P

Pacem optare quid sit 3. A
 Pacem habere erga deum quo
 modo possimus 17. C
 Pacem cum quibus habere 94. B
 Paltingenesia Platoniorum 97. B
 Panis unus omnes sumus ex multis
 granis 56. D
 Panis dominicus nonnullis non pro-
 dest 99. C
 Panem esse in mercedem meretrici
 quid sit in Solomone 110. B
 Παρρησια ^{παρρησια} qualia sint peccata 78. C
 Paruuli lacte indigent 50. C
 Paruuli 73. C
 Passio Christi quid præstiterit 14. B
 Passus quinque habet pedes 56. A
 Pastorem dicere & doctorem, non
 est idem 80. C
 Patres nostros sub nube fuisse 56. B
 Patrem mori, & hæreditatem dari
 27. A
 Patrem cū uocamus, filios nos testa-
 mur 26. C
 Patrum nomen à deo est 79. D
 Patientia rectius uincunt Christiani
 quàm armis 43. A
 Patientia dei quæ 33. D & 34. A
 Patientia uera gaudet de persecutio-
 nibus 90. D
 Patientiam probationem operari
 quid sit 18. A
 Paulus quædam dicit assumens fragi-
 lioris cuiuspiam personam 24. B
 Paulus anathema postulat fieri pro
 alijs 30. C
 Paulus docet & admonet, non impe-
 riose compellit 40. C
 Paulus quædam citat, quæ in Biblijs
 non facile licet inuenire 82. B &
 97. C
 Paulus quosdam desides laude exti-
 mulat 45. D

Paulus quid in epistola ad Roma-
 nos egerit 40. C
 Paulus non fuit addictus Hebraicis
 exemplaribus 37. C
 Paulus in Iudaismo Phariseus erat
 1. D
 Paulus Petro in faciem restitit
 71. D
 Paulus quædam legalia impleuit
 55. D
 Paulus placet, & non placet homini-
 bus 57. A
 Paulus minas permiscet blandicijs
 nonnunquã 70. A
 Paulus noluit Romano imperio aper-
 te male ominari in suis epistolis
 89. C
 Paulus nomen suum quam ob rem
 tacuerit ad Hebræos 1. B
 Paulus res causas adaptat 39. A
 Paulus rhetoricæ non ignarus fuit
 10. B
 Paulus ab utero segregatus in Euan-
 gelium 71. A
 Paulus nutricis uice inseruit homini-
 bus 87. B
 Paulus non est missus ad baptizan-
 dum 49. A
 Paulus Proconsul Cypri nonnullis
 uidetur dedisse Paulo apostolo no-
 men 1. B
 Paulus contradicentis personam fin-
 git 61. C
 Paulus quædam dicit Christi, quæ
 non sunt comprehensa in Euan-
 gelijs 60. D
 Paulus insultat aliquando aduersa-
 rijs 84. C
 Paulus stigmata Christi in corpore
 suo circumtulit 75. D
 Paulus multa passus est Philippis
 87. B
 Paulus non ab hominibus electus
 quomodo intelligatur 70. C
 Paulus quædam permittit, non iubet
 53. C
 Paulus fertilis fuit palmes 4. A
 Paulus contra Iudæos dicturus bene-
 uolentiam

uolentiam captat rhetorico more
 30. A
 Paulus raptus in tertium cœlum 69. C
 Paulus nihil quaesuit ex functione
 prædicandi certo consilio 68. D
 Paulus quo pacto minimum se dixit
 rit omnium apostolorum 79. C
 Paulus primus peccatorum cur 93. B
 Paulus mirabilis sonat 48. A
 Pauli nomen in epistolarum initijs
 1. B
 Pauli pugna contra bestias 61. C
 Pauli controuersia cum Petro qualis
 fuerit 71. D
 Pauli ingenium in docendo 25. D
 Paulum per uoluntatem dei fuisse
 apostolum quid sit 76. A
 Paulum persecuta sunt integra re-
 gna 69. B
 Paulum non acquiescisse carni & san-
 guini 71. A
 Paulum debitorem esse omnium 4. B
 Paulum quid mouerit, ut ascenderet
 Hierosolymam 71. C
 Peccatum pro hostia accipitur in Le-
 uitico 65. D
 Peccatum in omnes pertransisse, do-
 num uero in plures abudasse quid
 sit in Paulo 19. C
 Peccatum quibusdam est pro Rege
 sub quo militant 22. C
 Peccatum est diabolus 20. B
 Peccatum habitare in nobis 24. A
 Peccatum non imputari ante legem
 quid sit 19. A
 Peccatum porta est diaboli 91. A
 Peccatum mortuum quare 23. C
 Peccator omnis imaginem Adæ ge-
 stat 62. A
 Pes est corporis Christi, qui impiger
 est ad salutandos captiuos, & in an-
 gustijs constitutos 41. C
 Pes ecclesiæ quis sit 58. D
 Pedes capiuntur pro consilio quo
 iter aggredimur 13. B
 Pedes Euangelizantium speciosi
 36. A
 Pedes Christi apostoli sunt 64. B

Penula in modum cuculla est 98. A
 Perficere bonum non inuenio, quo-
 modo intelligatur 24. A
 Per, quid significet 61. B
 Per ipsum, quid sit 15. B
 Peregrinari à deo quid sit 65. A
 Perfectio est sita in bonorum operum
 impletione 9. C
 Peripsema quid sit in Paulo 51. C
 Persecutionibus, & odijs coalescit ec-
 clesia dei 84. B
 Persida tentans interpretatur 48. A
 Pertransire aliud est quàm regnare
 19. B
 Petimus nonnunquam quæ maxi-
 me obsunt 28. B
 Petra uel lapis Christum significat
 34. C
 Petra corpus intelligitur Saluatoris
 nostri 34. D
 Petrus antea Simon uocatus 1. A
 Πέτρος ὁ ἀπίστους in Paulo 10. C
 Pharaon decem plagis percussus 32. C
 Pharaonem indurauit lenitas dei
 32. D
 Pharisei gloriatio in Euangelio obsti-
 tit orationi 14. D
 Philemon mire donatus sonat
 48. A
 Philetus declinans interpretatur
 48. A
 Philippenses os lampadum sonat
 48. A
 Philosophi notantur 5. A
 Philosophi quo pacto quaerant deum
 101. B
 Philosophia inanis circa res diuinas
 est 91. B
 Philologus quid sonet 48. A
 Pietas pro maximo est quaestu 96. A
 Pietas Euangelio tribuitur 93. C
 Placens deo est hostia quæ peccatis
 caret 40. D
 Plantantem & rigantem nihil esse
 32. C
 Plus recuperauimus per Christum
 quàm amisimus in Adam 19. D
 Poëtarum testimonijs Paulus utitur
 * 2 nonquam

I N D E X.

nonnunquam 56. A
 Postulationes pro alijs sunt 93. C
 Potatos omnes uno spiritu quid sit 58. C
 Potestas etiam iniqua à deo est 43. B
 Potestates inter choros angelorum 78. A
 Potestates esse à deo 43. B
 Potentia dei quæ 33. D
 Potentes quidam nomina à regibus sumunt 48. C
 Practica uita erat in Martha 25. B
 Præceptorum est gloria profectus discipulorum 62. D
 Præceptoribus quædam duriora in discipulos permittimus 72. A
 Prædestinare 28. D
 Prædestinatio 2. B. & 28. C. & 76. C
 Prædicare omni creaturæ dei uerbū quomodo intelligatur 91. A
 Prædicant nonnulli per inuidiam 84. B
 Prædicatores uerbi dei escam nō quærant 55. C
 Prædicantium uerbum dei quatuor sunt genera 84. B
 Præputium amputari à membro uiri si quid significet 9. A
 Præputium quamobrem refecaretur potius quam aliud quid in membris humanis 9. A
 Præscire 28. D
 Præscientia diuina certum habet, quæ sit quisque uoluntate futurus, etiā antequam nascatur 31. D
 Præsens tempus Ephebiæ comparatur 59. B
 Præuaticatio ex lege est 16. D
 Præuaticatur legem, qui literam obseruat 10. A
 Presbyteri olim nihil distabant ab Episcopis 99. A
 Presbyteri officium 38. B
 Presbyterorum quare Paulus nullā mentionem fecerit 94. C
 Primitiua uendere propter escam quid sit in Paulo 110. B
 Primitiæ spiritus 27. D
 Primum mandatum quare dicatur si illos obedire parentibus, cum sit quartum 83. A
 Primogenitus Christus 28. D
 Primogenitus Christus quare 90. D
 Principes non cognoscere Christum 49. D
 Principum mundi officium 43. C
 Principatus inter choros Angelorū 76. A
 Priscilla agnoscens interpretatur 48. A
 Priscillæ maritus Aquila erat 46. B
 Prodigia quæ intelligenda sint in scripturis 46. A
 Prologi sunt in epistolis Pauli 70. D
 Prophetia 41. D
 Prophetia quare prædicatio dicatur 59. C
 Prophetiæ quæ debeant esse dotes 59. C
 Prophetare quid sit 57. B
 Prophetare uelato capite quid sit 57. B
 Proponere & prædestinare inter se differunt 2. C
 Propositum quid sit 76. C
 Propositum mediatorem esse 14. D
 Prospera non semper dantur ad fructum 3. D
 Prosperitas itineris non semper ex dei est uoluntate 3. D
 Prouidere futura, est ante oculos habere 42. D
 Prudentiam carnis mortem esse 25. C
 Prudentia spiritus uita est 25. C
 Prudentia carnis pro malo uicem reddit 25. C
 Prudentia à prouidendo dicitur 25. C
 Pruritus aurium 97. D
 Psalmi sunt legi supplemento 13. C
 Psalmi maiestatem dei prædicant 82. C
 Psalmi ad sensum Ethicum pertinet 82. C
 Pseudoapostoli in tumido sermone gloriantur 68. D
 Pseudopropheta seipsos obtrudunt hominibus

I N D E X.

hominibus 70. C
 Purus debet esse Christianus, ut Christi pura est lex 42. A
 Q
 Quadriformis est in peccatis uarietas 22. C
 Quare me ita fecisti? 33. C
 Quartus plangens superflue sonat 48. A
 Quædam Pauli perfectis tantum conueniunt 25. A
 Quædam leuia putanda essent, nisi essent tantopere in scripturis prohibita 73. D
 Qui in carne sunt, deo placere non possunt, quomodo intelligatur in Paulo 25. D
 Quibus sint omnia munda 99. C
 Quid futurum sit de ijs, qui non crediderint, & tamen bona gesserint in uita 7. B
 Quid quærendum sit in concionatore uerbi dei 51. A
 Quid uelit scriptura, cum dicit deum præscisse malos 24. C
 QVISQVE IUDICABITVR secundum eam legem, secundum quam uixit 43. C
 Quis pro nullo interdum sumitur 36. C
 Quis pro rarior dicitur 36. B
 Quod nolo id facio quomodo intelligatur 25. B
 perierat 73. C
 Reconciliari deo quid sit 18. C
 Reddere malum quam inferre grauius est 42. D
 Redimitur nostrum 72. C
 Regnum dei quando dicatur 61. A
 Regula fidei quæ 35. C
 Reliquiæ secundum electionem 37. B
 Reliquiæ saluas fieri 34. A
 Renouatio sensuum nostrorū quando fiat 41. A
 Requiescere Iudæi in lege ironice dicuntur 8. C
 Requiescere in lege, securitatem quædam significat supinam 8. A
 Requiem qualem Paulus quæsierit 46. B
 Res priuata unde coeperit dici 96. A
 Responsum mortis habere quid sit 62. D
 Resurrectio 60. D
 Resurrectio uera est, qua à terrenis ad celestia resurgimus 21. A
 Resurrectio qualis sit futura 61. C
 Resurrectio mortuorum in quali ætate 80. C
 Reuelari deum per spiritum quid sit 50. B
 Rhetorum officia 10. B
 Rogare aliquem per misericordiam dei 40. C
 Romani leges suas Athenis Romæ tulerunt 22. D
 Romanorum obedientia Euangelio erat lubrica 47. A

R

Radix patriarcharū sancta 38. C
 Radix malorum esse auaritiam 96. A
 Radices dux sunt omnium scelerum humanarum 81. D
 Ratio substantiæ dei ignota est non tam hominibus quam etiam angelis 5. A
 Rationabile obsequium 40. D
 Recepimus in Christo, quod in Adā

S

Sabbatissimum relinquit 105. B
 Sacramentum quid significet 94. D
 Sacerdos secundum ordinem Melchisedec 107. A & B.
 Sacerdotes Gentium erant ex primo genitis 106. D
 Sacerdotiū Christi & Aaron 107. A
 Sacerdotum ætas qualis fuerit antiquitus 106. D

✠ 3 Sacerdotes

I N D E X.

Sacerdotes ex optimis quibusque sunt
laicis 94. B
Sacilegi maxima species est reticere
ueritatem 8. C
Sallustij dictum 59. A
Salem ciuitas 106. C
Saluati sunt omnes, qui suis legibus
obtemperauerunt 35. B
Salutandi qui sint à nobis 46. D
Samuel sacerdos Heli successit 48. D
Sana doctrina quæ dicatur à Paulo
100. A
Sanam doctrinam docere quid sit
100. A
Sancti fulgore distabunt inter se
61. D
Sanctos iudicare de hoc mundo quid
sit in Paulo 52. A
Sancta hostia est in qua spiritus san-
ctus habitat 40. D
Sanctificare Euangelium 45. D
Sanctificationis spiritus dicitur filius
2. C
Sanguis crucis quid significet 91. A
Sapere ad sobrietatem quid sit 41. B
Sapere quæ sunt carnis 25. A
Sapiens deus dicitur 87. D
Sapiens homo qui dicatur 87. D
Sapientes qui dicantur à Paulo
4. B
Sapientes ne simus nobis 39. B
Sapientes esse in bono 47. A
Sapientia huius mundi pro malo ma-
lum reddit 51. A
Sapientia immensa dei 39. D
Sapientia est æternorum 58. C
Sapientiam deprecatur Paulus ihs,
qui fidem & charitatem antea habe-
bant 76. D
Sara Hierusalem coelestem significat
74. B
Saræ defecisse muliebria quid sit
17. B
Satanas quid sonet 69. C. & 87. C.
& 47. B
Saul expetitus uel petitio sonat
48. A
Saulus quare Paulus sit dictus
1. A
Saulus tentatio respicientis, uel secur-
ritas 48. A
Schismata 49. A
Scientia non omnis inflat 55. A
Scientia nulla perfecta est ad compa-
rationem diuinæ maiestatis 86. A
Scientia à uirtute quid intersit 67. B
Scientia sine charitate non est profi-
cua 80. A
Scientia eorum est, quæ sensibus in-
telliguntur 58. C
Scientia omnibus recte factis adhibe-
atur 35. A
Scientiam habere in idolo 55. A
Scripturæ unde sanctæ dicantur
2. A
Scriptura solet Hebraicum uerbum
cum Latino coniungere 73. C
Scurrilitas quid sit 81. D
Scutum fidei 83. C
Sectari iustitiam 34. C
Sectæ dictæ à sectando 34. C
Secula seculorum immensitatem
temporis significant 48. A
Secunda iustitia est, custodire man-
data creatoris 34. C
Secundum hominem loqui quid sit
12. A
Seduci quid dicat Apostolus 94. B
Segregatus in Euangelium 1. D
Segregari à uentre matris quomodo
intelligatur 1. D
Seipsum abnegare quid sit 99. D
Seipsum præbere exemplum uitæ
quid sit 100. D
Seipsum interpretatur 31. A
Semen 34. B
Semen bonarum rerum sunt naturæ
indita 35. C
Seminis fructus 34. B
Sensus allegoricus quis sit 59. D
Sensus anagogicus quis sit 59. D
Sensus inutilis in Paulo 18. C
Sensum domini nemo cognoscit
40. B
Sepelimur cum Christo post mortē
peccati 20. C

Septem

I N D E X.

Septem & octo significant nouum
& uetus testamentum 71. B
Septenarius numerus requiei est 37. A
Septuaginta duæ linguæ unde nata
sunt 44. D
Sepulchrum patens quis sit 13. B
Seraphin 78. B
Sermo dei filius est dei 105. B
Serpentis uox ad Euam declaratur
96. B
Serpentis astutia quæ sefellit Euam
68. C
Seruire spiritu maius est quam adora-
re 3. C
Seruus Christi Iesu quis sit 1. C
Serui effimur eius, cuius uoluntatem
facimus 21. D
Serui dominis quatenus obedire de-
beant 83. A
Seruitus Christi uera est nobilitas 1. C
Seruimus ihs, quæ colimus studiosius
5. C
Seruitus legi tribuitur à Paulo 98. C
Seueritate opus fuit, & misericordia
deo in redimendo hominum gene-
re 40. A
Sibi uiuere, est suæ uoluntati, non di-
uinæ obtemperare 65. C
Si, nonnunquam confirmantis est,
non dubitantis 72. A. & 89. A
Si intrabunt in requiem meam quo-
modo intelligatur 105. A. & 105. B
Si enim cognouissent, nunquam do-
minum maiestatis crucifixissent
quomodo intelligatur 50. A
Sicut, quid sonet in scripturis 83. A
Sicut, non dicit æqualitatem 59. C
Sicut in Adam omnes moriuntur, &c.
quomodo intelligatur 18. C
Signum quid sit 16. B
Signa nunc nullum habent usum
60. B
Signa quæ intelligantur in scriptura
46. A
Signaculum quid significet 16. B
Similitudo est in habitu formæ 90. D
Simonis Magi præstigia 30. A
Sina mons in Arabia 74. B
Sine lege uiuere quid sit 23. C
Sine querela quid sit 87. C
Sine quibus operibus legis dicat Apo-
stolus iustificari hominem 14. D
Sine intermissione orare 3. C
Sinistra dei, qua damnatur dicitur
4. B
Sodoma pecus silens interpretatur
48. A
Solomon idololatra propter amorē
factus est 94. A
Solutus deus nullus eget 40. B
Sonum apostolorum exisse in omnes
fines quid sit 36. C
σωφροσιν quæ uersa est in sobrietatem
41. B
Sospater narrans interpretatur 48. A
& 87. C
Sospatruus saluans dispersos sonat
48. A
Sosthenis gaudium da mihi sonat
48. A
Spes non est sine patientia 28. A
Spes Christianis est pro ancora
106. C
Spes inuisibilem Christianos teneat
27. D
Spem non confundere 18. A
Spe gaudere quid sit 42. B
Spinæ, curæ sunt huius seculi 106. B
Spiritus dei ueluti magister quidam
homines docet 28. A
Spiritus compunctionis 37. C
Spiritus postulat pro nobis 28. B
Spiritus mente inferior est 60. A
Spiritus pro toto homine 102. C
Spiritu gratiæ cōtumeliam facimus,
quando legales hostias offerimus
109. A
Spiritus Christi habere quid sit
25. D. & 26. A
Spiritus sanctum contristari 81. B
Spiritu dei agi 26. C
Spiritalis cibus 56. B
Spūalis Iudæus legē recte p̄ficit 10. A
Spiritalibus oculis intuemur pro-
missa Christi 78. A
Stadium octaua pars est miliarij 56. A

* 4 Stare

I N D E X.

Stare 74. D
 Stare fide 38. D
 Stare qui dicantur 17. D
 Stercora præcepta dicuntur hominū
 85. C
 Stimulus mortis peccatum est 62. A
 Stipendiū peccati esse mortem 22. C
 Stipulam superædificare 50. D
 Sultum uidetur Gentibus, credere
 deum crucifixum 49. C
 Stultiloquium quid sit 81. D
 Suam uxorem quocūq; habere quid
 sit 53. B
 Subdoli qui appellentur 68. D
 Subiectio non semper dignitati dero
 gat 61. B
 Subscriptio Pauli erat manu propria
 scripta 47. D
 Suggillatur Paulus à quibusdam te
 mere 75. C
 Summa eorum, quæ tractantur in epi
 stola ad Corinthios 48. D
 Suos quos dixerit Paulus 101. C
 Superbia 5. D
 Surgere de somno quid sit 44. A
 Sustentatio dei 14. B
 Sufurrone qui sint in Paulo 5. D
 Syllogismi hypothetici nexus 10. C
 Syllogismi in Paulo nusquam non
 sunt obuij 10. D
 Syllogismi & schemata crebra sunt
 in Paulo 10. B
 Syllogismi categorici cōfectio 10. C
 Syllogismorū duo sunt genera 10. C
 Sylvanus missus interpretatur 48. A

T

TAutologia uitium ex industria
 deuitat Paulus 4. B
 Templum dei uiolatur peccatis 51. A
 Temporum quatuor sunt gradus
 13. D
 Temulentia comes est conuiuiorum
 44. B
 Tenebræ pro peccatoribus ipsis sur
 muntur 66. B
 Tenebras appellat Paulus totam ui-

tam nostram 83. B
 Tenebrarum opera, quæ ducunt ad
 tenebras 82. A
 Tentat nos deus 28. B
 Tentatio non apprehendit uos 56. C
 Tertius adiungens sonat 48. A
 Testamentum 30. C
 Testamenta duo per Abraham uxores
 designata 74. B
 Testimonium Christi est totū Euan
 gelium 48. D
 Tharsis exploratio gaudij interpreta
 tur 58. A
 Theorica uita erat in Maria 25. B
 Thesaurus in uasis fictilibus 64. C
 Thesauri nominis usus quadruplex
 est 6. D
 Thessalonicenses festinantes inter
 pretatur 48. A
 Throni inter choros angelorū 78. B
 Tiberius uisio eius interpretatur
 48. A
 Tibi soli peccaui, quid sit in Dauide
 11. C
 Timere seruorum est 26. C
 Timor duo significat 83. A
 Timor dei uinculum est legum diuini
 tarum 13. C
 Timotheus adiutor Pauli 47. C
 Timotheus beneficus sonat 48. A
 Timotheus episcopus Ephesi 93. A
 Timothei ualetudo ex intemperan
 tia fuerat 58. A
 Tirillatio quid sit 81. D
 Titus quærens, uel bonū sonat 48. A
 Tota die mori pro Christo quid sit
 29. C
 Tradere in desideria cordis quid sit
 5. B
 Tradere in sensum reprobum quo
 modo intelligatur 5. D
 Tradere aliquem Satanæ quid sit
 51. D
 Tres dies conspeliiri Christo 20. D
 Tria sunt uitia, quæ alia omnia com
 plectuntur 6. B
 Tria bona sunt in ecclesia 50. D
 Tribulos quos dixerit Paulus 106. B
 Tribunal

I N D E X.

Tribunal Christi pro potentia seden
 tis & iudicantis dicitur 65. B
 Tributum est quod manu tribuitur
 43. D
 Tributa pendere magistratibus 43. D
 Tribulatio quo pacto patientiā ope
 retur 13. A
 Tribulatio est omnis malorum per
 pectio 29. C
 Trinitatis cōprobatio 40. B. & 101. A
 Triplex hominum est ordo 7. B
 Tropologicus sensus est moralis 59. D
 Tradere regnum deo 61. A
 Tu quis es, ut respondeas deo? quo
 modo intelligendum 33. A
 Turpia quare dicantur 82. A
 Turpitudine pro abscondita cogitatio
 ne sumitur 82. A
 Turtures offert, qui lubricas cogita
 tiones omittit 40. D
 Tychicus tacens interpretatur 48. A
 Tyranni continentes interpretantur
 48. A

V

Vestigal quid sit 43. D
 Vix nisi Euangelizauero quid
 sit 55. C
 Valentiniani duos baptismos statu
 unt 80. B
 Vasa iræ tolerantur ad illustrandā po
 tentiam dei 33. D
 Vasa misericordiæ Israëlitarum sunt 33. D
 Vasa honoris & contumeliæ 33. C
 Velamen in facie Moyfi 23. C
 Venire in uirga, est uindicare 51. D
 Ver comparatur uitæ futuræ 21. A
 Verbum breuiatum facere 34. B
 Verbum hominum accipit qui con
 temnit 87. C
 Verba fidei quæ sint 95. A
 Verecundia sequitur delictum 35. C
 Veri Israëlitarum qui sint 30. D
 Veri Iudæi sumus, cū omnium uitio
 rū causas à nobis præcidimus 85. C
 Veri parentes sunt, qui uerbo doctri
 næ nos generant ad frugem 6. A

Veritas quædam iniqua est 30. B
 Veritatē in Christo dicere quid sit 30. A
 Versu Epimenidis siue Callimachi
 usus est Paulus 99. B
 Vetus homo, uita est peccatis obno
 xia 21. A
 Veteris testamenti uarietas est in nō
 nullis exemplaribus 8. D
 Victus eorū qui sacris præfunt 97. A
 Vidua ueræ quæ sint 95. B & 95. C
 Vinci à malo 43. B
 Vino seruire, extremæ est seruitutis
 100. B
 Vineæ pro populo dominico capitur
 55. C
 Virgo cuiusq; caro est 54. C
 Virginitas quare nusquam sit præcepta
 54. A
 Virginitatis comparatio ad coniugi
 um 41. A
 Vir desideriorum Daniel propheta
 dictus 33. B
 Viri admissum aliquo pacto leuius
 est muliebri 52. D
 Virtus quædam dei ad perditionem
 est 4. B
 Virtus dei est, qua omnia regit atque
 gubernat 5. A
 Virtus diaboli, nostra sunt peccata
 61. A
 Virtus maxima Christi est, qua perdi
 tos redemit 4. B
 Virtutes inter choros angelorū 78. A
 Vita ex mortuis 38. B
 Vita præfens septimanæ confertur
 9. B
 Vitulum immolat, qui superbix re
 nuntiat 40. D
 Vitia debemus non homines odio
 habere 43. A
 Viuentem hostiā offerre deo 40. D
 Umbras uirtutum tenemus in hac ui
 ta, amplexuri ipsas uirtutes in ui
 ta futura 22. A
 Vna sabbati 62. B
 Vno ore honorificare Christū 45. C
 Vocatio Pauli qualis fuerit 48. C
 Vocationes fiunt per prædicationem
 Euangelij

I N D E X.

- Euangelij 29. D
Vocationi obtemperandum esse 53. D
Voluntas magnarum rerum est ince-
ptrix 24. B
Voluntas humana sit subnixata miseri-
cordia dei 32. B
Voluntatis agilitas 24. B
Votum reddit licitum aliquid illicitum
54. A
Urbanus luce gaudens interpretatur
48. A
Vti quibusdam tanquam non uta-
mur 54. B
Vxorem habere instar est præputij
53. D
Vxorem timere maritum quid sit
83. A

Z

- Zelari secundum scientiam
35. A
Zelus sine scientia non multum pro-
dest 35. A

F I N I S.


Diuortio quodam inuenies folio 46. littera B scriptum, Diaconis se, quod
legendum erit coniunctim, Diaconiffæ. Tantum erat amice
lector, quod admonendus uidebare.

SEDVLII SCOTI HY

BERNIENSIS, IN EPISTOLAM

PAULI AD ROMANOS,

COLLECTANEVM.



AVLV S. seruus Iesu Christi, uocatus
Apostolus.] Sciendum est, quod in hoc proce-
mio septiformis diuisio elucescit. Primo nanque
de seipso loquitur. Secundo, Euangeliū dei non
parua laude extollit. Tertio, mediatorem dei &
hominum, secundum utranq; diuinitatis & hu-
manitatis substantiam, magnis laudum prædicat
præconijs. Quarto, apostolici gregis electionem
demonstrat. Quinto, generalem gentium ad fi-
dem Christi uocationem declarat. Sexto, specia-
lem Romanorum uocationem ostendit. Septi-
mo loco, gratiam & pacem, quæ sunt dona septiformis spiritus, Romanæ ec-
clesiæ à deo patre, & domino Iesu Christo præstari desiderabiliter exoptat.
Hac diuisione præmissa, nunc ad singulas ipsius proemij particularitates enu-
cleandas ueniamus. Prima itaque nobis quæstio de nomine ipsius Pauli ui-
detur exurgere; Cur is, qui Saulus dictus est in Actibus Apostolorum, nunc *Paulus unde
Saulus sit idē
dictus.*
Paulus dicatur. Inuenimus in scripturis diuinis, quorundam ueterum immu-
tata uocabula; Vt ex Abram, uocatus Abraham; ex Sarai, Sara; & ex Iacob, Is-
raël. In Euangelijs quoque ex Simone, Petrus; & filij Zebedæi, filij tonitru-
i nuncupati sunt; Sed hæc ex præcepto dei facta legimus. Nusquam uero erga
Paulum inuenimus tale aliquid gestū. De qua re quibusdam uisum est, quod
Pauli Proconsulis, quem apud Cyprum Christi fidei subiecerat, uocabulum
sibi Apostolus sumpserit, quod nec nos quidem usquequaq; euacuandum pu-
tamus; Tamen quia nulla talis in scripturis diuinis cōsuetudo deprehenditur,
magis ex hijs quæ in exemplo nostris sunt, absolutionē quæramus. Inueni-
mus igitur aliquantos binis, alios autē ternis usos esse nominibus; Vt Solomo *Quorundā no-
mina mutata in
scripturis.*
nem, eundem Idida; Sedechiam, eundemq; Ioachim; Oziam, eundē & Aza-
riam, aliosq; plurimos binis nominibus uocatos. Sed nec Euangelica hunc
morem renuunt; Nam Mathæus, sicut Lucas ostendit, & Leui appellatus est.
Secundum hanc ergo consuetudinem, uidetur nobis & Paulus duplici esse uo-
cabulo; Nam & hoc ipsum, quod scriptura dicit: Saulus autem, qui & Pau-
lus, euidenter non ei tunc primum Pauli nomen impositum ostendit, sed ue-
teris appellationis id fuisse designat. Sed requirendū est hic, cur nomen suum
in fronte epistolæ posuerit, ad quod respondendū est; causa autoritatis aposto-
licæ hoc esse factum; Sicut enim reges nomen suum in principijs epistolarum
ponunt, quatinus magis uereantur hijs, quibus ipsæ epistolæ transmittuntur, ita
& Paulus Apostolus, quia unus ex illis regibus fuerat, de quibus Psalmogra-
phus dicit: Dum discernit cœlestis reges super eam, suum nomen huic episto-
læ, non ignobile decus, præfixit. In epistola uero quæ Ad Hebræos prætitula-
tur: quoniam apud Hebræorum ecclesiis destructor legis, falsa suspitione ha-
beatur, uoluit tacito nomine de figuris legis, & ueritate Christi reddere ratio-
*Psal. 67.
Pauli nomen
in epistola ad
Hebræos tacitū
est.*
nem; ne
a

Cnem: ne odio nominis fronte prelati, utilitatem excluderet lectionis.

Galat. 5. Seruus Christi Iesu] Seruum autem Christi Iesu se profitens, a lege exutus ostendit. Requiramus nunc, cur seruus dicatur is, qui alibi scribit: Non enim Iohan. 15. accepistis spiritum seruitutis. Itaque in eum modum Saluator ait: Iam non dico uos seruos, sed amicos. Ergo siue id secundum illam humilitatem dictum putemus, quam Dominus docuit dicens: Discite a me, qui mitis sum, & humilis corde; Matth. 11. Neque per hoc laeditur ueritas libertatis in Paulo, dixit enim: nam cum liber 1. Cor. 9. sim ab omnibus, me seruum feci. Seruit ergo Christo, non in spiritu seruitutis, sed in spiritu adoptionis: quia omni libertate nobilior est seruitus Christi. Siue Luc. 22. quasi imitator eius pronuntiat, qui dixerat: Ego sum in medio uestrum, non sicut Philip. 2. discumbens, sed sicut ministrans, & eius qui semetipsum exinanit, formam serui accipiens. Quid est autem seruum esse Christi, quam seruum esse uerbi dei, sapientiae, iustitiae, ueritatis, & omnino omnium uirtutum quae in Christo sunt: Sicut autem scientia quae nunc datur, per speculum datur, & in aenigmatibus, & prophetia, ita & caetera dona spiritus sancti, ut libertas, quae nunc sanctis praestatur, nondum plena libertas est: sed uelut per speculum & in aenigmatibus. Et ideo sancti seruos se esse dicunt, ad comparisonem illius libertatis, quae facie ad faciem tribuitur. Christi Iesu] Ideo utrunque, id est Christi & Iesu, quia in utroque est dominus. Dicendo Christi, contra Marcionem agit, qui ipsum dominum uerum corpus habere denegat. Subiungendo Iesu, Iudaeorum perfidiam redarguit, qui Iesum negant quod deus sit. Paulus Graece scribens Graecum nomen anteponit: Matthaeus autem Hebraice, Hebraica nomina praeferit, dicens: Liber generationis Iesu Christi. Vocatus Apostolus] Iam praescientia diuina ad hoc uocatus, ut esset Apostolus. Itaque uocatus Apostolus in Act. 9. benedictionibus Beniamin, & in uia Damasci, sicut scriptum est: Saule, Saule, quid me persequeris? Hoc nomen, quod est uocatus, generale potest uideri, quod pertinet ad omnes qui in Christum credunt. Multi sunt uocati, pauci uero electi: Vocatus est Iudas, at non erat electus: quia electi sperare a deo non possunt. ἀπόστολος graece, Silas Hebraice, missus latine dicitur: Nam sicut ἀγγελος graece, latine nuntij appellatur, ita graece ἀπόστολοι, latine missi uocantur: Ipsos enim misit euangelizare per uniuersum mundum.

Euangelium. Segregatus in Euangelium dei] εὐαγγέλιον, bonum nuntium interpretatur, quo peccatores ad indulgentiam conuocantur. Apostolus autem quo modo in Iudaismo locum Doctoris habebat, utpote Phariseus, ita a Iudaismi praedicatione separatim se dicit in Euangelium dei, ut a lege dissimulans Christum praedicaret. Aliter segregatus, hoc est, a grege apostolico separatus, ut gentibus praedicaret. Sicut in Actibus Apostolorum spiritus sanctus dicit: Segregate mihi Saulum & Barnabam, in opus quod elegi eos. Segregatus dicitur in Euangelium dei, sicut alibi ipse de se dicit: Cum autem placuit deo, qui me segregauit de utero matris meae, ut reuelaret filium suum in me: Ex quo intelligimus, quod iusti separantur a uentre. Ergo & Paulus, quidem segregatus in Euangelium dicitur, segregatus a uentre matris suae. Causas in eo & merita, quibus in hoc segregari debuerit, uidit ille quem non latet mens: prauidit enim, quod abundantius quam caeteri omnes laboraturus esset in Euangelio, quod in siti, & in fame, & in frigore, & in nuditate, in periculis latronum, in periculis fluminum, in periculis maris praedicaturus esset Euangelium Christi. In Euangelium dei] Vnum atque idem est dicere, & Euangelium dei, Euangelium Christi. Quod Iohan. 10. ipse dominus dicit: Ego & pater unum sumus. Et iterum dicit ad patrem: Omnia mea tua

A mea tua sunt, & tua mea. Ergo Euangelium patris, Euangelium filij est.

Quod ante promiserat per prophetas suos] Ut probet rectam & integram fidem, & spem esse in Christo, iam prius Euangelium eius dicit a deo promissum, ut Esaias ait: Consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum. Dauid quoque: Dominus, inquit, dabit uerbum Euangelizantibus. Et iterum: In omnem terram exiit sonus eorum. Item: Faciet dominus uerbum breuissimum super terram. Vtrum simpliciter accipi debeat Euangelium, per scripturas propheticas repromissum, an discretionem alterius Euangelij, quod aeternum dicit Ioannes in Apocalypsi, quod tunc reuelandum est, Apoc. 14. cum umbra transierit, & ueritas uenerit, considerato etiam tu qui legis, cui aeterno Euangelio conuenire uidebuntur etiam illi aeterni anni, de quibus Propheta dicit: Et annos aeternos in mente habui. Etque adiungi potest & ille liber psal. 76. uitae, in quo sanctorum nomina scripta dicuntur. Sed & illi libri, qui apud Danielem, cum iudicium confedisset, aperti sunt. Vel qui apud Ezechielem Daniel. 7. Prophetam, deintus, & de foris dicuntur inscripti. Omniaque non atramento, Ezech. 2. sed spiritu dei uiui scripta memorantur. Per prophetas suos] Hoc ad laudem Euangelij pertinet: nemo enim rem uilem magnis praecursoribus nuntiat. Totus hic locus contra Manichaeos facit, ubi dicit, quod ante Euangelium sit promissum, & per prophetas dei, & in sanctis scripturis: & quod Christus secundum carnem ex Dauid stirpe, id est Maria uirgine sit creatus, secundum quod praedixerat Esaias: Ecce uirgo concipiet in utero, & pariet filium, & uocabitur Esa. 7. nomen eius Emanuel. In scripturis sanctis] Hoc ad cumulum protestationis adiecit, ut maiorem fiduciam credentium faceret, & legem commendaret. Sanctae autem scripturae sunt, quia & uitia damnant, & sacramentum illius Scriptura una de sancta. unius dei continetur pro salute humana. De filio suo] Multi filij gratia, hic natura, cuius etiam secundum carnem natiuitas dissimilis caeteris inuenitur. Qui factus est ei ex semine Dauid] Factus est per spiritum sanctum, secundum carnem, addendo secundum carnem factus est, secundum uerbi utique substantiam non est factus. Factus est] Non dicit genitus est. Aliud enim est, si dixeris, ex semine admixto sanguinem coagulare & generare, et aliud est, non permixtione, sed uirtute procreare. Ideo factum dicit non genitum, obseruans proprietatem, quia factus est secundum humanitatem, genitus est secundum diuinitatem. Secundum carnem] Hic synecdoche est, nam carnem pro toto homine posuit, sed requirendum, quare non secundum animam dixit ἀνὰ νοῦν: Nec intelligunt ideo carnem solam nominatam esse, in eo quod dictum est: Verbum caro factum, quia hominum oculis, propter quos facta est illa susceptio, caro sola potuit apparere: Nec semper factum esse, ad creationem referatur, scriptum enim est: Domine, refugium factus es nobis. Et: Dominus factus est mihi in salutem. Qui praedestinatus est filius dei] Filium dei dicens, patrem significauit deum, addito autem spiritu sanctificationis, ostendit mysterium trinitatis: hic ergo qui in carnatus quidem latebat, sic praedestinatus est secundum spiritum sanctificationis in uirtute ministerij filij dei, cum surgit a mortuis, sicut scriptum est: Veritas de terra orta est. Omnis enim ambiguitas diffidentiae de resurrectione eius calcata est & compressa, quia praedestinatus est. Recte quippe filius dei non praedestinatus est, secundum id quod uerbum dei est, deus apud deum, quid enim praedestinetur, quod sine initio, & sine termino deus semper aeternus est: Illud enim praedestinatum est, quod nondum fuerat: ut si-

Cut in suo tempore fieret, quemadmodum ante omnia tempora prædestinatus erat ut fieret, lege cap. 3. in Enchiridio: ubi non solum bonos in gloriam, sed & impios deum dicit prædestinasse ad pœnam. *Destinare. Prædestinare.* Destinatur ille qui est: Prædestinatur is qui nondum est. Quare non dixit præpositus est? Inter prædestinationem autem, & propositionem hoc interest: quod prædestinatio, alicuius rei *Propone.* multo ante in mente eius qui destinet, quid futurum sit præfiguret: Propositum autem cū uicina sit machinatio, & penè cogitationem sequatur effectus.

» Qui prædestinatus est filius dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri] Tanquã de alio supra diceret: quid est enim filius dei prædestinatus, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri? nisi eiusdem Iesu Christi, qui prædestinatus est filius dei. Ergo quomodo hic cum audimus: filius dei in uirtute Iesu Christi? an ut filius dei secundum spiritum sanctificationis Iesu Christi? aut filius dei ex resurrectione mortuorum Iesu Christi? cum dici potuisset, uisitare in uirtute sua, aut secundum spiritum sanctificationis suæ, aut ex resurrectione mortuorum eius, uel mortuorū suorum. Non cogimur intelligere aliam personam, sed unam eandemq̃, scilicet filij dei, domini nostri Iesu Christi. Ita cum audimus: Fecit deus hominem ad imaginem dei: Quamuis usitatus dici ad imaginem suam possit: non tamen cogimur aliam personam intelligere in trinitate, sed ipsam unam, eandemq̃ trinitatem, qui est unus deus, ad cuius imaginem factus est homo. Secundum spiritum sanctificationis] Ut præ oibus in incorruptibilitatis uirtute resurgeret, & uitam resurrectionis dei filijs aperiret: de quibus ipse dicit, qui filij dei sunt, cum sint filij resurrectionis. Sanctificationis uero spiritus dicitur filius, secundum hoc quod præbet omnibus sanctitatem. Ideo non dixit, ex resurrectione Iesu Christi, sed ex resurrectione mortuorum Iesu Christi, quia resurrectio Christi generalem resurrectionem præbuit. Mortuorum Iesu Christi, non omnium resurgentium, sed ad Christū pertinentium in ipso Christo resurrectionis forma protenditur.

» Per quem accepimus gratiam] Remissionem uidelicet peccatorum in baptismo, nec non celestis sapientiæ, diuersarumq̃ linguarum cognitio-

nem, gratiam nominat. Apostolatus uero, ad prædicationis autoritatem comitantibus signis pertinet, quia & ipse Christus apostolus dicitur, id est, missus à patre, quippe qui ad Euangelizandum pauperibus missum se dicit.

» Ad obediendum fidei in omnibus gentibus] Missos ergo Apostolos dicit, ut prædicarent fidem omnibus gentibus, ut obedirent & saluarentur: ut donum dei non iam solis Iudæis, uerum etiam omnibus gentibus concessum uideretur, ad obediendum fidei, non legi.

» Pro nomine eius] Hoc est, uice nominis eius fungimur, ut ipse ait: Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Et iterum: Qui uos recipit, me recipit: Sive pro nomine eius, id est, ad gloriam nominis eius. In quibus & uos uocati estis] Quia scilicet donum dei omnibus missum est, ut cum audiunt se inter cæteros uocatos, scirent se sub lege agere non debere. Item, in quibus estis & uos uocati: nam & in uobis, id est, Romanis apostolatum accepimus. Vocatis sanctis] Hoc est, sanctis uocatione dei, non merito facti. Gratia uobis & pax à deo patre, & domino nostro Iesu Christo] Illud animaduertendum est, quod & in superioribus, & in præsentibus commate eclipses, id est, defectus necessariorum dictionum esse noscuntur. Itaq̃

» A deo patre nostro] Deum patrem nostrum dicit, propter originem nostram, qui ab ipso creati sumus, & cuius nos filij sumus adoptione.

» Et domino Iesu Christo] Christum autem dominum, quia eius sanguine redempti sumus filij dei: Gratia dicta est ab etymologia, gratiam enim interpretatur plenitudo, qd̃ significat charitatē, quia plenitudo legis charitas est.

» Primum quidem gratias ago deo meo] Finita præfatione ante omnia gaudium suum testatur, utpote gentium Apostolus, quod cum Romani regnent in mundo, subiecerunt se fidei Christianæ: nam fama fidei illorum profectus erat multorum, qui uidebant principes suos factos esse Christianos: Gratias ergo se dicit deo suo agere duntaxat, quia adhuc illorum non erat plene. Deo meo] Natura deus omnium est, merito & uoluntate paucorum, ut est Deus Abraham, secundum quod hic suum nominat deum. Prima uox incipit à gratiarum actione, agit autem deo gratias per Christum, uelut pontificem magnum: Oportet enim scire eum, qui uult offerre sacrificium deo, quod per manus pontificis debet offerre. Sed & hoc quod dixit, deo meo, non est ociose accipiendum: non enim uox ista potest esse, nisi sanctorum, quorum deus dicitur: Sicut deus Abraham, uel Isaac, uel Iacob: non enim potest deum suum dicere is, cui uenter deus est, aut cui gloria seculi & pompa mundi, aut potentia rerum caducarum deus est. Quicquid unusquisque supra cætera colit, hoc illi deus est. Sed uideamus quidem pro quo Apostolus gratias agat deo suo. Quoniam, inquit, fides uestra annuntiatur in uniuerso mundo] Si simpliciter accipiamus, hoc uidetur designare, quod multis locis mundi, hoc est terræ, eorum qui Romæ sunt, fides & religio prædicatur. Si uero in hoc loco mundus designatur, qui ex cælo constat & terra, omnibusq̃ quæ in eis sunt, potest etiam illud intelligi, quod Virtutes, de quibus dicitur, quia gaudium habeant super uno peccatore pœnitentiam agente, multo magis de conuersatione, & fide quoq̃ Romanorū lætantur, nuntiātibus sibi angelis, qui ascendunt & descendunt ad filiū hominis, & ipsi enim mirantur de conuersatione gentiū, & quod in omnē terram exiuit Apostolorū Christi prædicatio. Potest tamē & ita intelligi, quod fides ista, quæ Romani habēt, ipsa eademq̃ sit, & nō alia quæ in uniuerso mundo adnuntiatur & creditur, quæ non solū in terris, sed & in cœlis prædicatur.

» Deo meo] Blandientis affectus est, qd̃ cōmunem dominū omnīū, gratiæ magnitudine suum, & quasi pprium senserit deum. Obseruādū sanè est, quia ad hoc qd̃ dixit, primū quidē gratias ago, cōsequens erat ut diceret secūdo. Sed prædiximus de locutionibus minus finitis, nisi forte uideatur in eo reddi, cū dicit: nolo autē ignorare uos fratres. Testis enim mihi est deus cui seruiō] In spiritu meo inqt, non in circūcisione manu facta, neq̃ in neomenijs & sabbato, & discretionem escharum, sed in spiritu meo, id est, in mente: quia enim deus spiritus est, spiritu uel animo debet illi serui. In Euangelio filij eius] Hoc

» spiritus est, spiritu uel animo debet illi serui. In Euangelio filij eius] Hoc

» Ita q̃ ut plena constructio constare queat, ipsa uerborum series in ordinem sic disponatur: Ego Paulus seruus Christi Iesu, uocatus apostolus, & cætera quæ subsequuntur, postremoq̃ subinferatur: Præcor uel exopto, multiplicentur gratia uobis, & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo: Gratiam & pacem cum his dicit esse, qui recte credunt. Gratia, qua à peccatis absoluti sunt: Pax uero, quia ex impijs recōciliati sunt creatori: Bene gratiam & pacem connectit, nam uacua prima sine altera: pax enim obseruat gratiam.

» A deo patre nostro] Deum patrem nostrum dicit, propter originem nostram, qui ab ipso creati sumus, & cuius nos filij sumus adoptione.

» Et domino Iesu Christo] Christum autem dominum, quia eius sanguine redempti sumus filij dei: Gratia dicta est ab etymologia, gratiam enim interpretatur plenitudo, qd̃ significat charitatē, quia plenitudo legis charitas est.

» Primum quidem gratias ago deo meo] Finita præfatione ante omnia gaudium suum testatur, utpote gentium Apostolus, quod cum Romani regnent in mundo, subiecerunt se fidei Christianæ: nam fama fidei illorum profectus erat multorum, qui uidebant principes suos factos esse Christianos: Gratias ergo se dicit deo suo agere duntaxat, quia adhuc illorum non erat plene. Deo meo] Natura deus omnium est, merito & uoluntate paucorum, ut est Deus Abraham, secundum quod hic suum nominat deum. Prima uox incipit à gratiarum actione, agit autem deo gratias per Christum, uelut pontificem magnum: Oportet enim scire eum, qui uult offerre sacrificium deo, quod per manus pontificis debet offerre. Sed & hoc quod dixit, deo meo, non est ociose accipiendum: non enim uox ista potest esse, nisi sanctorum, quorum deus dicitur: Sicut deus Abraham, uel Isaac, uel Iacob: non enim potest deum suum dicere is, cui uenter deus est, aut cui gloria seculi & pompa mundi, aut potentia rerum caducarum deus est. Quicquid unusquisque supra cætera colit, hoc illi deus est. Sed uideamus quidem pro quo Apostolus gratias agat deo suo. Quoniam, inquit, fides uestra annuntiatur in uniuerso mundo] Si simpliciter accipiamus, hoc uidetur designare, quod multis locis mundi, hoc est terræ, eorum qui Romæ sunt, fides & religio prædicatur. Si uero in hoc loco mundus designatur, qui ex cælo constat & terra, omnibusq̃ quæ in eis sunt, potest etiam illud intelligi, quod Virtutes, de quibus dicitur, quia gaudium habeant super uno peccatore pœnitentiam agente, multo magis de conuersatione, & fide quoq̃ Romanorū lætantur, nuntiātibus sibi angelis, qui ascendunt & descendunt ad filiū hominis, & ipsi enim mirantur de conuersatione gentiū, & quod in omnē terram exiuit Apostolorū Christi prædicatio. Potest tamē & ita intelligi, quod fides ista, quæ Romani habēt, ipsa eademq̃ sit, & nō alia quæ in uniuerso mundo adnuntiatur & creditur, quæ non solū in terris, sed & in cœlis prædicatur.

» Deo meo] Blandientis affectus est, qd̃ cōmunem dominū omnīū, gratiæ magnitudine suum, & quasi pprium senserit deum. Obseruādū sanè est, quia ad hoc qd̃ dixit, primū quidē gratias ago, cōsequens erat ut diceret secūdo. Sed prædiximus de locutionibus minus finitis, nisi forte uideatur in eo reddi, cū dicit: nolo autē ignorare uos fratres. Testis enim mihi est deus cui seruiō] In spiritu meo inqt, non in circūcisione manu facta, neq̃ in neomenijs & sabbato, & discretionem escharum, sed in spiritu meo, id est, in mente: quia enim deus spiritus est, spiritu uel animo debet illi serui. In Euangelio filij eius] Hoc

» spiritus est, spiritu uel animo debet illi serui. In Euangelio filij eius] Hoc

» spiritus est, spiritu uel animo debet illi serui. In Euangelio filij eius] Hoc

» spiritus est, spiritu uel animo debet illi serui. In Euangelio filij eius] Hoc

» spiritus est, spiritu uel animo debet illi serui. In Euangelio filij eius] Hoc

C est, non in eo quod Moyſes ſeruus tradidit, ſed in eo, q̄ dilectiſſimus filius do-
cuit. Quod ſine intermiſſione mentionem ueſtri faciam in omnibus oratio-
nibus meis] Dicit Apoſtolus: Semper gaudeſte, ſine intermiſſione orate. Quis
autē poteſt ita ſemper orare, & ſine defectu uel intermiſſione precibus inſiſte-
re, ut nec alimētis ſumendis, aut dormiendī tempus habeat? Aut ergo dicen-
dum eſt, eum ſemper orare & non deficere, qui canonicis orationibus quoti-
die iuxta ritum eccleſiaſticae traditionis, pſalmodijs, precibusq̄ conſuetis do-
mini num laudare & rogare non deſiſtit. Et hoc eſt quod Pſalmiſta dicebat: Be-
nedicam dominum in omni tempore, ſemper laus eius in ore meo. Aut certe
omnia quae iuſtus ſecundū deum gerit, & dicit, ad orationē eſſe reputanda: qui
enim iuſtus eſt, ſine intermiſſione quae iuſta ſunt agit, per hoc ſine intermiſſio-
ne iuſtus orabit, nec unquam ab oratione ceſſabit, ſiue iuſtus eſſe deſiſtit.

Obſecrans, ſi quo modo] Id eſt, aliqua cauſa, uel qualibet occasione uel ra-
tione. Itaq̄ uoluntati eius ſicut occaſio data eſt, ut coactus appellaret Caſarem,
ſic dirigitur ex aliqua cauſa, deo uolente, ut impletet propoſitū uoluntatis ſuae.
Deniq̄ in naufragio poſito aſtitit dominus, dicens: Noli timere: ſicut enim te
ſtificatus eſt in Hieroſoly mis de me, ita & Romae. Videamus autem quod di-
cit: cui ſeruo in ſpiritu meo. Seruire in ſpiritu, ſimile mihi uidetur eſſe, imò &
amplius aliquod, quam adorare in ſpiritu: Nam adorare quis poteſt ſine affe-
ctu, deſeruire uero eius eſt, quem conſtringit affectus. Deſeruit ergo Apoſto-
lus deo non corpore, nec anima, ſed meliore ſui parte, id eſt ſpiritu: Hae enim
tria eſſe in homine designat ad Theſſalonicenſes ſcribens, cum dicit: Vt inte-
grum corpus noſtrum, & anima, & ſpiritus, in die domini noſtri Ieſu Chriſti
ſeruetur. Et Daniel dicit: Laudate ſpiritus, & animae iuſtorum dominum.

Proſperū iter habeā in uoluntate dei ueniendū ad uos] Puto quod etiā hoc
uult intelligi, quia non ſemper itineris proſperitas dei uoluntate perficitur.
Denique & Balaam iter habuit proſperū eundū ad Balac, ut malediceret po-
pulum Iſraēl, ſed non fuit illa ex uoluntate dei proſperitas, & multi in rebus
ſeculi, proſperis utuntur ſucceſſibus, & exultāt in proſperitatibus ſuis, ſed nō
eſt talis proſperitas ex uoluntate dei. Deſidero enim uidere uos] Quid eſt,
q̄ cum ſcriptis illos corrigat, & à carnali ſenſu abſtrahat, praſentiam ſuam ne-
ceſſariam dicit? Niſi aliter dicta ad aliud ſolent rapi, ſicut ab haereticis fit, ideo
deſiderat uidere eos, ut praſens doctrinam euangelicā, ſenſu quo ſcribat tra-
dat, ut magis illis proficiat, additis ſignis uirtutum, quae magis autoritatem
dant ſignis. Cum autem dicit: Vt gratiam uobis ſpiritualem miniſtrem]
Carnalem illos ſenſum aſſecutos ſignificat. Quia ſub nomine Chriſti non illa
quae Chriſtus docuerat fuerant aſſecuti, ſed ea quae fuerant Iudaeis tradita.

Ad confirmandos uos] Hae confirmatio tres perſonas requirit. Adiu-
uantis dei, miniſtrantis Apoſtoli, accipientis populi. Conſolari autem ſe
dicit cum illis, ſi apprehendant ſpiritualia. Per eam quae inuicem eſt fi-
dem] Hoc eſt, ut per cōmunem fidem inuicem conſolemur. Quod autem di-
cit: ut aliquod tradam uobis donum ſpirituale, uidetur indicare, eſſe aliquid
quod donum quidem ſit, non tamen ſpirituale, ut nuptiae, diuitiae, & forti-
tudo corporis, & formae decor, regnumque terreſtre: A deo enim etiam
haec donantur. Beati ſunt ergo illi, quibus ſpiritualem gratiam tradere uult
Apoſtolus, ad confirmationem fidei, ut ultra paruuli non ſint, neque cir-
cunferantur omni uento doctrinae: Quod cum ſit, à Paulo & ipſe conſolatio-
nem capit,

A nem capit, opus ſuum firmum & ſtabile uidens, & illi conſolantur, quia poſto-
lica gratia ſunt participes.

Nolo autem uos ignorare fratres, quia ſaepe propoſui uenire ad uos, & pro-
hibitus ſum uſque ad huc, ut aliquē fructum habeam in uobis, ſicut & in cæte-
ris gentibus. Graecis ac Barbaris, ſapientibus ac inſipientibus debitor ſum. Itaq̄
quod in me promptum eſt, & uobis qui Romae eſtis euangelizare.] Eſt quidē
hyperbaton in hoc loco, eſt & locutionis defectio: Si hyperbaton, hoc modo
reddere poſſumus: Nolo autem ignorare uos fratres, quia ſaepe propoſui ueni-
re ad uos, ut aliquem fructū habeam in uobis, ſicut & in cæteris gentibus, Grae-
cis & Barbaris, ſapientibus & inſipientibus, & prohibitus ſum uſque ad huc.
Defectio uero elocutionis hoc modo adimplebitur, in eo ubi dicit: & in cæte-
ris gentibus, Graecis ac Barbaris, ſapientibus & inſipientibus, uidetur deefſe:
quibus debitor ſum: ut ſit talis conſuetudo: Sicut fructū habeo & in cæteris, Grae-
cis & Barbaris, ſapientibus & inſipientibus, quibus debitor ſum: ita quod in me
eſt, promptus ſum etiam uobis, qui Romae eſtis, euangelizare, & prohibitus
ſum. Si quidem à deo putetur prohibitus, oſtenditur per hoc, id etiam curae deo
fuiſſe, quo unusquiſq̄ Apoſtolorum uel debeat ire, uel non debeat. Cur autē
prohibitus eſt: Ideo, quia dominus ſciebat imperitos adhuc Romanos, & mit-
tebat Paulum ad alios, ut interim paratiores. Vt aliquem fructum habeam
in uobis] Vnde uelut multarum diuitiarum cupidus Paulus, congregat fru-
ctus ex Graecis, congregat ex Barbaris, &c. Verum hos omnes fructus aſfert
Paulus, qui tanquam palmes bonus permanet in uite uera, qui eſt Chriſtus,
quem frequentius pater purgat agricola, & ideo fructum plurimum aſfert, pur-
gat eum in laboribus, in tribulationibus, in perſecutionibus: Sunt enim alijs
palmiteſ, qui in uite quidem permanent, fructum uero non ferunt, ſed ſunt ar-
di, qui dicuntur à patre in ignem mitti: Fructum dicit, miniſterij ſui coeleſtem
mercedem. Sicut & in cæteris gentibus] Exemplo cæterarum gentium:
promptior enim ſit quis ad rem ſibi traditam, ſi illi multos uideat aſſentire. De
Iudaeis autem tacuit, quia magiſter gentiū erat, ſicut & in cæteris gentibus ſub-
auditur ab eo. Sapientes autem illos dicit, qui mundanis rationibus eruditi, ſa-
pientes uocantur in ſeculo: dum aut ſyderum ſpeculatores ſunt, aut menſuris,
aut numeris, aut arti grammaticae ſtudent, aut rhetoricae, aut musicae. Requi-
rendum eſt, quomodo Apoſtolus Graecis & Barbaris, ſapientibus & inſipien-
tibus debitor eſt: Quid enim ab ipſis acceperat, unde eis debitor fieret? Arbi-
tror diuerſis quidem gentibus inde effectum eſſe debitorem, quia omnium gen-
tium linguis eloqui accepit gratiam ſpiritus ſancti. Ergo debitor omnibus il-
lis efficitur, quorum cauſa accepit à deo linguae notitiam. Sapientibus autem
efficitur debitor, per hoc quod accepit ſapientiam in myſterio abſconditam,
quam perfectis & ſapientibus loqueretur: quo modo autem & inſipientibus?
in quo patientiae gratiam, & longanimitatis accepit: ſummam etenim patientiae
ferre inſipientium motus.

Non enim erubeſco ſuper Euangelium] Hoc eſt, ſicut quidam doctores
erubeſcebant, qui doctrinam coeleſtem, adiunctis miraculis corroborare ne-
quibant. Virtus enim dei eſt &c.] Nulla maior uirtus eſt, quam quae
deuicta morte, homini perditam reddidit uitam, quamuis incredulis inſir-
mitas uidebatur: definiens ergo quid ſit Euangelium, pronuntiat. Virtus
enim, inquit, in ſalutem omni credenti] Quod autem dixit, quod uirtus dei
eſt in ſalutem, uidetur oſtendere, quod ſit aliqua uirtus dei, quae non ſit ad ſalu-
tem

Sine intermiſ-
ſione orare.

Seruire ſpiri-
tu maius quam
adorare.

Tria in homi-
ne ſunt.

Proſperitas iti-
neris non ſem-
per ex dei uo-
luntate eſt.

Confirmare
aliquem.

compoſitio.

ſed

Paulus palmes
fuit fertilis.

Iudaeorum no-
minis quamob-
rem Paulus nō
meminerit.
Sapientes quos
Paulus appella-
let.

Virtus quedam, sed ad perditionem: Sicut in Psalmis legitur: In uirtute tua disperde illos: dei ad perditionem est. uirtus enim in dextera est qua saluamur: ut uirtus in qua disperdit, sinistra dicitur.

„ catur. Iustitia enim dei reuelatur in eo, ex fide in fidem] Iustitia dei est, quia quod promissit, dedit. Iudæo] Credenti, quod ei promissit deus per prophetas suos: Iustitiam dñs probat. Ex fide] Dei promittentis. In fidem] Homini credentis. Iustitia dei reuelatur] Qui credit, ueracem deum dedisse quod promissit: Hoc contra Iudæos loquitur, qui negant esse Christum quem promissit.

Abacuc 2. „ Sicut scriptum est] In Abacuc uidelicet. Iustus ex fide] Id est, non ex operibus legis. Viuit] Hoc est, presentem uitam ducit, uel uitam eternam acquirit: aliter secundum Pil. *

Crederem le- gendum Palla dium, qui item Hybernensis fuit, nisi aliter quot annis fuerit Sedulio minor. Matth. 11.

Iustitia dei est] Quod iustum fuerat, ut quo modo Abraham credens ex gentibus, per solam fidem iustificatus est, ita ceteri fidem eius imitantes, saluarentur. Ex fide] Abraham. In fidem] Homini credentis, siue ex fide Iudæi, in fidem gentilis: Ideo autem ex, & in posuit, ut tautologia uitium declinaret. Iustitia dei in Euangelio reuelatur, per id quod ad salutem nullus excipitur uenire, siue Iudæus, siue Græcus, siue Barbarus: Nam omnibus dicit saluator: Venite ad me omnes qui laboratis, & ego reficiam uos: Reuelatur iustitia dei, quæ oblecta prius uelabatur in lege: reuelatur enim in his, qui ex fide ueteris testamenti, ad fidem noui Euangelij ueniunt: & cum in Euangelium ueniunt, ex fide legis, in fidem Christi diriguntur. Iustus autem meus ex fide uiuit, id est, ueteris & noui testamenti: nam alterum sine altero integritatem uitæ non habet. Aliter, ex fide prædicantium, in fidem credentium. Siue ut Augustinus exponit, ex fide uerborum, quibus nunc credimus quod nondum uidemus, in fidem rerum, qua in æternum quod nunc credimus, obtinebimus: quare non homo uel uir ex fide uiuere dixit, ideo ne reprobarer opera, dum hucusque fidem & gratiam commendauit, hic uero opus ostenditur, dicens: Iustus ex fide uiuet, quia iustum indicat, bona opera habentem.

„ Reuelatur enim ira dei de celo] Sicut in illo qui credit, iustitia dei reuelatur, ut supra memorauit, ita & in eo, qui non credit, ira dei reuelatur de celo. Auctoritas celsitudinis hoc loco ostenditur, sic est illud: Pater noster, qui es in coelis. Sic: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum: Ita & iusta uindicta, quæ ira dei appellatur, non nisi de superni iudicis throno descendit. Ira dei uidetur interdum uirtus ipsa, quæ præest poenarum ministris, & quæ supplicia infert peccatoribus, dicit: Interdum tentationis afflictio ira dei nominatur, sicut Iob dicit: Ira dei in corpore meo: Et quia spiritualia nequitia, aduersum quæ nobis certamen est, in celestibus esse dicuntur, consequenter in eos, qui ab his superantur, ira dei de celo dicitur iaculari. In omnem impietatem] Id est, Iudæorum & Gentium: Impietas, in deum peccare est: Iniquitas, in homines: In deum ergo & in homines peccat Qui ueritatem in iniquitate detinent] Non dixit, quod non habent ueritatem, sed ueritatem quam sciunt, in iniquitate detinent, nam ueritatem nominis dei in iniustitia indignæ materiam detinent idolorum.

„ Quia quod notum est dei] Noticia dei manifesta est ex fabrica mundi: ut enim deus, qui natura inuisibilis est, possit sciri, opus factum ab eo est, quod opus sic inuisibilitate sua manifestaret, ut per certum incertum posset sciri. Quia quod notum dei est.] Id est, quod cognosci de deo potest, per coniecturam creaturæ, uerbi gratia, quod sit, & quod iustus sit, & omnipotens: Ostendens esse aliquid dei quod notum sit, & aliquid eius quod ignotum sit, Ignotum hoc dei intelligendum est, cum

A est, cum ratio substantiæ eius uel naturæ, cuius quæ sit proprietas, puto quod non solum nos homines, sed & omnem lateat creaturam. Deus enim illis manifestauit] Id est, manifestauit se, dum opus fecit per quod possit agnosci. Inuisibilia enim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta percipiuntur] Hoc est, mysteria obscura suæ uirtutis. Sciendum est, quod hic inuisibilia quæ nominat de creaturis, spiritualia alibi dicit: Ideo quæ addidit: Sempiterna quoque uirtus eius ac diuinitas] Virtus est, qua instituit quæ non erant, quæque omnia regit: diuinitas est, qua replet uniuersa. Non magnificauerunt] Quia nec dignum honorem deo dederunt. Aut gratias egerunt] Pro eo quod tales facti sunt, ut deum possent agnoscere, si uellent. Sed euanuerunt in cogitationibus suis] Per cogitationum suarum uanitatem, dum formas & imagines corporeas requirunt in deo, in semetipsis dei imaginem perdididerunt: quos Anthropomorphitas ecclesiastici uiri solent nominare. Anthropomorphyte.

„ Obsecratum est insipiens cor eorum] Recedentes à lumine ueritatis sapientes, quasi qui inuenissent, quomodo inuisibilis deus per simulachrum uisibile coleretur. Stulti facti sunt] Non intelligentes, nullam similitudinem habere mortuum immortalis, & corruptibile sempiterni conditoris: Quamuis ad omnes homines, quibus inest naturalis ratio, maxime tamen hæc spectant ad sapientes huius mundi, & eos qui Philosophi nominantur, quibus præcipue creaturas mundi, & omnia quæ in eo facta sunt, discutere disciplina est, & per hæc quæ uidentur, ea quæ non uidentur rationem colligere. Et mutauerunt gloriam immortalis dei] Hoc est, nomen & honorem dei idolis dederunt: A uiuo enim deo recedentes, mortuis fauent. Primi enim Babylonij, deum uocauerunt figmentum Belis, hominis mortui, qui principatum dicitur in eis egisse. Coluerunt & serpentem, draconem, quem occidit Daniel, homo dei, cuius similitudinem habent: Aegyptij colebant quadrupedem, quem dicebant Apim, in similitudinem uaccæ, quod malum imitatus est Ieroboam: & uolucres, quia cronica sacra habebant pagani, id est, ut aquila Iouis, graculus & cornix diceretur. Sed breuiter, & omni in unum collecta definitione dicamus: Adorare alium præter patrem, & filium, & spiritum sanctum, impietatis crimen est. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum.] Isti autem uertentes se à deo, traditi sunt diabolo. Tradere hoc est permittere, non incitare, aut immittere, ut ea quæ in desiderijs conciperent, experirent in opere. Per hoc quod deserunt, traduntur in desideria cordis sui. Quali iudicio erga diuinitatis uisi sunt uenerationem, dum dei incorruptibilis gloriam, ad foedas & indignas deducunt hominum & animalium formas, tali etiam erga semetipsos utantur uice, ut rationabiles homines uiuant more irrationabilium belluarum. Item Augustinus in libro de gratia dei, & libero arbitrio: Propterea tradidit illos deus in desideria cordis eorum] Scriptum est in Prouerbis Solomonis: Sicut impetus aquæ, sic cor regis in manu dei, quocumque uoluerit, inclinabit illud. Et in epistola Pauli ad Romanos: Propterea tradidit illos deus in desideria &c. His & talibus testimonijs diuinorum eloquiorum, satis, quantum existimo, manifestatur, operari deum in cordibus hominum, ad inclinandas eorum uoluntates quocumque uoluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala Deum obturare pro meritis eorum: iudicio autem suo aliquando aperto, aliquando occulto, semper autem iusto. Ac per hoc, quando legitis in diuinis literis, à deo seduci homines, aut obtundi, aut obturari corda eorum, nolite dubitare præcessisse maiora merita eorum, ut iuste paterentur. In immundicia] Quæ est in turpibus, dum sit.

b mysterijs

C mysterijs, ut contumelijs afficiant corpora sua, dum sibi in sacramentis idolorum cauteria & bustiones infligunt, ut quasi amentes ipsi in se suorum sint uindices delictorum. Qui commutauerunt ueritatem dei in mendacium] Hoc est, nomen dei qui uerus est, dederunt hijs qui non sunt dij, lapidibus scilicet & lignis, atq; metallis. Qui simulachrum colit, conuertit ueritatem dei in mendacium: nam mare ueritas est, hoc est uera creatura: Neptunus autem mendacium, factum ab homine, conuersa ueritate dei in mendacium. Quia deus fecit mare, homo autem simulachrum Neptuni. Et coluerunt, & seruiuerunt creaturæ potius quam creatori] Id est, non solum dilexerunt, sed etiam seruiuerunt: Sed quicumq; alicuius creaturæ cupiditate uincitur, ipsi seruit; à quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Qui est benedictus in secula] Cui si seruissent, & ipsi fieri benedicti in secula potuissent. Nam foemina eorum immutauerunt naturalem usum, in eum usum, qui est contra naturam] Omnia peruerterunt, in deum peruersi: Neq; enim ordinem naturæ seruare poterant, qui naturæ dereliquerant autorem. Similiter autem & masculi, relicto naturali usu foeminae. Aliam dare Satanas legem non potest, nisi ut concessa & licita in alium ordinem uertat, ut dum aliter fiunt quam concessa sunt, peccatum sint. Exarserunt] Quia effrenata libido modum seruare non nouit. Et mercedem, quam oportuit erroris sui, in semetipsis recipi- entes.] Oportuisse non est ueritus dicere Apostolus, ut qui creaturæ potius, quam creatori seruiuerunt. Erroris sui mercedem] Non inuiti hæc turpia pati- endo, sed libenter faciendo. Recepterunt] Iudicio scilicet non alicuius hominis immundissimi, quem talia delectarent, sed iustissimi dei, qui tradidit il- los in passiones ignominia, ut crimina criminibus uindicarentur, & supplicia peccantium non sint tormenta, sed incrementa uitiorum. Et sicut non probauerunt deum habere in notitia] Non nescierunt, sed minime probauerunt: Ille enim probat deum habere in notitia, qui semper illum presentem habens, peccare non audet. Tradidit illos deus in sensum reprobum] Deus neminem tradit, sed relinquit, nec adiuuat eum qui peccat. Repletos omni iniquitate, & malitia] Principales causas ostendit esse omnium uitiorum. Ioannes Metropolitanus hæc dicit: Iniquitas est generale nomen omnis peccati ab origine: Nam quisquis de æquitate naturæ, uel mandatorum dei labitur, iniquus dicitur: Vnde iniquitas dicta est, quasi inæquitas: Malitia uero, quasi maior latio: molitur enim, uel magis uult q̄ necesse est. Fornicatio dicta est, quasi formæ necatio, per quam forma bona naturalis animæ necatur. Fornicatio autem est, à legitimo coniugio foras exire. Impudicitia, est peccatum publicum, & perseverans. Auaritia, dicta est quasi ab auro respecta. Auarus dicitur, quasi auidus auri. Inuidia, est odium alienæ felicitatis. Homicidium, est innocen- tis occisio. Contentio est, ubi non ratione aliquid, sed animi pertinacia defen- ditur, ubi non tam ueritas queritur, sed intentio fatigatur. Contentiosus est, qui aliquid contra conscientiam suam nititur defensare. Dolus, est occulta ma- litia, blandis sermonibus adornata. Malignitas, est malitiæ opus, dicta à male agendo. Susurrones] Murmuratores non in faciem, sed in aurem loquen- tes. Deo odibiles] Nihil enim est tam odibile deo, quam idololatræ. Contumeliosi meliosi sunt, qui uelocis sunt in uerbis iniuriæ, Superbia, est amor alienæ excel- lentia, qui uult supergredi, quod est superbi. Inuentores malorum] Quia semper superbia excogitat & inuenit mala: sicut autor superbiae per elationem suam inuenit sibi malum, quod ante non fuerat. Elatus autem dicitur, qui se iactat

Colere simula-
chra est uerita-
tem couertere
in mendacium.

Seruare quid.

Iniquitas gene-
rale peccatorum
omnium nomen.

Malitia.

Fornicatio.

Impudicitia.

Auaritia.

Homicidium.

Contentio.

Dolus.

Malignitas.

Susurrones.

Contumeliosi.

Superbia.

A iactat super mensuram suam. Item elati sunt, qui se iactant habere quod non ha- bent. Parentibus non obedientes] Veri parentes sunt, qui per semen uerbi generant in lucem, & uitam æternam. Insipientes] Incompositos. Inordi- natos] Qui à fonte sapientia recesserunt, necesse est ut inordinate ferantur. Sine affectione] Affectio est adimpletio charitatis. Sine misericordia] Quomodo enim aliorum poterat misereri, qui sibi crudeles sunt? Tertio inue- nimus ab Apostolo positum: tradidit illos: & primæ quidem causas addidit: Quia cum cognouissent deum, non sicut deum magnificauerunt &c. Propter quod, inquit, tradidit illos deus in desideria cordis eorū &c. Secundæ traditio- nis causam uidetur præmittere, cum dicit: Quia cōmutauerunt ueritatem dei in mendacium. Propter hoc, ait, tradidit illos deus in passiones ignominia: quæ tamen secunda traditio grauioribus flagitijs uidetur obnoxia: etenim foemina, inquit, eorū mutauerunt naturalem usum &c. Tertiæ quoq; traditionis causas uidetur dare, cum dicit: Et sicut non probauerunt deum habere in noti- tia, tradidit illos deus in reprobum sensum &c. Verum distinctiones istæ cau- sarum, non mihi uidentur cōgruere satis ad ea, quæ singulis quibusq; subiecta sunt crimina: Quomodo enim turpioribus flagitijs is, qui creaturam deseruit, magis quam ille, qui gloriam incorruptibilis dei mutauerit in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrū, & quadrupedū, & serpentū? Aut quomodo supra utrunq; horū, uelut examini cuidam traditur malorū, hijs qui non probauerunt deū habere in notitia? Magis itaq; mihi uidentur omnes hæc causæ, quæ traditionibus singulis proferuntur, in unum coadceruandæ, & rur- sum traditionū species in unū, ut uerbi causa ita dicamus: Quod cōmutauerūt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Et: quia cōmutauerunt ueritatē dei in mendaciū. Et: nec probauerunt deū ha- bere in notitia: Propter hæc omnia tradidit eos deus in desideria cordis eorū, & tradidit in passiones ignominia, & tradidit illos deus in reprobum sen- sum, ut facerent quæ non conueniunt, qui erant repleti omni iniquitate & ma- litia, & cæteris quæ scripta sunt malis. In his autem tribus, uniuersas impietatis species enumerasse uidetur Apostolus, uel eorum qui idola colunt, uel eorum qui creaturæ deseruiunt potius, quam creatori: siue eorū, qui non probauerūt deum habere in notitia. In quorum primo titulo promiscue pagani: In alio sa- pientes eorum & philosophi designantur: Puto quod hoc tertio indicetur hæ- retici, uel creatorem deum negantes, uel diuersas blasphemias in excelsum lo- quentes. Certum est autem, quod siquidem tradiderit deus uel in desideria cor- dis, uel in passiones ignominia, uel in reprobum sensum, continuo in eo qui traditur, seges criminum surgat. Qui cum iustitiam dei cognorint, non intelle- xerunt, hoc est, oculos habent & non uident: non enim intellexerunt, tales à deo, etsi non in presenti, tamen in futuro esse puniendos. Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus] Sunt quidam, qui se reos non putant, si non operentur quæ mala sunt, assentiunt autem facientibus. Assen- tire autem facientibus est, si cum quis possit reprehendere, taceat: ut audiens fa- bulas, aduletur; & ita est, ut qui fomitem præbent delictis eorum, dignū est ut pari crimine rei habeantur. Sunt item alij, qui non solum faciunt mala, sed etiā consentiunt male facientibus. Duplex ergo horum nequitia est: illi enim nō tam mali sunt, qui faciunt, & facientibus contradicunt.

Veri parentes

Tria uitia om-
nia alia com-
plectentia.

Psal. 113.

Assenti facien-
tibus quid sit.

C „ **R**opter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas] Quoniam facientem maligna, & consentientem facientibus, morte dignos ostendit, ne forte is qui facit, & non consentit facientibus, excusari se posse putaret, docet huiuscemodi inexcusabiles esse propterea, quia non consentiendo facientibus, sed magis iudicando illos, se in his iudicat, quia hanc ipse agit, quae in illis damnat. Scimus autem, quoniam iudicium dei est secundum ueritatem] Hic terror incutit, ut quae in curiosum illi dicunt, iste malos secundum ueritatem dei dicat iudicaturum, hoc est, seuerissime reddere secundum mensuram uniuscuiusque, non parcere: Si enim tu peccator peccator es, tui simile iudicas, quanto magis deus iustus te iudicabit iniustum? Secundum ueritatem] Humanum enim iudicium multis modis corrumpitur, amore, odio, timore, auaritia. Saepe iudicium integritas uiolatur, & contra iustitiae regulam interdum misericordia inclinatur. Illud est quod in hoc loco uidetur ostendi, quia solius dei sit secundum ueritatem iudicium: Sunt enim quaedam quae committuntur opere quidem malo, animo autem non malo: ut si quis uerbi causa homicidium non uoluntate commiserit. Et alia sunt opere quidem bono, sed animo non bono: ut si quis misericordiam non pro mandato dei, sed ut laudetur ab hominibus faciat. Alia uero sunt, in quibus siue in bono, siue in malo animus cum opere concordat: & quia corda hominum nosse solius dei est, & mentis secreta agnoscere, idcirco ipse solus est, qui secundum ueritatem potest habere iudicium.

D „ Existimas autem o homo] Hoc est, nunquid tibi examinem datum est uel potestas iudicandi de malis & stupris, cum eadem agis, & non est qui de te ad praesens iudicet? Effugies iudicium dei? Non utique in futuro euades. An diuitias bonitatis eius & patientiae, & longanimitatis contempnis? Diuitias bonitatis dei, quibus bona pro malis dat. Patientia uero est, qua peccatores impunitos patienter conuertit tolerat. Longanimitas est, qua longum spatium poenitentiae dat. Diuitias bonitatis ille agnoscere potest, qui considerat, quanta in terris mala quotidie homines gerant, tamen his deum producentem solem suum quotidie, & pluuias ministrantem. Sufferentia uero, uel longanimitas, ac patientia in hoc uidetur differre, quod qui infirmitate magis quam proposito delinquit, sustentari dicuntur: Qui uero pertinaciter mente uelut insultant in delictis suis, patienter ferri dicuntur sunt. Sed sicut omnia in mensura fecit deus, & pondere, & numero, ita etiam patientiae eius certa mensura est. Tu autem secundum duritiam, & impoenitens cor] Impunitatem sperans peccatorum, non solum durat, inconuersibilis & intractabilis manens, sed adhuc peccat, securus quod non sit ultio futura. Cor durum in scripturis dici uidetur, cum mens humana, uelut cera a frigore iniquitatis obstricta, signaculum imaginis diuinae non recipit. Thesaurizas tibi iram] Huius uerbi in scripturis significatio triplex legitur: dicit enim in Euangelio, thesauros esse quosdam in terris, in quo prohibet dominus thesaurizari, & alios thesauros in caelo iubet fideles recodere, et hic nunc apostolus dicit iram thesauros: Ira autem dei nihil aliud, quam iusta uindicta intelligitur. Crassitudo uero cordis est, ubi subtilis & spiritalis intelligentia non recipitur sensus. Qui reddet unicuique secundum opera sua] Sciendum quod ex Hieremia apostolus hoc testimonium sumpsit, Illud quod in Ezechiele scriptum est huius sententiae uideatur aduersari, dicit enim: Cum auertit se iustus a iustitia sua, et fecerit iniquitatem secundum omnes iniquitates, quas fecit iniquus, omnes iustitiae eius quas fecerit non commemorabuntur in lapsu eius, quo lapsus est: sed in peccatis qui peccauit, in ipsis morietur: In quo uidetur

Diuitie bonitatis.

Longanimitas

Sap. 11.

Cor durum.

Thesauri usus in scripturis.

Hiere. 25.

Ezech. 18.

A uidetur latenter huiusmodi inseruisse intellectum, ut si forte non secundum omnes iniquitates quas fecit iniquus, fecerit iustus, non omnes iustitiae eius de memoria auferatur. His quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam, & honorem, & incorruptionem quaerunt uitam aeternam] Boni operis merces per patientiam expectat, quod in praesenti uita non redditur, per fidem enim ambulamus, & non per speciem: patientiam autem boni operis in illis esse certum est, qui agones & certamina perferunt. Gloria] Decus formae, qua sancti fulgebunt sicut sol. Honor] Filio, rum dei, quod nihil est maius, per quem etiam angelos iudicabunt. Incorruptionem] Vitae scilicet perpetuae. Signa autem addidit incorruptionem, propter indiscretionem secularis gloriae, atque honoris, qui corruptibilis est. His autem, qui contentione sunt] Subaudi, erit: In diuinis scripturis agritudines animae numerantur, sed unus ex ceteris animae languor est, & quidem pessimus. Contentio animae intelligenda est, per quam omne opus prauum geritur, per quam haereses nascuntur, per quam schismata & omnia scandala, quae in ecclesijs fiunt: dum uidelicet qui apud semetipsos prudentes sunt, & in conspectu suo sapientes, quicquid libuerit pro lege defendunt. Diffidunt] Hoc est, non credunt, uel non obediunt, ut Origenes ait. Veritati] Id est, doctrinae euangelicae. Credunt autem iniquitati] Hoc est, idololatriae. Ipse cruciatus, qui ex praedicta conscientia animae incutitur, ira appellatur: indignatio enim ipsius irae, tumor quidam est, & per singula quaeque commotio, ut si, uerbi gratia, aliquis pessimum uulnus, iram ponam, huius autem tumor & distentio, indignatio uulneris appellatur. Tribulatio uero, quam subsequitur angustia, non est similis putanda illi tribulationi, de qua dicit apostolus: Quia tribulatio patientiam operatur: illa enim talis tribulatio angustiam non habet subsequente. In omnem animam] Anima pro toto homine dicitur, sicut in Gene. legitur Iacob cum LXX. & VI. aiaibus Aegyptum introisse. Gloria autem etc.] Hic contraria superioribus opponuntur: nam gloria contra iram, honor est contra indignationem, & quod supra incorruptionem, hic pacem appellat. Sciendum est, quod triplex diuisio in his sententijs apostoli claret: Nam ueri Christiani cum bonis operibus in primo ordine ponunt, ubi dicit: His qui secundum patientiam boni operis etc. In secundo uero loco, incredulos & impios absque bonis operibus ex utroque, siue ex Iudaico, siue ex gentili populo posuit, dicens: His autem quae ex contentione etc. Tertio autem loco incredulos, cum bonis tamen operibus, ex gentilibus, uel Iudaeis collocauit, dicens: Gloria autem & honor & pax etc. Potest enim fieri, ut ex his qui in lege sunt, si quis persuasione quaedam communi Christo non credit, operetur tamen quod bonum est, iustitiam diligat, misericordiam teneat, charitatem & continentiam seruet, modestiam lenitatemque custodiat, atque omne opus bonum operetur, hic etiam si uita non habeat aeternam, qui credens soli deo uero, non credit filio eius Iesu Christo, quem misit, tamen gloria operum eius, & honor, & pax poterit non perire. Sed & Graeco, id est Gentilis, qui cum legem non habeat, ipse sibi est lex, ostendens opus legis in corde suo, iste licet alienus uideatur a uita aeterna, qui non crediderit Christo, & intrare non possit in regna caelorum, qui renatus non est ex aqua & spiritu sancto, uidetur tamen quod per hanc quae dicitur ab apostolo, bonorum operum gloriam, & honorem, & pacem perdere penitus non possit. Dubitari igitur non puto, quod is qui pro malo opere condonari meruisset, idem si operatur est opus bonum, remuneratione boni operis dignus habetur. Vides enim dicitur apostolus: quia omnes nos stare oportet ante tribunal Christi, ut reportet uel nusquam propria corporis sui, pro ut gessit, siue bonum siue malum. Iudaeo primum & Graeco] Semper Iudaei anteponit prerogatiua patrum, ut aut coronetur prius, aut damnetur, qui credens propter Abraham honorificatior est, diffidens peius tractandus est, qui donum promissum patribus refugauit. Vel Iudaeo pri-

Matth. 13.

Contentio.

Rom. 5.

Anima pro toto homine.

Triplex ordo hominum.

Cum dixit, quia prius credita sunt eis eloquia dei. Græcum quoque subiunxit, propter sapientiam Græcis traditam. Ira est, non ei qui iudicat, sed ei qui iudicatur, dum sit reus. Irasci enim dicitur deus, ut vindicaturus credatur: Nam dei natura ab his passionibus immunis est, & ut non solum irasci, sed & vindicare credatur, adiecit: & indignatio. Angustia uero sunt, quibus sententia constructus, tribulabitur in poena. Quicumque enim sine lege peccauerunt] Requiritur enim, utrum de sola Moyse lege intelligendum sit, an & de lege Christi, uel etiam de quacunque humana lege, sub qua unumquemque mortalium uiuere contingit, quo secundum ipsam iudicari possit, qui in ea peccat: An qui extra solam Moyse legem, etiam si aliqua lege uiuat, uelut extra legem positus, cum peccauerit pereat. Nam ipse Apostolus Paulus, cum dicit se his qui sine lege essent, sed in lege esse Christi, ostendit se in lege quidem Moyse non esse: ecce tamen in lege Christi per legem iudicabuntur: Vtique qui in lege Christi est, per legem Christi: & qui in lege Moyse, per legem Moyse iudicabitur, ut pereat. Neque qui sub lege Christi est, quamuis etiam subditus legi Moyse uideatur, iudicari tamen secundum eam putandus est, cur non sit circumcissus, uel cur sabbatum non seruet: quod & si iuxta Moyse legem putandus est iudicari, secundum hoc quod lex spiritualis est iudicabitur. Hijs peribunt & iudicabuntur] Vnum uoluit intelligi, quia qui perit, per iudicium dei perit: & qui iudicatur, peccator perit.

Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex] Ne quis forte diceret, legem Gentes non habent, ad quam formam poterunt iudicari? Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis] Certum est, quod Gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt facere, non pro sabbatis, uel neomenijs dicuntur, uel sacrificijs, quæ in lege scripta sunt: Non enim hæc lex in cordibus Gentium dicitur esse scripta, sed hoc est quod naturaliter sentire possunt, uerbi gratia: ne homicidium, ne adulterium faciant, ne furentur, ne falsum testimonium dicant, ut honorent patrem & matrem, & horum similia. Fortassis & quod deus unus creator sit omnium, scriptum in cordibus Gentium: magis tamen mihi uidetur hæc, quæ in corde scripta esse dicuntur, euangelicis legibus conuenire, ubi cuncta ad naturalem referuntur æquitatem: quid enim naturalibus sensibus proximius, quam ut que nolunt sibi fieri homines, hæc ne faciant alijs? Legi uero Moyse concordare lex naturalis secundum spiritum, non secundum literam potest, hæc autem lex scripta est, non a tramento, sed spiritu dei uiui. In cordibus] Sciendum est autem, rationalem animæ uirtutem cor solere nominari, Opus legis est fides, quia quod mandat lex, ultro facit, ut credat in Christum. Testimonium ipsis reddente conscientia eorum] Quod ad presentis uitæ cogitationes pertinere uidetur, cum quid faciendum, uel non faciendum sit, diutina deliberatione cogitamus, & inuicem se cogitationibus accusantibus, quia cogitationes nostræ erunt in die iudicij ante oculos nostros, tanquam quædam historia cognoscenda, sicut scriptum est: Argua te, & statua illud contra faciem tuam. Sed notandum est, quod hoc in loco schema, quod *χρονισμός* dicitur, elucet, per quam speciem, diuersa tempora pro alijs temporibus ponuntur: nam participia presentis temporis, pro futuri temporis participijs posuit, dicens: cogitantibus: accusantibus autem, & defendentibus, pro accusaturis, ac defensoris. In die cum iudicabit dominus occulta hominum] Dux cogitationes in homine se accusabunt inuicem, bona & mala: Bona accusat mala, quia contradixit ueritati: Mala iterum accusat bona, quia non secuta est ut sensu: Rectum iudicium dei quod dubitet, ubi accusatores & defensores adhibentur, & conscientia testes: Sed

Angustia.

Judicia ex præscripto legum fiunt.

Euangelij præcepta naturæ consilia.

Cor pro animæ uirtute rationale sumitur.

Χρονισμός in Paulo. Cogitationes se inuicem ultro accusabunt in die iudicij.

A Sed sciendum, quod non utique illæ cogitationes, quæ tunc nascentur, uel accusabunt animam, uel defendunt, sed istæ quæ nunc sunt in nobis: cum enim, siue bona, siue mala cogitamus, uelut in cæteris, ita in corde nostro tam bonarum, quam malorum cogitationum, notæ quædam & signa relinquuntur, quæ in occulto nunc pectoris posita, in illa die reuelari dicuntur, à nullo alio, nisi ab eo, qui solus potest occulta hominum scire: quorum signorum causas non latere deum, etiam nostra conscientia testabitur, quod iudicium secundum Euangelium Pauli, hoc est, quod Paulus annuntiat per Iesum Christum, fiet: Pater enim neminem iudicat, sed omne iudicium dedit filio. Quod autem erat Apostoli Pauli Euangelium, hoc etiam cæterorum Apostolorum, & omnium fidelium dispensatorum tanti sacramenti: Non omnes illi Euangelium conscripserunt, sed tamen omnes Euangelium prædicauerunt: Narratores quippe dictorum, factorum, passionis, resurrectionisque Christi, proprie dicti sunt Euangelistæ. Si autem tu Iudæus cognominaris] Hinc conuertitur ad Iudæos, docens opere, non nomine tantum debere esse Iudæum, eumque esse uerum, cuius occulta sint bona. Notandum est, quod non dixit, si tu Iudæus es, sed Iudæus cognominaris, quia non idem est esse Iudæum, & cognominari Iudæum: quia uere ille est Iudæus, qui in occulto circumcissus est, circumcissione cordis, qui spiritu, non litera legem custodit, cuius laus non ab hominibus, sed ex deo est. Et requiescis in lege] Id est, securus es in lege. Et gloriaris in deo] Gloriaris te solum nosse deum, eiusque agnoscere uoluntatem. Et probas quæ utiliora sunt] Ita ut non solum quæ sint bona scias, uerum etiam quæ sint meliora, & utiliora discernas. Confidis teipsum esse ducem cæcorum] Quorum obscuratum est lumen in tenebris ignorantia. Insipientium eruditorem] Erudientem rudes, qui sapientiam non habent. Magistrum infantium] Id est, paruulorum, ætate uel sensu. Habentem formam scientia] Ad quam semper respiciens, errare non possis. Quid ergo doces alium, teipsum non doces? Similiter & Gentibus dixerat, qui enim alium iudicas, teipsum condemnas: Qui in lege quiescis o Iudæe, cur transgredieris legem? qui gloriaris in deo, quare in honores deum, dum testimonium eius quod dedit filio suo, non recipis: ipse enim dixit: Hic est filius meus dilectus, Qui nosti uoluntatem eius, quare non obtemperas uoluntati? Qui probas utiliora, quare inutilia sectaris? Dux cæcorum, quomodo uiam non uides rectam? si enim uideres per ipsam, utique ambulares. Si lumen es aliorum, quare non abijcis opera tenebrarum? Eruditor insipientium, ut quid timorem domini, qui est initium sapientia, reliquisti? Magister infantium, quomodo puer es sensu? Qui habes formam scientia & ueritatis in lege, quare nec ipse sequeris, nec alios pessimo exemplo perimiti? Et qui prædicas non furandum] Tu aduentum & presentiam Christi, qui in uniuerso mundo effulsit, furaris. Mœcharis] Non est autem una mœcha, nam totum quod debet deo anima, si alicui præter deum reddiderit, ut adulterum sensum literæ introducas ad synagogam, & collocas eam cum legis litera, quæ foris est, cum scriptum de ea legas: Quia omnis gloria filia regis intrinsecus. Qui abominaris idola, sacrilegium committis] Verum dei templum, quod est Christus Iesus, uiolans: soluis enim templum, quod in tribus diebus resuscitandum est, his qui credunt, Sed & qui ex lege, & Prophetis sermonem, Christum pronuntiantem furatur, & occultat ne populus audiat, &

Euangelium Pauli & Apostolorum. Euangelistæ qui dicantur.

Iudæum esse.

Matth. 3.

Eccl. 1.

Mœchantur, quod honore deo debitum alteri rei deferunt.

Cat, & credat, sacrilegium committit, & uere templum dei uiolat; item quoque hic qui cognominatur Iudæus, & gloriatur in litera legis Moyfi, prauaricator legis arguitur, cum non credit Christo. Sacrilegium est, quod proprie in deum uerbū ueritate committitur, quasi sacrosancti uiolatio. Præter istos ergo tales, qui dicuntur luxuriosi ex industria, & non sunt, nomen dei blasphematur inter gentes, non solum pro operibus eorum pessimis, sed & propter humilem & deiectam intelligentiam, quæ habent in lege & prophetis; ridicula etiam in ipsis gentibus fiunt, cum legis litteram sequentes dicunt: Ne tetigeris, ne gustaueris, ne contaminaueris.

» Nomen enim dei per uos blasphematur inter gentes] Hoc ideo dixit Esaias, quia nomen dei blasphematur inter gentes, non solum pro operibus eorum pessimis, sed quando Iudæos pro obnoxios suis tradendos non aduertebant, sed idolis suis dabant glorias, quasi qui Iudæorum deum uicissent in Iudæis: Et tempore Apostolorum dei nomen blasphemabatur in Christo, quia credentibus Gentibus Iudæi suadere nitentur, Christum non dicendum deum, ut blasphemia Gentium ab Iudæis autoribus sit perfecta. Sicut scriptum est] Præpostero ordine ante posuit testimoniū, quàm diceret scriptum: ita enim dicentis sermo dilapsus est, ut quod ex propria intentione dicebat, eodem sensu scriptum in Propheta reperiret. Sciendum est hæc Apostolum per Ironiam dicere ad Iudæos, neque enim uere requiescit in lege, & gloriatur in deo, & probat utiliora hæc quæ enumerat. Possunt tamen hæc eadem Hæreticis aptari, ipsi enim Christiani nominantur, & nonnulli eorum lege instructi, doctores se esse eorum, & magistrorum infantium se esse profitentur, probantes utiliora, quæ late re ab Ecclesiasticis dicunt. Sed isti quoniam furantur uerba, & intellectum eorum peruersa expositione usurpant, adulterum fidei sensum, ad sponsam ecclesiam Christi, in regios thalamos inducunt. Recte ad eos dicitur, qui prædicas non furandum, furaris, qui dicis non moechandum, moecharis, & qui abominaris idola, sacrilegium committis, preciosa uasa de templo dei, id est, ueræ fidei margaritas, de scripturis sanctis furantes. Per quos & nomen dei blasphematur inter gentes, dum casta & honesta ecclesie dei dogmata, corruptis & acturpibus maculant hæreticæ prauitatis erroribus. Circuncisio quidē prodest, si legem custodias] In Genesi scriptum primo de circuncisione mandatum, cum responsa darentur ad Abraham, hoc modo: Et dixit dominus ad Abraham: Tu autem testamentum meum seruabis, & omne genus tuum post te in generationes tuas, & hoc est testamentum, quod disposui inter me & uos: Circuncidetur omne masculinum uestrum, & circuncidetur carnem præputij uestri, & erit in signo testamenti inter me & uos: & puer octauo die circuncidetur in uobis; omnis masculus in generationibus uestris, uernaculus & pecunia emptus, ab omnibus filiis alienigenarum, & qui non est ex semine tuo, circuncidetur, & erit testamentum meum super carnem uestram. Masculus, qui non fuerit circuncisus in carne præputij sui die octaua, exterminabitur ille de genere suo, quia testamentum dei dissipauit. Non nos tamen latere debet, quod in alijs exemplaribus non habemus positum, octaua die: Item in Leuitico scriptum est: Et locutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israël, & dices ad eos: Mulier quæcumque susceperit semen, & pepererit masculum, immunda erit septem diebus, secundum dies purgationis eius immunda erit, & die octaua circuncidetur caro præputij eius, & triginta diebus sedebit in sanguine suo immunda. Nec dubitari de hoc potest, quod non solum semen Abraham, & uernaculus seruus domi genitus, profecto gentis illius & pecunia emptus ab alienigenis

Sacrilegium committit qui uerbū ueritate reticent.

Nomen dei male audire.

Requiescere Iudæi in lege Ironice dicuntur.

Hæretici.

Varitas exemplariorum ueris testamenti.

Circuncisio omnibus communis qui cum Iudæis uersantur.

A nigenis circuncidebatur, sed quicumque cum Iudæis iudaice pascha fecerit, & circuncidi debeat. Hactenus nobis de circuncisione carnali pro uiribus dictum sit. Age iam secundum eam, quæ dicit, quia lex spiritualis est, quid etiam allegoricis legibus de ea sentiendum sit uideamus. Circuncisio est ex genituali membro, per quod successio humani generis, & carnalis propago ministratur, amputare aliquam partem: per hoc ergo iudicari figuratiter reor, amputandum esse ab anima, si qua illi ex consortio carnis adhæret impuritas, si qui eam libidinis malestradæ sensus obtexit. Quid autem esset absurdi, si ad discretionem cæterarum gentium, populus qui sub lege dei instituebatur, proprium aliquod gestaret insigne. Et si necessaria uisa est partis alicuius amputatio, quid tam conueniens fuit, quàm eam inuenire, quæ uidebatur obscena? & illa auferre, quorum diminutio nihil ad officium corporis impediret? Quod uero quidam dicunt, quia si necessaria non erat pars illa membri, fieri à creatore non debuit: si autem necessaria facta est, non debet auferri. Interrogemus eos & nos, si necessariam dicunt filiorum procreationem; Necessariam sine dubio respondebunt. Erunt ergo culpabiles, qui continentia, & uirginitatis obtentu, necessaria naturæ non ministrant: & erunt cogendi ad nuptias, omnes qui secundum Euangelij leges semetipsos castrauerunt, propter regnum dei. In summa uero dicendum est, quod sicut multa necessaria erant baptismata, ante baptismum Christi: & multæ purificationes, antequàm purificatio per spiritum sanctum fieret: & multæ hostiæ, antequàm una hostia, agnus immaculatus, semetipsum patri offerret hostiam Christus: Ita etiam multis circuncisionibus opus fuit, usquequo una in Christo circuncisio omnibus tradetur: Et multorum sanguinis effusio præcessit, usquequo per unius sanguinem omnium redemptio fieret. Quod autem octaua die circuncisio dabatur, illud designari arbitror, quod præsentem quidem seculo septimana deputata est: Octauus autem dies, futuri seculi mysterium tenet, illorum ergo est circuncisio spiritualis, qui futuro seculo militant, in quo neque nubent, neque nubentur, & quorum in terris ambulantium, in coelis est conuersatio. Sciendum est, secundum allegoriam duo genera esse circuncisionum: Cordis circuncisio est, nihil sordidum, nihil indignum sentire de fide. Carnis circuncisio est, nihil immundum, nihil contaminatum in opere, gestisque committere, secundum Ezechielem qui dicit: Omnis filius alienigena incircuncisus corde, & incircuncisus carne, non intrabit in sancta mea. Hieremias ait: Ecce circuncisæ sunt aures uestre, hoc est, ne recipiant obreccationem. Hoc autem modo & incircuncisus labijs dicitur, qui non circunciderit blasphemiam, scurrilitatem, turpiloquium de ore suo, qui non posuerit custodiam ori suo, & ostium circumstantem labijs suis, qui non etiam à uerbo ocioso circunciderit os suum. Incircuncisus præputio carnis suæ dicitur is, qui erga naturalem costum immoderatus & intemperantius effluit. Iesus filius Naue, ex præcepto domini, filios Israël secundo circuncidisse cultris saxeis memoratur, quod utique quantum ad litteram spectat, impossibile factum uidetur: Semel enim circuncisus in carne præputij, quid inuenire possit secundo circuncisio, quod auferret? Sed hanc difficultatem melius quidam explanat dicens: Verum de circuncisione quia sermo est, libet inquirere quare Moyses ipse, qui legem circuncisionis patribus à deo datam, & sibi toties inculcatam, refert, toto ducatus sui tempore neminem circuncidi uoluerit, præter unum solummodo filium suum Gersam, quem mater Sephora arrepta petra acutissima, ne à domino feriretur, circuncidit: Si omnis qui in

Præputiū amputare quod sit.

Christus legalia omnia morte sua sustulit.

Octauo die circuncidi.

Duo genera circuncisionum.

Ezech. 44. Hierem. 6.

Circuncisio cultris saxeis fiebat.

Quamobrem Moyses circuncisione abstinent.

C qui in heremo nati sunt, à Iosue circuncidendos reliquerit, morem uidelicet diuinitus imperatum, quadringentis & sex annis obseruatum, annis quadraginta continuis intermittens, nequaquam hoc frustra, sed magno mysterio hoc factum crediderim: Moyses enim circuncisionem prædicat, sed Iosue perficit. Quia lex per Moysen data est, gratia autem, & ueritas per Iesum Christum facta est, nihilque proderit litera iubens, nisi adfuerit gratia iuuans. Omnibus itaque nostris gratia saluatoris circuncisis uitijs, tunc in nobis completur, quod in Iesu Naue scriptum est: Hodie à uobis abstuli obproprium Aegypti. Obpropria namque Aegypti secum fertis, qui in ecclesia positus, & sub Iesu duce militans, Aegyptios mores, & motus animi barbaros non amputat. Circuncisio quidem prodest, si legem obserues. Quæ sit circuncisio, quam prodesse dicit Apostolus, si legem custodiat, non legem literæ, cuius & circuncisionem in carne non recipit, sed legem spiritus, secundum quam circunciditur corde.

2. Cor. 3. Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat, quia & lex dei non refertur aramento scripto, sed digito dei, qui est spiritus eius, & non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis. Verum potest nobis obijci, quod si ista circuncisio non alia intelligitur, quam animi purgatio, & abiectio uitiorum, quomodo addit adhuc, ita prodesse huiusmodi circuncisionem, si legem custodias, cum hæc ipsa circuncisio, nisi ex legis obseruantia fieri non uideatur? Sed intueri, ne forte ab scindere uitia, & cessare à malis circuncisionem significet: agereque quæ bona sunt, & efficere quæ perfecta sunt, custodire sit legem: neque enim in eo perfectio est, si cesset à malo, sed in eo, si agantur bona iuxta Psalmographum, qui ait: Declina à malo, & fac bonum. Verum considera, si possit hoc in loco & ille intellectus admitti, ut dicatur etiam post aduentum Christi, carnalis circuncisio, quæ ex lege obseruabatur, prodesse aliquid custodientibus legem, secundum hoc, quod initio fidei nostræ adhuc à credentibus obseruabatur, ut in actibus Apostolorum docetur: uel Petrus in discretionem ciborum; uel Paulus in sacrificijs purgationis fecisse. Sed illud attendendum est, quod ad Galatas scribens, ait: Si circuncidamini, Christus uobis nihil proderit. Quod ita est intelligendum, quod nihil prodest circuncisio his, qui ex ea putant aliquid iustificationis assumi, prodest autem his, qui putant sibi ad Christum ueniendum non esse, si eis circuncidere filios uitaretur: Erant enim nonnulli in initijs, qui circuncisionem uelut insigne uernaculum gentis suæ, nimio amore seruarent, & impediri uidebantur à fide, si hoc eis uitaretur, quo carere non poterant: Circuncisio quidem prodest: potest dici è contra, si prodest, cur prætermittitur? sed prodest, si legem custodias, tenenda igitur circuncisio est, & ut possit prodesse, seruanda est lex. Circuncisionem pro genere posuit Abraham, quia ex Abraham circuncisio: Hoc enim ait, ut doceat tunc prodesse generi Abraham, si lex seruetur, id est, si in Christo credatur, qui promissus est Abraham, si autem quis non credit in Christum, transgressor est legis. Si autem præuaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est. Hoc est, Gentili similibus factus es, non credens in eum, qui signo circuncisionis filius promissus est Abraham. Illud obseruandum est, quod cum dixisset, circuncisio quidem prodest, si legem custodias, non addit: Si autem non custodias, sicut consequens uideatur, sed ait: Si autem præuaricator sis legis, In quo aliud ostendit esse non custodire legem, aliud præuaricari legem, nam et Paulus ipse non semper legem custodit, nunquam tamen præuaricator est legis, Custodit ergo legem is, qui secundum

Moyse circum-
cisionem præ-
dicat. Iosue
perficit.
Obpropria
Aegypti.

2. Cor. 3.

Perfectio in
quo consistat.
Psal. 36.

Initio Christi-
anisi, quædã
legalia dura-
bant.
Gal. 5.

Circuncisio pro
uernaculo quo
dam insigni q-
busdam fuit.

A secundum literam custodit. Et is præuaricator est, qui spirituales eius non tenet sensum. Si ergo, inquit, præuaricator sis legis, non agendo quæ bona sunt, circuncisio tua præputium facta est, dum & hoc tibi, quod abstinere à malo uisus es, opera fidei & iustitiæ non agent, ad infidelitatem reputatur. Neque enim possibile est, alicui carnalem circuncisionem rursus in præputium uerti, cum utique abscisa caro præputij, ultra redire non possit. Dignum est ergo, & euidenter intelligitur, quod continentia mali operis, quæ per circuncisionem significatur, si opera fidei non habeat, ad immunditiam reputetur. Si igitur præputium iustitiæ legis custodiat, nonne præputium illius in circuncisionem reputabitur? Iustitia moralis loco est legis. Lex enim generale uocabulum: iustitia uero legis pars est. Continet enim lex iustitias, & iudicia, & mandata, & iustificationes, aliasque quamplurimas species. Et bene addit legem perficiens: ille enim qui secundum literam uiuit, custodire dicitur legem: iste autem qui secundum spiritum, perficitur: custodit autem legem carnalis Iudæus, perficit autem spiritualis, & qui in occulto Iudæus est. Et iudicabit te, quæ ex natura est. Credens gentilis, duce natura in Christum, condemnabit Iudæum, cui lex promiserat Christum, & aduentum dei credere noluit. Qui per literam, & circuncisionem præuaricator legis es. Siue dum literæ circuncisionem sectaris, spiritus accipere dedignaris: Si enim sequendo quod lex dixit, hoc est, ut Christo credens, ueram circuncisionem acciperes cordis, de qua scriptum in lege: In nouissimis diebus circuncidet deus cor tuum, & seminis tui, ad dominum deum tuum amandum. Et iterum: Circuncidite uos deo uestro. Et Hieremias: Circuncidite præputium cordis uestri. Item Moyses ait: Circuncidetur duritiam cordis uestri. Circuncidetur cor, sublata nebula ignorantie, agnoscere est autorem. Quod autem in tali membro circuncidebantur, hæc causa est prima, ne aliud membrum aut debile fieret, aut turpe, quod publice uideretur. Item propter gratiæ promissionem, in qua erat per castitatem placendum. Cui laus non ex hominibus. Hoc est, qui non possunt inspicere spirituales circuncisionem. Quid ergo amplius Iudæorum? Videtur sermo apostolicus in dialecticam incurrisse rationem, neque hoc mirandum: nam ut beatus Hieronymus ait: Quicquid in seculo dogmatum peruersorum est, quicquid ad terrenam scientiam pertinet, & putatur esse robustum, hoc dialectica arte subuertitur, & instar incendij in cineres fauillasque dissoluitur, ut probetur nihil, quod putabatur esse fortissimum. Est autem Dialectica cognomento Logica, quæ disputationibus subtilissimis ac breuibus, uera sequestrat à falsis, cuius disciplinæ ueracissimis disputationibus sæpe Apostolus proponit, assumit, confirmat, atque concludit, quæ species propriæ artis dialecticæ atque rhetoricæ sunt. Sed dicit aliquis, nec partes ipsæ syllogismorum, nec nomina schematum, nec alia huiusmodi ulla tenus inueniuntur in Apostolo. Inueniuntur planè, non in efflatione uerborum, sed in uirtute sensuum. Sicut enim uina in uitibus, messes in semine, frondes in radicibus, nucleos contemplamur in nucibus, sic & de profundissima abyssu, delitiosus piscis attingitur, qui ante captionem suam humanis oculis non apparet. Merito ergo dicimus esse, quod nihilominus in uirtute sentimus.

Abstinere à uitijis satis non est Christiano.

Iustitia.
Lex.

Spiritualis Iudæus legem perficit.

Deut. 30.

Deut. 10.
Hiere. 4.
Circuncidetur cor.

Paulus Rhetoricæ non ignarus.

Rhetorum officia.

Syllogismi & schemata in Paulo.

C
”
”



Vid ergo amplius Iudæo est? Quantum igitur datur intelligi, in hac apostolica dissertione duæ species principaliter eminent, quæ Græce πῦσις & ἀπόκρισις, latine percunctatio & responsio appellantur; πῦσις quidem in eo quod proponit, dicens: Quid ergo Iudæo amplius est, aut quæ utilitas circumcissionis? Dehinc tertio loco obiectionem, quæ ab

Psal. 50.

aduersario, præcedenti responsioni obiici poterat, per peusin proponit, per apocrysin mira breuitate refutat, dicens: Absit: Cuius breuissimæ responsionis, inuincibilem confirmationem subintulit, dicens: Est enim deus uerax, omnis autem homo mendax. Sed ut ipsa confirmatio robustissima uideretur, Dauidicam subiunxit sententiam, sicut scriptum est: Ut iustificeris in sermonibus tuis. Et hæc quidem quantum ad ordinem sententiarum, Apostolicæ disputationis profundius interiores medullas perscrutanti, non in prolatione uerborum, sed in uirtute sensuum duo principalia syllogismorum genera. Cathegoricus uidelicet, atque Hypotheticus syllogismus, quasi duo deliciosi pisces, sponte sese mentis obtutibus offerunt. Itaque Cathegoricum syllogismum hoc modo contexamus: Omnis ueracis fidem nullius incredulitas euacuabit: Deus autem uerax est: Dei igitur fidem nullius incredulitas euacuabit. Vel hoc modo: Absit, ut omnis ueracis fidem aliquorum incredulitas euacuet, Deus autem uerax est: Absit itaque ut dei fidem aliquorum incredulitas euacuet. Item Hypothetici syllogismi nexilitas hoc ordine contexamur. Si deus uerax est, aliquorum incredulitas fidem dei non euacuabit. Non est itaque dubitandum, quod in Apostolicis dictis, uelut in profundissima abyssu disputatoris disciplinæ, tales suauissimi pisces tranare non desinant, quos amatores sapientiæ gratissimæ mētis hamo capiunt. O mirabilis profunditas. O mellea fluenta, Hyblæo nectare dulciora. O nouum saporem ex paradisiacis fontibus cœlestis Hierosolymæ terrigenis allatum. O lac paruulorum, solidum sapientium cibum, medelam ægrorum, mensamque refertam omni copia bonorum.

Duo syllogismorum genera.

Syllogismi in Paulo passim obuij. Exclamatio.

His prægustatis, nunc ad singula exponenda recurramus: In hoc Paulus uelut arbiter quidam inter Iudæos residens & Græcos, id est, inter eos qui de Gentibus credunt, siue de promissionibus memorat, siue de pœnis, ad utrumque populum diuidit uerbum. Verbi gratia, cum dicit: His autem qui ex contentione sunt, qui diffidunt ueritati, credentibus autem iniquitati, ira, & indignatio, tribulatio, & angustia, in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum & Græci. De promissionibus uero subiungit: Gloria autem & honor & pax, omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco. Rursus de Gentibus dicere uidetur: Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et iterum de circumcisis: Et quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Rursus uero Gentes eleuans, dicit: Cum enim Gentes, quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, huiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus &c. Et ne uideat nimis esse in increpationibus Iudæorum dicit: Circūcisio pdest, si legem custodias. Sed iterum ne eriget eos, qui nimium in circumcissione gloriantur, addidit: Si autem

A

Si autem præuaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est. Ut autem paululum eorum qui ex Gentibus credunt, animos alleuaret, subiungit: Si autem præputium iustitias legis custodiat, nonne præputium illius in circumcissionem reputabitur? Atque Gentes, si legem perfectius seruarent, meliores effici Iudæis, dicit: Et iudicabit id quod ex natura est præputium, legem perficiens te, qui per literam & circumcissionem præuaricator legis es. Verum quoniam sciebat multas in lege & Prophetis repromissiones, quæ ad Iudæos fieri uidentur, ne possent desperare Gentes, tanquam qui nihil in conscriptis repromissionibus habeant, docet eos, quod secundum mysticam rationem etiam ipsi Iudæi sint, & habeant circumcissionem: Ideo dicit: Non enim qui in manifesto Iudæus est &c. Rursus uelut querelis eorum qui ex circumcissione sunt, occurrens, proponit sibi ipsi hæc, quæ in præsentis capitulo continentur, dicens:

”

Quid ergo amplius est Iudæor? Si ergo, inquit, is qui in manifesto Iudæus est, & quæ manifeste in carne est circumcisio, non reputabitur, sed qui in occulto Iudæus est, & circumcisio cordis, quæ fit spiritu, ipsa est uera circumcisio, dices mihi, quid amplius est in his Iudæus, qui hac appellatione censentur: uel quæ in corruptibili circumcissione habetur utilitas? ac ut uideatur inter utrumque populum iustus arbiter residere, pronuntiat quid amplius habeat Iudæus, & ea quæ in carne est circumcisio: Dicit eos habere amplius multum per omnem modum. Quid autem multo sit amplius, subiungitur:

”

Primo igitur, quia credita sunt illis eloquia dei. Quid hoc? nonne & Gentibus nunc creduntur eloquia? Sed illis, ait, primo sunt credita. Require tamen quid est, quod dicitur, primum eis credita sunt eloquia dei, utrum ne de literis hoc dicat & libris, an de sensu intelligentiæ legis? Considerandum est, quia non dixit literas esse creditas, sed eloquia dei: uia nobis datur intelligenti, quia hijs qui legunt, & non intelligunt, & non credunt, litera sola sit credita, illa de qua dicit Apostolus: Litera occidit. Eloquia autem illis sunt credita, qui intelligentes, & credentes hijs quæ Moyses scripsit, credunt & Christo, sicut dominus dixit: Quia si crederetis Moyse, crederetis forsitan & mihi. An & ipsi, qui ex Gentibus ueniunt ad Christum, est ubi habeant aliquid amplius? Audi dominum dicentem ad Centurionem ex Gentibus credentem: Amen dico uobis, nec in Israël tantam fidem inueni. Vide ergo ubi uenitur ad fidem, quanto amplius habeant Gentes: Quanquam multa sunt, quæ ad honorem & meritum pertinent seminis Abrahamæ: hoc tamen solum aperte memorat Apostolus, quia maxime laudis eorum est, ut legem, per quam discerent rectum à peruerso distinguere, digni iudicarentur accipere.

”

Quid enim, si quidam eorum non crediderunt, nunquid incredulitas eorum fidem dei euacuabit? Non, inquit, quia quidam eorum credere noluerunt, quæ promissit deus filijs Abrahamæ, idcirco præiudicabitur cæteris Iudæis credentibus, ne digni iudicentur accipere, quod promissit deus.

”

Absit. Quippe quum sic facta est promissio, ut credentibus proficeret. Vbi Apostolus insit, absit, ibi breuiter commendatur ueritas.

”

Fidem dei. Hoc est, fidem promissorum Abrahamæ, cui dictum est, Quia in semine tuo benedicentur omnes tribus terræ.

”

Est enim deus uerax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est. Quia ergo omnis homo mendax, propterea Iudæorum quidam, ut homines mendaces, non crediderunt. Fiat autem deus uerax. Ita enim in Græcis exemplaribus

Iudæis quomodo credita sint eloquia dei.

Eloquia dei.

Ioan. 5.

Matth. 8.

Absit.

Gen. 22.

ἡ ἀλήθεια ἡ ἀληθία.

C „ emplaribus inuenitur. Omnis homo mendax] Igitur Paulus & David, qui homines erant, mendaces fuerunt, fallumque erit quod dixerunt: Hos ergo, ad quos sermo dei fit, dominus in Euangelio non homines, sed deos pronūtiat. Quia ergo & ad David, tanquam Prophetam, & ad Paulum, tanquam Apostolum sermo dei factus est, sine dubio non erant homines, sed dii. Quo modo autem dicit, tibi soli peccaui, cum utique & in ipsum Vriam peccaui, & in propinquos eius? Sed & in ipsam Bersabee, atque omnē domum eius, cum intulisset maculam uidelicet adulterij? Ideo tibi soli peccaui, & malum coram te feci, quia ceteri omnes, utpote animales homines, me qui spiritualis sum, etiamsi erraui, diiudicare non possunt, quia spiritualis iudicat omnia, ipse à ne mine iudicatur. Sed quia addit Paulus spiritualis, & dicit: Qui autem iudicat me, dominus est. Hoc sciens & David, quia solus dominus est, qui spiritualem diiudicat: idcirco dicit: Tibi soli peccaui, à quo solo possum diiudicari: Nam humana dies diiudicare non potest spiritualem. Sed quod sequitur, ad hunc respicit sensum. Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris] Iudicatur namque deus in disputationibus sapientium, dum alij hoc modo, alij alio modo, & diuerse sentiunt de deo. Ipse ergo uincit eos, qui de se iudicant, cum errantibus cunctis de se, quomodo, uel qualiter credendus, ac uenerandus sit, reuelat ipse sententiā: Est em̄ deus uerax] In Iob huius est exemplū: Deus itaque uerax est, apud quem quod factum est immutabile perseverat, sicut dicit: Ego sum, & non immutor: Hominis est enim falli, quem tempora & causae faciunt esse mutabilem, per id quod presentiam dei non habeat. Omnē autem hominem mendacem dicit, & uerum dicit, natura enim quae fallitur, non absurde dicitur mendax. Aliquando itaque studio, aliquando errore mendax dicitur. Vt iustificeris in sermonibus tuis,] Deum iustum in promissis, & uerbis suis propheticis sermo testatur, nec aliquorum perfidia fidem eius minuit, sed dando uincere, quod perfidi non credentes negant eum daturum. Dabit ergo quod iudicatur non daturus, ut uincat, faciendo quod negatur facturus. Aliter, tibi soli peccaui, cogitando uidelicet flagitiosum facinus perpetrare. Tibi itaque peruersē cogitando soli peccaui, qui solus secretas hominum cogitationes nosti. Sequitur: Et malū corā te feci] Duplex facinus in opere perpetrando, adulterium scilicet, atque homicidium. In quo notandum, quod non ait: & malum coram te solo feci: quippe cum illud adulterium, & homicidium, etiā coram hominibus factum est. Hoc testimoniū pars aduersa ita proposuit, quasi dixerit David, propterea ego peccaui, ut tu iustus appareas me iudicando. Sed uerus sensus sic se habet: quia promiserat se deus sine personarum acceptione in peccantibus uindicare, quidam eius patientiam mendacium iudicabant. Cum iudicatur ergo, uincit, quando eorum facta punit, in quibus nemo putauerat uindicari. Si enim iniustitia nostra iustitiam dei commendat, quid dicemus?] Venientem è latere quaestionem, more suo proponit, & soluit. Aliquando etiā ad coherentem disputationem transit, & iuxta morem suum, quicquid alius obijcere potest, antequam obijcitur, edisserit. Quidam enim superiorē Prophetiae sententiā ita peruersē interpretantur, quasi David dixerit: Propterea ego peccaui, ut tua ò deus iustitia, dum mea iniuitati collata fuerit, magis clarescat. Ad gloriam itaque iustitiae tuae, mea proficit iniustitia. Quē sensum Apostolus arte dialectica subuertit. In iustus uidebitur deus, qui iram hominibus inferat, cum per hominum iniustitiā suam

Dijunt, ad quos sermo dei fit.

1 Corin. 2.

Iudicatur deus à philosophis.

Declaratur locus Davidis

Antipophora in Paulo frequentes.

A iustitiam suam uideat approbari. Si nostra] Hoc est, hominum iniustitia. iustitiam dei commendat] Non utiq; poena digni homines uidebuntur, per quos iustitia dei probabilior uidetur, & clarior. Vbi mihi hypothetici syllogismi formula elucescit, ut sit ita ordinata nexilitas syllogismi: Si iniustitia nostra iustitiam dei commendat, iniquus est deus qui infert iram. Absit autem, ut iniquus sit deus, qui infert iram, non igitur iniustitia nostra dei iustitiam commendat, hoc est quasi indigeret deus nostra iniustitia: non quod ipsi hoc dicerent, sed quod ex illorum peruersitate consequenter inferitur. Secundum hominem dico] Vt iniquus deus dicatur, non secundum deum, neque secundum dei sapientiam illud dicitur, sed secundum hominem: & secundum hoc, quod dicitur: omnis homo mendax. Absit autem, inquit, ut hoc ita recipiamus, iniquum uideri deum, qui infert iram aduersum homines: Quomodo enim iustus putabitur, qui iudicat mundum, cum ipso nomine iudicis ostendatur, nihil sine iudicio facere? Vbi enim iudicium est, constat esse iustitiam. A iustitia namque & iudex, & iudicium nominantur. Item: si autem iniquitas nostra dei iustitiam commendat, quid dicemus. Hoc iuxta sensum prophetæ David subiicit Apostolus: David enim quando peccauerat causa Vriæ Cethæi, sciens quod promissio peccantibus dari non potest, exorat ut iustificatio uerborum dei uincat iudicium, quo iudicantur hij qui peccant, & poenitentem reformat sanctificans, ut det eis, quod iustis se daturum promissit. Ac propter hoc subiicit: Si enim iniustitia nostra iustitiam dei commendat, quid dicemus? Id est, si quia nos peccatores sumus, deus iustificatur, iniquus erit si uindictæ Absit, ait, secundum hominē dico, hoc est, hic sensus hominī conuenit, non deo: quia non cadit in deum ut iniquus sit, sed in hominem: Nam si iniustitia nostra ei proficeret, sine dubio iniquus esset si damnaret peccantes: quia iniustitia nostra deum facit iniustum, si peccantibus nobis det, quod promissit sanctis, dicens: Quia quamuis peccatores sumus, reformamur tamen per poenitentiam, ut non iam peccatores, sed abluti promissionem accipere mereamur. Non ergo hic sensus est in uerbis Prophetæ David, cum dicit: Tibi soli peccaui. &c. Quia malorum hominum praua interpretatione asseritur, ut peccata hominum, & mali actus dei iustificationi proficiant, & per mala nostra illum iustum ostendant. Sed hoc absit: Non enim uult nos peccare: ideoque iustus est si infert iram. Sequitur: Alioqui] Hoc est, quod si aliter, id est, si iniquitas à deo non abest. Quomodo iudicabit deus hunc mundum] In hoc loco, mundum, homines qui in hoc mundo sunt, dicit. Iterum mihi syllogistica connexio in hoc loco aridet, sic: Si deus iniquus est, non iudicabit hunc mundum: Atqui deus iudicabit hunc mundum, non igitur deus iniquus est. Si enim ueritas dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor?] Item hypothetici syllogismi formula hac in parte resplendet, ut sit hoc modo nexilis ratioe inatio: Si ueritas dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc ego tanquam peccator iudicor? Atqui ego tanq; peccator iudicor: nō itaq; ueritas dei in meo mendacio abundauit in gloria ipsius. Sed in superficie Apostolicæ assertionis enthymemata, hoc est imperfecti syllogismi, apparent: In profunditate uero sensum plena uis syllogismorum latet: Sic enim uina in uitibus, nucleos contemplamur in nucibus. Et non, sicut blasphemamur] Vt quid me ita deus iudicat, quasi peccantē, & nō potius me iudicat quasi ad gloriam ipsius recte agentē? Sicut quidā aiunt nos dicere] Quod quāto maiora mala faciamus, tanto maiora

Iudicis nomē

Psal. 50.

Mundum iudicari.

Enthymemata in Paulo.

Ciora bona recipiemus: hoc est unde quaestionem sibi fecit Apostolus: A peruersis enim hoc opponebatur, quasi hic esset sensus praedicatorum remissionem peccatorum, ut facerent mala, & uenirent bona: hoc est, peccarent, ut remittendo illis deus uideretur bonus, secundum quod supradictum est, quod blasphemiam appellat. Hoc autem fortassis ideo dicebant, quia non intellexerunt quod Apostolus dicebat: Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia.

Quorum damnatio iusta est. Horum, qui aemulatione inuidi istud de nobis interpretantur, damnatio iusta est. Quid ergo amplius praecellimus eos? Adhaeret ista sententia superiori, qua ait: Quid ergo amplius est Iudaeo? Nos itaque qui sumus Iudaei peccatores, in quo amplius praecellimus Gentes? quamuis nobis sint credita eloquia dei, quibus prauaricatores legis esse conuincimur: Non enim ipsa saluant, sed reos conuincunt. Ergo reddita ratione, quod lex contempta non profit, & quod carnalis circumcisionis prerogativa, multis operibus freta, uana sit, quasi interrogat quid amplius habeat Iudaeus: ex cuius persona respondetur: Multum per omnem modum. Nam si ipsius Apostoli sensus est, multum per omnem modum, quomodo postea contrauenit, dicens: Si autem iniquitas nostra dei iustitiam commendat, quid dicemus? Postremo, quomodo Iudaeos nihil amplius habere confirmat, si hic multum habere commemorat? Causati enim sumus. Hoc est, certis causis ostendimus. In hac epistola Paulus uelut arbiter quidam inter Iudaeos & Gentes residet. Probauit ergo, Graecos quidem, id est Gentiles, esse sub peccato, cum ait: Dicentes enim se sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei &c. Iudaeos uero, cum dicit: Si autem tu Iudaeus cognominaris, & requiescis in lege &c. Sicut scriptum est: Quia non est iustus quisquam &c. Hij octo uersus neque apud Hebraeos, neque apud quenquam reperiuntur interpretum, neque apud ipsos, qui LXX editionem habent uulgatam: Et quaeritur a quibusdam, cur Apostolus ad Romanos horum faciat memoriam: nescientibus de diuersis scripturarum locis, & maxime psalmorum hos esse textus, & Apostolum Paulum in diuinis scripturis eruditissimum, quod uolebat exprimere, hinc inde singulos, uel binos uersiculos texuisse: sicut omnis penes ad Romanos epistola de ueteri structa est instrumento: sic & hoc testimonium de psalmis, & Esaia contextum est: Nam duo primi uersus: Sepulchrum patens est guttur eorum: Linguis suis dolose agebant, quinto psalmo sunt. Illud autem quod sequitur: Venenum aspidum sub labijs eorum, CXXXIX. psalmi est: Rursumque quod dicitur: Quorum os maledictione & amaritudine plenum est, de nono psalmo sumptum est. Tres autem uersiculos qui sequuntur: Veloces pedes eorum, usque, non cognouerunt, in Esaia Propheta reperi. Ultimus autem uersus, id est, octauus: Non est timor dei ante oculos eorum, in XXXV. psalmi principio est. Illud etiam necessario ducimus admonendum, quod in nonnullis exemplaribus ea quae subsequuntur, ex integro inueniuntur posita. In Graecis autem penes omnibus non amplius in XIII. psalmo, quam usque ad illum uersiculum scriptum est: Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Sed quod dixit Apostolus: quia non est iustus quisquam, non est intelligens, non est requirens deum: non eisdem sermonibus inuenietur in psalmo, sed alij permutantur, alij assumuntur, alij relinquuntur, diligentibus puto inchoari apostolicam autoritatem, ut cum scripturae testimonijs utendum fuerit, sensum magis ex ea, quam uerba capiamus: Hoc etenim in Euangelijs factum frequenter inuenies. In tertio decimo igitur psalmo ita scriptum est: Dominus de caelo prospexit

D
Vulgata quaedam in Latinis Biblijs non exstant in Hebraeis & LXX. editione.

Epistola ad Romanos ex maxima parte est ueteri testimonio.

Esaie 59.

A lo prospexit super filios hominum, ut uideret si est intelligens, aut requirens deum. Et uideretur idem sensus seruari etiam in eo, quod Apostolus posuit: non est intelligens, non est requirens deum. Et quod dixerit: Non est iustus quisquam. Puto ex eo sumserit, ubi scriptum est: Non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. In quo etiam si sermo uideretur conuerti, sensus tamen unus seruatur. Non est iustus quisquam. Ac si diceret, non est qui faciat bonum, qui idem sensus est, licet dissimilia uerba sint. Explanari autem potest quod dixit: Non est iustus quisquam. Vel quod ait: Non iustificabitur in conspectu eius omnis uiuens, qui donec quis uiuit in corpore isto, plene iustificari non potest, sed cum exierit de corpore, & de uitae huius agone discesserit. Unde Ecclesiastes ait: Et laudauit omnes defunctos, qui mortui sunt, magis quam uiuos, qui adhuc uiuunt, sed melior super utrosque qui nondum natus est, quia quicumque minor est in regno dei, maior est eo qui in corpore est: Non est intelligens, non est requirens deum. Quia non intelligit, non requirit, siue ideo non intelligit, quia non requirit: deus autem quaeritur, cum eius uoluntas inquiritur. Omnes declinauerunt. Non dicitur declinasse, nisi is, qui aliquando in uia recta stetit, naturae rationalis opus a deo factum est, sed qui ab hac ad leuum peccati iter detorsit, merito nunc dicitur declinasse, sicut Adam de paradisi uia recta ad prauas semitas declinauit. Simul. Hoc est, Iudaei & Gentes. Inutiles. Qui inutilia sectantur. Non est qui faciat bonum. Si non est qui faciat bonum, quomodo inferius arguit plebem suam de uorantes, & inopum consilium considerantes: plebs enim dei non erat, si bonum non faciebat. Non est enim qui faciat bonum, hoc est, perfectum & integrum bonum. Si autem requiramus, qui sit uere bonus, is qui dicit: Ego sum pastor bonus. Usque ad unum. Vel cum ipso uno potest intelligi, ut nullus hominum excipiat, uel praeter unum, ut accipiat dominus Christus, sicut dicimus: Iste ager usque ad mare est, non utique simul computamus & mare. Sepulchrum patens est guttur eorum. Patens autem sepulchrum dicuntur hi, qui immundicias suas in propatulo habent. Vel, sepulchrum patens est guttur eorum, hoc est, foetore doctrinae, & adulationis suae, contaminans & interficiens audientes: Ideo enim sepulchrum diligenter clauditur, ne adhuc uiuentibus exhalationis suae generet pestem. Linguis suis dolose agebant. Dolus est, cum aliud quis lingua loquitur, & aliud corde uoluit. Venenum aspidum. Sicut morsu serpentis uenenum corpus interimit, ita morsus uerbi uenenati, fraude animum necat: Bene addidit aspidum, quia horum serpentium pessimum fertur esse uenenum. Sub labijs eorum. Hoc est, in corde. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Non est unius generis maledictio, quicquid enim malo uoto dicitur, maledictum appellatur. Amaritudo est contraria dulcedini uerborum dei. Maledictioni amaritudo coniungitur, quia ex iracundiae felle depromitur: per iracundiam enim ac furorem ad maledicendum lingua compellitur. Veloces pedes eorum. Hoc est, impigri ad malum, & ad homicidia perpetranda. Pedes hoc loco illos intellige, de quibus dicit Propheta: Mei autem penes moti sunt pedes. Hoc est, consilium quo agimus iter uitae. Ad effundendum sanguinem. Sicut homicida dicitur ille qui corpus ab anima separat, per quam uiuificatur: Ita etiam uerissime uiuus ille homicida dicitur est, qui animam a uera uita separat, quod est deus. Contritio & infelicitas in uis eorum. Illam dicit contritionem, qua peccatores conterere iugum domini dicuntur, & proicere a ceruicibus suis, Infelicitas, quae

Iustificatio nulla plena uiuis contingit. Eccl. 4.

Deum quaerimus in obseruatione mandatorum.

Declinare.

Ioan. 10.

Dolus.

Aspides.

Maledictum. Amaritudo.

Pedes.

Psal. 72.

Contritio. Infelicitas.

d miser

C miser homo effectus est, etiam infelix, qui cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis, & similis factus est illis. Et uiam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum.] In timore dei omnia conclusit, qui si dei timorem semper ante oculos habuissent, non utiq; deliquissent: neq; enim audet seruus peccare praesente domino, neq; quia dicit: omnes declinauerunt, totam penitus plebem significat, sed hanc partem plebis, in qua omnes mali se condiderant: Semper enim duo populi sunt in una plebe. Scimus autem, quoniam quaecumq; lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur.] Ne dicerent Iudaei, haec in Psalmo de Gentibus tantum dicta, ostendit quae in lege dicta sunt, his qui in lege sunt dici. Queritur sane, quomodo Iudaei dixerint non esse deum, ut in fronte ipsius Psalmi legitur: Dixit insipiens in corde suo, non est deus, non utiq; uerbo, sed opere: Nam quem confitentur se nosse, factis aut negant. Illud autem attendendum, quia Psalmi sunt supplementum legis: idcirco Psalmorum testimonijs, quasi autoritate legali, ad eos confutandos utitur.

Psalmi sunt supplemento legis.

Vt omne os obstruatur.] Non solum Gentium, sed & Iudaeorum, dum non habent unde se gloriantur. Et subditus fiat omnis mundus deo.] Dum omnes indigent misericordia dei, tam Iudaei, quam Graeci. Aut subditus sit omnis mundus deo, humili scilicet confessione peccatorum. Quia non iustificabitur ex operibus legis omnis caro coram ipso.] Opera legis, dicitur circumcisionem, & sabbatum, & ceteras ceremonias, quae non tam ad iustitiam, quam ad carnis latitiam pertinebant: quia per fidem decreuit deus iustificare homines, non per legem: Si qui enim in ueteri lege iusti erant, non nisi per gratiam iustificati sunt. Omnem carnem, omnem hominem dixit, ut est illud: Et uidebit omnis caro salutare dei. Sed & hoc quod addidit, coram ipso, non otiose accipiendum, quia aliud est iustificari coram deo, aliud coram hominibus, hoc est, ad comparationem aliorum hominum, potest qui emendatius uixerit, iustus uideri: Ad comparationem autem dei, non solum homo non iustificabitur, sed sicut Iob dicit: Stellae autem non sunt mundae coram ipso, quae utiq; coram nobis mundae sunt, hoc est, ad comparationem hominum mundae habentur.

Iob. 25.

Per legem enim cognitio peccati.] Non remissio, nec ablatio peccatorum, sed cognitio. Ideo enim per legem quid sit peccatum agnoscitur, quia in obliuionem ierat lex naturae: Ante autem legem, leuiora quaeq; non cognoscebantur esse peccata, id est, quae alijs non nocebant, ut concupiscentia, & ebrietas, & cetera huiusmodi. Sollicite satis haec legenda sunt, ut neq; lex ab Apostolis improbata uideatur, neq; eorum liberum arbitrium sit ablatum. Itaq; quatuor istos gradus hominis distinguamus, ante legem, sub lege, sub gratia, sub pace: Ante legem, sequitur concupiscentiam carnis: sub lege, trahitur ab ea: sub gratia, nec sequimur eam, nec trahimur ab ea: In pace, nulla est concupiscentia carnis: Ante ergo legem non pugnamus, quia non solum concupiscimus & peccamus, sed etiam approbamus peccata: In lege pugnamus publice, sed uincimur: In gratia pugnamus, & uincimus: In pace, nulla pugna erit. Ioseph in carcerem missus est, licet per calumniam, & pincerna, & pastor Pharaonis causa peccati in carcerem trahi sunt, quomodo ergo latebant peccata? Triplex quidem est lex, ita ut prima pars de sacramento diuinitatis dei sit: Secunda autem quae congruit legi naturali, quae inter dicitur: Tertia uero lex factorum, id est, sabbata, neomeniae, circumcisio &c. Haec est ergo lex naturalis, quae per Moysen partim roborata est, partim autoritate accepit in uitijs cohibendis: Itaq; lex Moyse peccatum quidem cognitum fecit, non quod lateret, sicut dixi sed ostendit peccata quae fiunt, non impune futura apud deum,

A deum, hoc ergo est quod lex ostendit, Origenes ait de lege: Sicut ipse iustitia est, ex quo omnes iusti fiunt, & ueritas, et uita, ex qua omnes uiuunt: ita & ipse lex est, ex qua omnes in lege sunt: Veniet ergo ad iudicium, non tanquam qui in lege sit, sed tanquam qui lex sit. Querendum utrum iusti sub lege sint, ad quod respondendum: Sicut iusti deo subditi sunt, sicutq; deus lex est, ita quoq; sancti legi sunt subiecti: Ceteri uero Mosaicae legi non subduntur, nam & Apostolus ait: Non est iusto lex posita. Nunc autem sine lege iustitia dei manifesta est.] Iustitia dei est, sanctificatio per fidem, & remissio peccatorum. Sine lege.] Sabbati scilicet, & circumcisionis, & neomeniae, & uindictae: non tamen sine sacramento diuinitatis dei, quippe cum iustitia dei, de sacramento dei sit. Testificati per legem & Prophetas.] Ideo hoc addidit, ne indulgentia peccatorum contra legem uideatur, quippe quae olim in lege promissa est futura esse per aduentum saluatoris. Ideo autem iustitia dei dicta est, quae uidetur esse misericordia, quia de promissione habet originem: & promissio dei, cum redditur iustitia, dei dicitur. Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum.] In omnes Iudaeos & Graecos, quantum ad interiores ipsorum animas pertinet, Et super omnes, hoc est, super corpora lauacro sacro baptismatis. Aliter, in omnes Iudaeos, & super omnes, id est, gentes & gentiles populos. Requiritur sane, quare in superioribus dixerit Apostolus, per legem enim manifestatio peccati, nunc sine lege iustitia dei cognita est. Ad quod dicendum, quia omne quod manifestat, lux est: peccatum, quia lux non est, non manifestat, sed agnoscitur: Idcirco & in superioribus agnitionem peccati aptius dixerat. Omnes enim peccauerunt.] Supple originaliter in Adam, & propria uoluntatis prauaricatione. Et eorum gloria dei.] Id est, gratia dei, qui non habent suam gloriam, quia creati sunt. Iustificati gratis.] Hoc est, sine ullis operibus praecedentibus, per baptismum gratis peccata donauit. Per redemptionem.] Qua nos redemit suo sanguine de morte, qui per peccatum uenditi fueramus, licet simus nostris alienati ab eo delictis. Christus autem nos redemit, offerens se pro nobis: permisit enim se, nesciente diabolo, sed quia uirtute eius non potuit, omnes quos tenebat, simul cum eo dimisit. Quae proposuit.] Id est, disposuit deus propitium se futurum esse humano generi, si credant in sanguine eius se esse liberandos. Ad ostensionem iustitiae suae.] Hoc est, ut promissum suum palam faceret, quo nos a peccatis liberaret, sicut ante promiserat, quod cum impleuit, iustum se ostendit. Propositum propitiatorum deum.] Propterea passus est Christus, ut propositum dei sedaret, quo tandem punire decreuerat peccatores. Aliter, sciens deus propositum uoluntatis suae, quo celsus peccatoribus subuenire, tam his qui sunt apud superiores, quam his qui in inferno detinebantur, utrosque diuissime expectauit, euacuans sententiam, qua iustum uidetur omnes damnari, ut ostenderet nobis, quod olim decreuerat humanum genus liberare per Christum. In sustentatione.] Ad hoc spectans, ut tandem nos liberaret. In hoc tempore.] Gratia uidelicet noui testamenti. Sustentatio dei est, ubi peccator non statim ut peccat, sed secundum quod ibidem dixit Apostolus, per patientiam dei adducitur ad poenitentiam, Bene uidelicet addit, in hoc tempore: praesentis enim seculi tempore, in sustentatione dei, est iustitia dei: futuri uero, in retributione. Certum est in omnibus penes locis, Apostoli sensum ex legis & Prophetarum manare thesauris. Inquiram ergo ubi appellationem propitiatorum inuenit, & unde hoc nomen adsumpserit. Memini in Exodo loquentem dominum ad Moysen, & praecipientem, quae oporteret eum facere, primo quidem mandare arcem, & uertes eius, atque anulos per arcem latera fieri. Post haec facies inquit, propitiatorum ex auro puro, duobus cubitis & semis longitudinem eius, et unum cubitum & semis latitudinem eius, & facies duo Cherubin aurea inter-

Deus ipse lex est.

Iusti quemadmodum sunt sub lege.

Iustitia dei eadem misericordia est.

Sustentatio dei.

Exod. 25.

C tornata, & suppones ea per singula latera propiciatorij, & facies ut duo Cherubim sint ex duobus lateribus eius, extendentia alas suas, & obubrantia super propiciatorij, & facies contra se super propiciatorij, & ipones propiciatorij super arcam, & in arcam mittes testimonia quae dabo, & innotescat tibi, inde & loquar ad te desursum super propiciatorij inter mediu duorum Cherubim, quae sunt super arcam testamēti, secundum oia quae precipia tibi ad filios Israel. Evidenter apparet quod nomen propiciatorij Apostolus in his locis inuentu, in suis nunc literis posuit. Potest autem arca testamēti, sancta eius caro, in qua beata haec anima collocat, intelligi, habes in se testimonia dei, quae intelligunt Christi, Sed & quod latitudo eius unu et dimidiu cubitu habere memorat, Propheta quod admiranda ac singularis uacationis describitur, non tamen ex toto in duali numero, qui interdum etiam pro mundis ponit, corruisse: quauis enim carne naturae susciperet, ex incontaminata tamen uirgine assumpsit, & casta sancti spiritus operatione: propterea ergo Apostolus de mediatore differens, euidenter distinctione signauit, dicens: Mediator dei et hominum, homo Christus Iesus, qui scilicet mediatorem non ad deitatem Christi, sed humanitatem referendum doceret. Longitudo ergo eius ponitur & latitudo: Longitudo illud significat, quod tendit ad deum, trinitatisque sociatur: Latitudo, quod inter homines, quod lata spatiosamque uiam incedere solet, conuersatur: Et ideo mediatoris recte nomine nuncupatur, quia, ut dixi, anima haec sancta, media quodam fuit inter diuinitatem trinitatis, & fragilitatem humanitatis: Cherubim plenitudo scientiarum, sicut de Christo dicit Apostolus. In quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae. Sed & illud obserua, quod non dixit, Cherub unum ex latere dextro, et Cherub aliud ex latere sinistro, sed ait Cherub unum ex latere hoc, & Cherub aliud ex latere altero: ut ostenderet, in illo propiciatorio, hoc est, in anima Christi, sinistru nihil fuisse: facies quoque contra se inuicem, super haec beatam animam: Cherubim uero habere dicit, per quod consors ei, & consonu a filio dei, & spiritu sancto sensus diuinitatis infundit. Quem proposuit deus &c.] Magis de anima Iesu, quam de deitate dictu sentitur: propositu enim intelligitur, quasi prius posuit, hoc est, priusquam esset: quod enim est, ponitur, quod nondum est, proponitur: Non ergo conuenit de eo, qui semper erat, id est, de uerbo dei dicit, quod propositus erat, sed de anima eius. Vbi est ergo gloriatio tua? Reddita ratione, ad Iudaeos loquitur qui agunt sub lege, quod sine causa gloriantur, blandientes sibi de lege, propterea quod sint generatio Abraham, aut quod praeccepta dei receperunt per Moysen: ubi est ergo gloriatio tua, in qua gloriabaris te operibus meruisse iustitiam: per quam legem, subaudis, & pro uoluntate Exclusa est] Exclusa est gloriatio iudaica, non per legem operum, sed per legem fidei, quae est in Christo, ubi est ergo gloriatio tua? Tanquam interrogatis sermone dixerat Apostolus, et ad haec ipse responderet: exclusa est: Et rursum quasi ipse interroget, ait, Per quam legem operum? Et responderet sibi ipsi. Non, sed per legem fidei] In praesenti lococo duarum legum facit iterum mentionem, & dicit legem operum, & legem fidei. Considera etiam ipse qui legis, utrum ad legem Moysi, & legem naturalem sermo hic debeat inclinari, an ad legem literalem, & ad legem spiritus: gloriationem uero talē dicit, qualis erat illa Pharisei, dicens: Deus gratias tibi ago, quia non sum sicut ceteri homines, raptores iniusti, adulteri, sicut Publicanus iste. Haec fortassis uere dixit, sed secundum domini sententiam, morbo iactantiae corruptus, non descendit iustificatus a templo. Talis ergo gloriatio, quae ueniebat ex operibus legis excluditur, quae non habet humilitatem crucis Christi, in qua gloriatur, qui dicit: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem etc.] Sine quibus operibus legis Apostolus, iustificari hominem per fidem dixisse credendum est: scilicet circumcissionis, et sabbati,

A & ceterorum huiusmodi non absque iustitiae operibus, de quibus beatus Iacobus dixit: Fides sine operibus mortua est: Hic autem de illo dicit, qui ad Christum ueniens, sola, cum credit, fide saluatur: Addedo autem, sine operibus legis, ostendit esse etiam gratiae opera, sine quibus mortua est fides. Quomodo iustificatur homo sine operibus legis? Credit aliquis, percipit fidei sacramenta, et mortuus est, defuit illi operandi tempus, plane dicimus iustificatum, credentem in eum qui iustificat impiu: Ergo iste iustificatus, & operatus non est. Impletur sententia Apostoli, dicentis: Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis, ut latro, qui cum Christo crucifixus credidit, & iustificatus est. Potest ergo homo iustificari ex fide sine operibus legis, cum fides per dilectionem operetur in corde, etiam si foris non exit in opere. Fortassis autem haec aliquis audies, resoluatur, & bene agendi negligentiam accipiat: siquidem ad iustificandum sola fides sufficiat. Ad quem dicemus, quia post iustificationem si iniuste quis agat, sine dubio iustificationis gratiam spreuit: neque enim ob hoc quis accipit ueniam peccatorum, ut rursum sibi putet peccandi licentiam data: Indulgentia namque non futurorum, sed praeteritorum criminum inuenitur. Quoniam quidem unus deus &c.] Id est, Iudaeos credentes per praepitium, Gentes uero iustificatas per fidem Christi significat, id ipsum est ex fide, et per fidem: sed scripturarum mos hic est, ut in eisdem causis malit mutare quae repetere sermonem, sicut in Dauide scriptum est: Propter Abraham seruum tuum, & Isaac dilectum a te. Non mihi uidetur superflua omnino haberi ista praepositionis nunc commutatio: inuenimus enim ab eo in alijs locis differentiam distinctionis huius esse necessariam obseruatam, sicut de deo loquitur: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso facta sunt omnia. Et non solum Apostolus Paulus harum distinctionum obseruantias tenet, sed & Ioanes, qui cum de uerbo dei dicit: quo omnia per ipsum facta sunt, uitam non ipsum, sed in ipso facta esse testatur dicit: quod factum est in ipso uita est. Et quod ait, ex ipso, primo creationis omnium, & hoc ipsum quod quae sunt ex deo, esse coeperunt, significantiam dedit. Per ipsum, quod ea quae prius facta fuerant, reguntur & dispensantur per eum, a quo subsistendi initium trahunt. In ipso, quod hi, qui iam correcti & emendati sunt, in ipsius perfectione consistunt. Potest & in praesenti loco talis quaedam obseruari differentia, ut circumcisio, quae uelut loco primo & ordine iustificatur, ex fide, & non per fidem iustificata memoretur: praepitium uero, quod secundo loco ad iustificationem trahit, non ex fide, sed per fidem iustificatur. Puto in ea differentia designari quod scriptum est: sicut enim mulier ex uiro, ita et uir per mulierem: primo etenim loco uir est, ex quo descendit mulier dicitur, et non per uirum: secundo uero loco per mulierem uir, quia ministrare quodam modo uideatur mulier autori uiro, & ideo per mulierem uir dicitur nasci, & non ex muliere. Legem ergo destruimus per fidem? Legem ergo quae circumcidi praepit superflua iudicamus? Absit. Immo stare facimus uerum esse quod dixit, legem legem, testamentu testamentu, circumcissionem circumcissioni successuram. Quomodo uero legem confirmare pronuntiat, qui in superioribus dixit, quia non iustificabitur omnis caro ex operibus legis? Et saluator in Euangelio dixit: quia Moyses de me scripsit. Qui ergo non credit Christo, legem destruit: legemque confirmat, qui credit in Christum. Sed non est praetereundum, quod contraria sibi scribere uideatur Apostolus, cum in praesenti quidem dicit non destruere se legem, sed confirmare: In secunda uero ad Corinthios ita scribit: Quod si ministerium mortis in literis formatu in lapidibus, factum est in gloria, ita ut non possent filij Israel in faciem Moysi respicere, propter gloriam uultus eius quae destruitur, quomodo non magis ministerium spiritus erit in gloria? &c. Non est idem quod dixit, legem destruimus, & lex destruitur, Paulus ergo in praesenti loco hoc pronuntiat, quod legem ipse non destruat: nam etsi destruitur lex per eam

Gratie opera.

Latronis in cruce saluatio.

Negare libertatem arbitrij non gignit securitatem.

Psal. 104.

Ioan. 1.

Per ipsum in ipso.

1. Cor. 11.

2. Cor. 3.

C per eam, quæ supereminet gloriã, non per Paulũ, neq; per aliũ aliquẽ sanctorũ destruitur. Vnde & ipse dominus dicebat: Non ueni soluere legẽ, sed adimplere. Nullus ergo sanctorũ, neq; dominus ipse destruit legẽ, sed gloria eius tẽporalis & prateriens, à gloriã aterna & permanente destruitur ac superatur. Nam ex comparatione maioris gloriã, quæ in Christo est, obregi & obscurari eã gloriã, quæ in lege est, dicit.

CAPVT III.



Vid ergo inuenisse dicemus Abrahã patrẽ nostrũ secundũ carnem? Reuocat illos ad caput circuncisionis, ut qd' ab initio cõstitit, id habeatur in toto. Illud prater eundẽ minime uidetur, qd' patrẽ nostrũ secundũ carnẽ uocauit Abrahã. Gentiũ etenim pater Abrahã secundũ fidẽ, non secundũ carnem uidetur.

Si enim Abrahã ex operibus legis iustificatus est, habet gloriã, sed nõ apud deum. Hoc pposuit sibi: nam Abrahã ex fide iustificatus est, qd' nulli dubiũ est: sed qd' qui legẽ seruant, siue Moyse, siue naturã, iustificant ad præsens, nec rei fiunt præsenti iudicio. Ideo ait: si Abrahã ex operibus legis iustificatus est, nõ apud deũ habet gloriã: qd' qui fecerit legem uiuet in ea, id est, nõ morietur ut reus, nec tamen meritũ ex hoc habebit apud deũ. Quare meritũ apud deũ habet Abrahã, sed fidei causa. Cum superius duas pposuerat leges, quarũ unã operũ, aliã fidei appellauit, per quã legẽ fidei excludi glorificationẽ dicit eorũ, qui in legis operibus gloriantur: et pnuñtiauere fide iustificari hoĩem sine operibus legis, consequẽter nunc, ut hæc de scripturis asseratur, Abrahã pducit exemplũ, & dicit: Quia Abrahã si ex operibus legis iustificatus est, habet gloriã, sed nõ apud deũ: qd' quidẽ sine arte dialectica differit: Nam si is, qui ex operibus nõ habet gloriã apud deũ, Abrahã aut cõstat habere gloriã apud deũ, nõ ergo Abrahã ex operibus legis iustificatus est. Per oẽm itaq; hunc textũ Apostolus hoc uidetur dicere, qd' duæ quædã sint iustificationes, quarũ unã ex operibus nominat, aliã uero ex fide: Et aliã quidẽ quæ ex operibus est, dicit habere quædam gloriã, sed in semetipsa, nõ apud deũ: utpote apud inspicientẽ corda hoĩum, & scientẽ qui credit in occulto, & qui non credit. Et ideo merito apud solũ deũ habet gloriã, qui affectũ fidei eius peruidet in occultis. Quid em̃ scriptura dicit? Ac si diceret, interrogemus scripturã. Credidit Abrahã deo. Hic sermo ex Genesi sumitur, ubi nõ Abrahã, sed Abram dicit ad deũ: Quoniam non dedisti mihi semẽ, hic uernaculus meus hæreditabit me. Et dixit dñs ad eũ: Respice ad coelũ, & numera stellas, si potueris dinumerare eas, & ait ad eũ: Sic erit semẽ tuũ, & credidit Abrahã deo, & reputatũ est ei ad iustitiã. Ei autẽ qd' operat merces secundũ gratiã. Quia nõ illi gratis donatur iustificatio, sed merces redditur operũ pristinorũ. Ei uero qui nõ opatur. Conuertentẽ impiũ per solam fidẽ iustificat deus, nõ per opa bona, quæ nõ habuit prius, alioquin per impietatis opera fuerat puniendus. Hoc dicit, quia sine operibus legis credẽti impio in Christo, reputatur fides eius ad iustitiã, sicut Abrahã: & hoc iustũ est. Credere aut non uoluntatis est: neq; em̃ potest cogi ad id quod manifestũ non est, sed inuitatur. Quãobrem assentientibus premijs afficiendus est, sicut & Abrahã, qui quod non uidit, credidit. Secundũ propositum gratiã dei. Id est, quo gratis proposuit per solam fidem dimittere peccata. Sicut Dauid dicit, Beatitudo hominis &c. Beatitudinẽ hominis, remissionẽ peccatorũ p fidẽ appellat: Magna beatitudo est, sine labore legis & pœnitentiã, dei gratiã sola fide pmereri. Initium iustificari à deo, fides est qui credit in iustificantẽ, & hæc fides cum iustifi-

cata

A cata fuerit, tanquam radix imbre suscepto hæret in animã solo, ut cum per legẽ dei excoli cõperit, rursus in eam surgunt rami, qui fructus operum ferant. Non ergo ex operibus radix iustitiã, sed ex radice iustitiã fructus operum cre scit: illa scilicet radice iustitiã, cui deus acceptum fert iustitiã sine operibus.

Beati quorum remissa sunt iniquitates. Quod remittitur, non tenetur, & quod tegitur, non apparet, & idcirco minime imputatur. Vide si potest iste ordo in anima una eadẽq; intelligi, ut quia initium est conuersionis animã, mala de relinquere, propter hoc iniquitatũ remissionem mereatur accipere: Cum autẽ cõperit bona facere, uelut singula quæq; quæ præcesserant mala bonis recentibus obtegens, & abundantiorẽ bonorum numerum introducens, quã prius fuerat malorum, tegere peccata dicitur. Vbi uero iam ad perfectum uenerit, ita ut omnis radix de ea malitiã penitus amputetur, ibi iam summa perfectã beatitudinis promittatur, cum nullũ possit dominus imputare peccatũ. Iniquitas sanẽ à peccato hanc habet differentia, quod iniquitas in his dicitur, quæ cõtra legem cõmittuntur: unde & græcus sermo ἀνομία appellat iniquitatẽ, hoc est, quod cõmittitur contra legẽ: Peccatũ uero etiam illud, si contra quod natura docet, & conscientia arguit, delinquatur. Beatitudo ergo hæc. Id est, remissio peccatorũ per fidem. In circuncisione manet tantum, an etiã in præputio? Ac si aperte diceret: in utrisq; manet, quia tribus legibus hæc beatitudo adscribitur, uult istam beatitudinẽ tribus tẽporibus designare, naturã, circuncisionis, Christianitatis. Dicimus enim. Hoc est, sensu legis loquimur.

Iniquitas à peccato quomodo differat.

Beatitudo trium temporũ.

Reputata est fides Abrahã ad iustitiã. Omnes enim confitemur & consentimus, ut quod ratio de Abrahã inuenit, hoc de cæteris obseruemus. Ab origine incipit, ut omnẽ tergiversationẽ cauillationis excludat, quæ quia à capite excluditur, non habet unde incipiãt facere quæstionẽ. Quomodo ergo deputata est, in circuncisione, an in præputio? Hoc est, uideamus, utrũ circuncisio ex iustitia, an iustitia ex circuncisione sit nata. Et signũ accepit circuncisionis. Ne diceret ergo, superflue circuncisus est, signũ ait esse iustitiã, nõ augmentũ.

Signaculũ accepit iustitiã. Illius quã præputij fides meruit: tam enim perfecta fuit & preciosa, ut signaculũ mereret: semper enim res plena signatur. Siue ut ostenderet, quia iustus & fidelis esset, qui dolorẽ sibi mandato dei non dubitauit inferre, nõ putans esse superfluum, quod à scientiarũ domino iubebatur: sicut nec paricidũ credidit impiũ, quod fons præceperat pietatis. Profundã in his Pauli sapientiã contemplamur: Fortassis enim aliquibus eundẽ sermonem dicere uideretur, id est signũ & signaculũ: Sed mihi uterq; sermo multã inter se uidet habere differentia. Signũ nanq; dicitur, cum per hoc quod uidetur, aliud aliqd indicatur: Sicut, uerbi gratia, de ipso domino in Euangelio dicitur: Ecce hic positus est in ruĩnam, & in resurrectionẽ multorũ, & in signũ cui contra dicitur: Contradicebatur enim, in quo Christus uenerat, quia aliud in eo uidebatur, & aliud intelligebatur. Caro cernebatur, & deus credebatur. Sic ergo accepit Abraham signũ, & quod esset signũ in consequentibus dicit: circuncisionis inquit, & ostendit, quia carnalis tunc illa circuncisio, signum erat spirituales circuncisionis, quæ non in carne suscipitur, sed in corde. Quod uero dixit, signaculum, ita intelligẽdum puto: Signaculum dicitur, quod alicui rei seruandã pro tempore custodiã ponitur, quomodo alius, nisi ipse qui impressit, debeat resignare. Per istud enim signaculum, ut exponit Apostolus, iustitia fidei, quam in præputio positus Abraham accipere meruit, iudicatur & pater esse multarum Gentium. Et ut adhuc apertius de signo & signaculo differamus, cum

Signũ à signaculo distat. Luc. 2.

Iustificationũ duæ species.

Credere non est humanæ uoluntatis.

Cum signū sit, ut diximus, ubi indicatur aliquid per hoc quod uidetur. Signaculum uero ubi clauditur aliquid & non patet: potest etiā ita intelligi, q̄ mysteria in lege & patriarchis adumbrantur, huiusmodiq̄ erant, quæ & signis indicanda essent, consignaculis obseruanda. Quod ergo signis indicanda erant, in his qui credebant ex Gentibus, signum accepisse dicitur Abraham. Quod uero his qui ex circumcisione non erant credituri, obseruanda erant & obtegenda, signaculum accepisse dicitur, quod signaculum utiq̄ illo in tempore designabitur, cum in nouissimis diebus, postquā plenitudo Gentium introierit, omnis Israël saluus fiet: Idcirco ante Abraham iustificatur in fide, dum adhuc incircumciscus esset, & postea circumcidit, ut ostenderetur primo pater futurorum multarum Gentium, & postea eorum qui ex circumcisione credituri sunt: Neq̄ em̄ hi qui secū dū carnē nascuntur ex Abraham, filij Abraham dicēdi sunt, nisi fidē & opera Abraham habeant: efficitur ergo utriusq̄ generis pater. Non enim per legem promissio] Quia promissio quæ facta est Abraham, non ex Moyse lege constituta: ante enim quā Moyses legis lator existeret, Dominus Abraham dixit: Benedicentur in te omnes tribus terræ, hoc est, hæredē factum esse totius mundi. Ut hæres esset mundi] Siue ut in semine eius, quod est Christus, benedicerentur omnes Gentes, quæ sunt data illi in hæreditatē à patre: siue ut cum eo recumbāt Gentes in regno cœlorum. Si enim qui ex lege hæredes sunt] Si illi soli, ut uos uultis, circumcisi hæredes sunt, nō impleuit deus promissum Abraham, ut pater esset multarum gentium: Et si ita est, iam uidebitur deo sine causa credidisse. Illud etiā sciendum, quod sicut non ex lege Moyse promissio facta est ad Abraham, ita nec per legem naturæ, sed per legem fidei iustificari promeruit: Quamuis enim lex naturæ de bono & malo testimonium reddat, secundum iudicium conscientiæ, tamen legi fidei non potest exæquari, qua deo credidit Abraham, & iustificari meruit, atq̄ amicus dei appellari.

Lex naturæ. Lex enim iram operatur] Ut penitus ostendat, non posse iustificari hominem per legem, sed sicut ante ponit per fidē. Non ira ergo lex est, sed iram operari. ratur peccanti, id est, pœnam non agnoscit, sed uindictat: pœna uero per iram generatur: ira autem nascitur ex peccato. Vel: Lex enim iram operatur, quia lex non donat peccata, sed damnat: & ideo non potest omnes gentes filios Abraham facere, qui secundum quod omnes sub peccato inuenti sunt, omnes erant utiq̄ puniendi: Fides autem dimissis per gratiam peccatis, omnes credentes filios efficit Abraham. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio] Hoc est, sublatis reis de potestate legis, data uenia, præuaricatio nulla est: Iustificati em̄ sunt, qui per præuaricationem legis fuerant peccatores: Cessat enim lex factorum, id est obseruatio sabbatorum, neomeniarum, circumcisionis, escharum discretio, animalis mortui sanguis, mustelæ obseruatio. Non omnem præuaricationem generaliter in hoc loco adnuntiat appellatam, sed eius qui in lege positus deliquerit, ut grauius delictū uideatur eius, qui per legem prohibitus peccat, quā eius qui nulla lege fuerit commonitus. Ideo autem ex fide] Subauditur, hæredes sunt. Ut secundum gratiā firma sit promissio] Firma esse non potest omni homini ex omni gente promissio, nisi fuerit ex fide, quia origo promissionis ex fide est, non ex lege, quia qui sub lege sunt, rei sunt: promissio autem reis dari non potest. Quia patrem multarum gentium posuit] Hoc est, non tantum unius generis Israël. Ante deum] Recte ad tenet ex sua interpretatione Apostolus ante deum. Cui credidisti] Hoc est, pater positus est multarum gentium, ante deum cui credidit. Aliter, ut unum deum

A deum doceat omnium, loquitur ad Gentiles, Abraham iustificatum esse ante deum, in quē Gentes credūt, ut sit talis sensus, cui credidisti o gentilis popule: qui uiuificat mortuos, hic mortuos ad generandum ducit, ut præsentī causæ cōueniat. Hoc dicto ad fidem Abraham Gentes inuitat, qui cum esset in præputio, credens deo iustificatus est cum sua conjugē: Cum enim essent senes ambo, reuixerunt ita, ut non diffideret habiturum se ex Sara filium, quam sterilem sciebat, in qua iam fluxus muliebrium naturæ defecerat. Et uocauit ea] Id est, uiscera muliebria, quæ non sunt fœcunda scilicet. Tanquam ea] Hoc est, uiscera. Quæ sunt] Partu uidelicet fœcunda, ut Cethura fuit: Quamuis in principio creandi uocauerat quæ non erant, & statim esse cœperunt, tamen hic quia iam non erant, eis tēpora generandi uocauit. Qui contra spem in spem credidit] Contra spem naturæ erat, ut centum annorum homo ex muliere æque iam fessa, quæ etiā in iuuentute sterilis fuisset, semen suum sicut stellas cœli, & harenā maris crederet esse futurum. Cum non spem habet generandi Abraham, credit deo, sperans contra spem generare se, sciens omnia posse deum. Item secundum alios. Qui uiuificat mortuos] Id est, peccatores, qui secundum interiorem hominem mortui sunt. Et uocauit ea] Hoc est, genera Gentium, ut sint in fide. Tanquam ea quæ sunt] Id est, tanquam patriarchas, & Prophetas, & Apostolos, qui sunt in fide perfecta constituti.

B Non considerauit corpus suum emortuum] Nihil naturæ considerat fides, quia omnipotentem nouit eum qui dixit. Quæritur quomodo Abraham emortuo corpore de Cethura filios genuerit, qui de Sara ante non potuit, Idcirco ergo de Sara nō genuit, quia uetusta erat & sterilis, in illa uero quasi in iuuenē, cursu naturæ facile potuit generare. Sic solui solet & ista quæstio: Quod de Cethura postea genuit Abraham filios, quia donū gignendi quod à domino accepit, etiā post obitum Saræ uxoris mansit. Item Ambrosius: Non considerauit corpus suum emortuum: Hortatur Gentes ad hanc fidei firmitatem, ut dei promissionem & gratiam sine aliqua ambiguitate suscipiant, securi exemplo Abraham. Quomodo is uidebitur emortui corporis, qui multo senior effectus quā tunc erat, & uxorem accipere, & sex liberos procreare possit: Itaq̄ dicamus Abraham non infirmitatis emortuum, sed secundum illam uirtutem sanctorum, fuit in illo mortificatio etiam membrorum, nam non incitabatur luxuria, non urebatur libidine: Hoc idem erat & in Sara, quia defecerunt muliebria. Non erat in illa lasciuia mulieris, aut incontinentiæ solutio, neq̄ in usum libidinis præcipitabantur inuiti: Sed & tu si mortificas membra tua, quæ sunt super terram: si abiecto omni feruore libidinis, emortuum corpus serues, & nullis obnoxium uitij, potest generare Isaac, quod est gaudium. Et hic est primus fructus spiritus, potes semen tuum, & opera ascendere in cœlum, & efficere opera lucis, & stellarum fulgori splendoriq̄ conferri, ut cum dies resurrectionis adfuerit, tanquam stella differas in claritate. Amplius adhuc dico, potes, si tam purus mente, tam sanctus corpore, tam immaculatus actibus fueris, etiam ipsum generare Christum, secundum illum, qui dicebat: Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis, & sicut ipse dominus dicit: Qui fecerit uoluntatem patris mei, qui in cœlis est, hic est meus frater, soror, & mater. Non hæsit diffidentia] Nec de senectute possibilitatis, nec de magnitudine promissionis dubitauit: nec enim fides habet meritum, cum humana ratio probet experimentum. Dans gloriam deo] Tanquam depercepto dono gratias agens. Non est autem scriptum propter ipsum tantū] Hoc est

Emortuū corpus Abrahæ.

Sara defecisse muliebria qd sit.

Isaac gaudiū interpreta mur.

Gal. 4. Matth. 7.

Fides locum habet, cum humana ratio nō adfuerit.

e Hoc est

C Hoc est, non ut eius fidem solam sciremus, sed ut eius quasi patris imitemur exemplū, quia si nos ita credamus deo, ut ille credidit, etiam nobis reputabitur fides ad iustitiam. Hoc modo competenter uidebitur habita comparatio fidei Abraham, & eorū qui credunt in eum. Qui suscitauit Iesum Christū] Quia quod ille futurū credidit, sicut de eo dominus dicit: Quia Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum, & uidit, & gauisus est, à nobis creditur factū. Qui traditus est propter delicta nostra] Ut ostendat, quod ea pro quibus Christus traditus est, etiam nos abhorre debemus, & abijcere: quomodo enim alienum nobis & inimicum ducitur omne peccatum, pro quo redemptor noster traditus memoratur in mortem? Resurrexit propter iustificationem nostram] Iustificat Christus eos tantummodo, qui nouam uitam exemplo resurrectionis ipsius susceperunt, & uetusta iniustitiæ atq; iniquitatis indumentā, uelut causam mortis abijciunt.

CAPUT V.



Pacem habere erga deū quomodo possimus.

Vt iustificati igitur ex fide, pacem habemus ad deum, per dominū nostrum Iesum Christum] Pertractata causa, quia nemo eorum ex operibus iustificatus sit, sed omnes ex fide, quod exemplo Abraham probat, pacem habere eos hortatur ad deum. Tunc magis in pacem dei uenimus, quando aduersus diabolum persequimur, & quando aduersum carnis uitia dimicamus. Et quia dominus Iesus huius gratiæ minister est, per ipsum pacificati sumus deo. Per quem accessum habemus per fidem in gratiam istam] Hoc est, per quem accesserimus prope, qui eramus longe. Quomodo accessum habeamus per dominum nostrum Iesum Christum, ipse saluator ait: Ego sum ostium, nemo uenit ad patrem, nisi per me. Sed uideamus quale est ostium, ut sciamus quales esse debeant qui intrant per ipsum, & accessum habent ad gratiam: istud ostium ueritas est: & si ostium ueritas, non possunt introire mendaces. Et rursum: istud ostium iustitia est, & per hoc ostium iustitiæ non ingrediuntur iniusti. Istud ostium dicit: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Per ostium ergo humilitatis & mansuetudinis, nec iracundus ingreditur, nec superbus. In qua stamus] Ideo dixit stantes, quia iacuimus prius. Et gloriamur in spe gloriæ filiorum dei] Gloriamur nos sperare gloriam filiorum dei, qua iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum, & erunt sicut angeli dei in caelo. Mouet me cur non dixerit, se gloriari in gloria dei, sed in spe gloriæ dei, in quo deesse quidem aliquid elocutionis uidetur, ita ut subaudiri debeat, in spe uidentis gloriæ dei. Non solum aut hoc, sed & gloriamur in tribulationibus] Non solum in gloriæ spe, sed etiā in saluberrimis tribulationibus gloriamur, in magnitudinē præmiorū sperantes, sicut Iacobus ait: Omne gaudiū existimate, cū in tentationes uarias incideritis. Vnde & optare debemus aliquid pati pro nomine domini, ut adquiramus de tribulatione finienda præmiū infinitū: considerato enim præmio, nullū possumus condignū æstimare laborem. Habemus ergo unde gloriamur: Magna enim gloria est, de imis ad summa crescere, & de nihilo ad maxima peruenire, de limo ad caelum, & de seruitute ad regnū: si tamen omni seculi gloria & iucunditate cōtemptra, in illo solo, quod nobis promittitur, gloriamur: & si hoc feceris, tale est, quale si quis nūmo plūbeo cōtemptra, gemmā regiam cōsequatur. Quanquā nec sic sit digna cōparatio, quā his quauis præmiū distet

Ostium est ueritas.

Matth. 11.

Stare.

Matth. 13.

Iac. 1.

A cūm distet, manet utriusque cōparatio: ibi uero incorruptilibus corruptibilia, & æternis caduca comparantur. Scientes quod tribulatio patientiam operatur] Hoc est tribulationem patientiā operari, si tribulatio ipsa motum non patiat in infirmitatis, aut dubitationis. Patientia enim probationē] Quia patientia si talis fuerit, qualem dixit, firma uidebitur probatio, unde Solomon ait: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio. Probatio autem spem] Spes uero quia probatur, uidetur nec immerito dici: dignus enim scitur accepturus remunerationem in regno dei. Tribulatio sanctorum proprie est, impiorum uero & iniustorum flagella appellantur: Denique in Psalmo sic dicit: Multæ tribulationes iustorum. De istis aut ait: Multa flagella peccatorum. Spes autem non confundit] Spes futurorum omnem confusionem expellit, unde probatur non habere fidem, qui in præceptis confunditur, spes non confundit, dum stulti nos & hebetes à perfidis iudicamur. Quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis] Magnitudo beneficiorum excitat in se magnitudinem charitatis, quæ confundi & timere non nouit. Illud considerandum mihi uidetur, utrumne hic charitatem illam dicat, qua nos diligamus deū, an illam qua diligimur, diffusam esse per spiritum sanctum in cordibus nostris: Et si quidem illa charitas, qua deum diligamus intelligitur, sermo iste assertionem non indiget: Si uero diffusa dei charitas in cordibus nostris ista potius intelligenda sit, qua diligimur à deo, certum est, quod uelut summum & maximum donum sancti spiritus charitatem sonat, quo uelut munere prius suscepto, per hoc ipsum diligere possimus deum, quod diligimur à deo, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Quomodo nos diligit deus, ex hoc cognoscimus, quia non solum nobis per filij sui mortē peccata dimisit, sed & spiritum sanctum nobis dedit, qui iam ostendat gloriam futurorum. Ut quid enim Christus adhuc cum infirmi essemus, secundum tempus pro impijs mortuus est? Ut quid indebite pro nobis mortuus est, nisi ut manifestaret suam charitatem? cum adhuc peccatorum & scelerum languoribus premeremur. Secundum tempus] Siue quia in ultimo mundi tempore passus est, siue ad tridui tempus, ut predicatur, mortuus est. Ad tempus enim mortuus est, qui tertia die resurrexit à mortuis. Apud homines mori uisus est, cum apud inferos uiuus inferni claustra confringeret potestate uirtutis suæ. Vix enim pro iusto quis moritur] Idcirco admiranda est passio saluatoris pro impijs, cum uix pro iusto quis moritur. Forte audeat quis mori pro iusto] Aut forte non audeat, quia ambigue dicendum est. Sed ut hoc facilius intelligatur, cogitemus fieri posse, uerbi gratia, ut aliquis pijsimus filius pro charissimo, proque bono genitore, seu fratre, uel amico quolibet, uitam suā affectu charitatis morti obijciat: pro impio uero, proque inimico, nullus animam suam tradit, nisi ille solus, qui est fons summæ charitatis, bonus autem ipse est, quia & iustus, dicit enim alibi: Mandatum iustum, & sanctum, & bonum. Commēdat aut suam charitatem deus in nobis] Hoc est, dū inimicis beneuolus est, & mittit eum qui saluos faciet eos, cū utique non merentur. In sanguine ipsius] Id est, non in brutorum animalium sanguine secundum ueterē legem. Si enim cū inimici essemus reconciliati sumus deo per mortē filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius] Si per mortē Christi saluati sumus deo, quāto magis in eius uita glorificabimur, si eam fuerimus imitati, qui si ut reconciliaret nos sibi deus, filium morti tradidit, quāto magis reconciliatos saluos faciet in uita ipsius, cū resurrexit à mortuis: quia sicut mors eius à diabolo nos eripuit,

Tribulatio quo pacto patientiam operatur.

Eccl. 27.

Flagella impiorum sunt.

Psal. 33.

Psal. 31.

Charitatem diffusam in cordibus nostris.

Mors Christi.

C lo nos eripuit, ita uita de die iudicij æterna morte nos liberabit: Item pro persecutoribus filij mori permisit, qd faciet pro iustificatis, nisi seruet eos ab ira uertura: Non solū aut hoc] Id est, nō solum nobis per Christū diuinæ gloriæ, sicut dicit Ioannes Apostolus: Nōdū apparuit qd erimus, scim⁹ quoniam cū apparuerit, similes ei erim⁹. Per quē nūc recōciliatiōe accepim⁹] Vt qui sequentes Adā, discesserim⁹ à deo, per Christū recōciliamur deo, Recōciliatio autē dei est, cū eius ira finit. Nā quēadmodū per unū hoīem in hūc mūdū intrauit peccatū &c.] Cū supra aperuisset arcana secreta mysterij, qd cū inimici essemus deo, per mortē filij eius recōciliati sum⁹: Nūc & causas cur inimici fuerim⁹, uel cur morte filij dei indigerit ista recōciliatio, cōsequēter exponit, ut intuentes quāta nobis p̄stiterit deus, & dñs Iesus, imd & quāta p nobis ptulerit, radicata erga eū fide, & inseparabili charitate teneamur. Hic cū dixerit, sicut per unū hominē peccatū in hūc mūdū intrauit, & per peccatū mors, & ita in oēs homines pertransiuit, cur nō retulit ut diceret, uerbi gratia, ita & per unū hoīem iustitia intrauit in hūc mūdū, & per iustitiā uita, & sic in oēs homines uita pertransiit, in q oēs uiuificati sunt? Hoc em̄ uidebat ppositi eloquij sensus expetere. Tamen ppter negligētiores q̄sq, ne forte resoluī possent, si audirēt, qd sicut mors in oēs homines per peccatū, ita & in oēs pertransiuit & uita per Christū, cōsiderauit palā hęc & publice nō debere dicit: Simul & ostendēs illud, qd etiam per hominē Christū, iustitia introiuit in hūc mūdū, hoc est, in terrenos homines, & per iustitiā uita, & pertransiuit in oēs homines, tamē nō in præsenti statim contingere, nec ociosis accidere, sed his q multo tēpore pulsant quæ clausa sunt, & cōsiderāt quæ abscondita sunt. Sed huic Origenis expositioni occurrit illud, qd alibi Apollol⁹ ait: Sicut in Adā oēs moriunt, ita & in Christo oēs uiuificantur: Nā ibi & publice hęc saluatoris gratiā, sicut præco gratiæ manifestissime prædicat. Nec ppter negligētiores q̄sq, immēsitatē gratiæ uoce defectiua reticet. Mihi itaq̄ uidet, qd in hoc apostolico eloqo nullus defectus inest, sed analogica quædā similitudo elucescit. Cū itaq̄ superius nos inimicos deo fuisse dixerat, nūc modū & causam ipsius inimicitia ostēdit, dicens: Nā quēadmodū per unū hominē in hūc mūdū peccatū introiuit, paucos uidelicet primū hoīes mordens, & per peccatū mors: sequitur analogica similitudo, & ita in omnes homines pertransiisse. In quo notandum, quod ibi, Et, cōiunctio uacat, sicut in multis locis, & in Apostolicis dictis hoc sæpe comperies.

D Disputamus per quē in mūdū introiuit peccatum, ubi si requiratur exemplū imitationis, diabolus inuenitur: Si contagium generationis, Adā. Proinde dicens Apostolus: Per unum hominem peccatū intrauit in mūdū, nō imitationē, sed generationē uolebat intelligi: Sicut em̄ à muliere inītiū peccati fuit, sic & inītiū generatiōis à uiro est: prior em̄ uir seminat, ut foemina pariat. Ideo per unū hominē peccatū in hūc mūdū intrauit, & per peccatū mors, & ita in oēs homines pertransiit. Vtrū peccatū, an mors, an utrūq̄ per oēs homines pertransiisse dictū sit, uidet̄ ambiguū. Sed qd horū sit, res ipsa tam aperta demonstrat: Nā si nō ptransisset peccatū, nō omnis homo cū lege peccati, quæ in mēbris nascetur: Si mors nō ptransisset, nō oēs homines quātū ad istā conditionē mortalitū pertinet morerent. In quo] Hoc est, in Adam. Omnes peccauerūt] Quia omnes originali peccato infantes, immunes esse non possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum resoluantur. Manifestum est in Adam omnes peccasse; ipse enim per peccatum corruptus, omnes quos generauit nati sunt sub peccato. Vsq̄ enim ad legem peccatum in hoc mundo fuit] Hoc dictum est non

1. Ioan. 3.

Reconciliari deo.

Sensus multus in Paulo.

1. Cor. 15.

Dictiones multe in Paulo o-ciose.

visus est nobis aliquot uerborum defectus.

A est, nō quia deinceps in nemine fuit, sed quia non poterat per literam legis auferri, quod solo poterat spiritu gratiæ. Peccatum autem non deputabatur, cum lex non esset] Quasi ante legem peccatum non fuerit, nec reputatum fuerit, antequam lex daretur Moysi, cum legamus & Cain, & Lamech reputatum esse peccatum. Et ne per singulos immoremur, in tantum pro peccatis hominum exacerbatum esse deum, ut diluuium mundo introduceret, Et rursus Sodomitas igneus imber, & sulphurea flamma uastauerat. Quomodo in uindictis talibus negabitur reputatum fuisse peccatum? Putabant se homines apud deum impune peccare, sed non apud homines: Nec enim naturalis lex penitus obtorpuerat: quia non ignorabant, quia quod sibi nolebant fieri, alijs facere non debebant. Non ergo lex naturalis apud deum reos facere putabatur: ignorabatur enim deus, qui iudicaturus genus humanum, ac per hoc non imputabatur peccatum, quasi peccatum esset apud deum, incuriosum deum asserentes. At ubi lex data est per Moysen, manifestum est, curare deum res humanas, & non impune futurum his, qui male facientes in præsenti euadunt. Quippe cum Sodoma & Gomorra per ignem iudicata sint perire, quod obliuio quidem texerat, Moyses autem ut confirmaret deum iudicem fore, scribendo manifestauit. Lex autem naturalis tres partes habet, cuius prima hæc est, ut agnitus honoretur creator, nec eius claritas & maiestas alicui de creaturis deputetur. Secunda pars est moralis, hoc est, ut bene uiuatur, modestia gubernante. Tertia uero pars eius est docibilis, ut creatoris dei, & exemplum mortis cæteris tradatur. Sed regnauit mors ab Adam usque ad Moysen] Quoniam nō imputabatur peccatū antequam lex daretur, ipsa usurpationis impunitate regnabat mors, id est, diabolus: omnes enim suos uidebat esse, quia qui facit peccatum, seruus est peccati: Impune enim peccare putantes, magis delinquebant. Quo facto gaudebat Satan, quod causa Adæ relicta à deo hominem in possessione haberet. Vsq̄ ad Moysen] Nam lege data coepit non regnare: Coeperunt enim scire homines, creatorem deum iudicaturum genus humanum, & paulatim ab eius dominio recedere. Aliter, regnauit mors ab Adam usque ad Moysen, nouum Moysen, atque cœlestem, non susceptorem testamenti unius, sed autorem testamentorum duorum: non famulantem unī legi, sed utriq̄ue dominantem. Non qui ueteres iugo seruos genuit, sed qui gratia nos liberos procreauit. Regnauit ab Adam usque ad Moysen] Quia nec lex per Moysen potuit regnum mortis auferre ab Adam usque ad Moysen, non super omnes, sed in eos, qui peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ: Nam introiuit quidem mors in mundum, & in omnes pertransiuit, non tamen in omnes regnauit. Aliud est enim pertransire, & aliud regnare: Peccatum etenim pertransiit etiam in iustos, & leui quadam eos contagione perstrinxit, in præuaricationibus uero, id est, quia se tota mente ac deuotione deficiunt, regnum tenet, & omni potestate dominatur. Si uero, ut in nonnullis exemplaribus inuenitur, etiā in eos qui non peccauerunt in similitudinē Adæ, mors ista, quæ in inferno animas detinebat, regnasse dicatur, intelligimus & sanctos quoq̄ sub istam mortem, etiam si non peccandi, sed certe moriendi lege decidisse. Christū uero idcirco in infernum descendisse, non solum ut ipse non teneretur à morte, sed eos qui ibi non tam præuaricationis, ut diximus, crimine, quam moriendi ditione habebantur absolueret. Infantes sunt qui non peccauerunt in similitudinē præuaricationis Adæ: quia nō habent actuale, sed originale. Qui est forma futuri] Siue ideo

Peccatum nō imputari ante legem.

Legis natura tres sunt species.

Mortem regnare est diabolum uigere.

2. Petri 2. Pertransire aliud quam regnare.

Christi descensus ad inferos.

C forma fuit Christi, quia sicut Adam sine coitu a deo factus est, ita ille ex uirgine & spiritu sancto processit; & sicut ex latere Adam Eua facta est, ita sponsa ecclesia ex latere saluatoris formata est. Sive ut quidam dicunt: qui est forma futuri, uidens requiri posse e contrario, hoc est, sicut ille peccati caput, ita & iste iustitiae. Sed non sicut delictum, ita & donum.] Cum superius dixisset Apostolus de Adam, qui est forma futuri, uidens requiri posse, quod si Adam forma Christi; ergo & in eo quo peccauit, necesse est ut formam Christi habeat; hoc autem de Christo uidebatur absurdum; continuo subiungit: Sed non sicut delictum, ita & donum; & incipit ex hoc sermone ueluti semetipsum explanare, quomodo dixerit formam Christi esse Adam, nec sine arte profunda dicendi Apostolus formam Christi esse Adam posuit, quae sit per genus similis, forma & specie contraria. Per genus nanque similis forma in eo, quod sicut ab uno Adam in plures homines diffunditur. Species uero contraria, quod ex Adam praeruaricatione certa peccatores constituti sunt multi, Christi uero obedientia iusti constituuntur multi. Multo magis gratia dei, & donum in gratia unius hominis Iesu Christi, in plures abundauit.] Ex his asserit, completa esse, quae defuisse in prioribus uideantur: Nam multum interest, quod ibi in omnes homines dixit pertransisse peccatum; hic uero donum & gratiam Iesu Christi in plures abundasse, cum & omnes homines plures intelliguntur, & plures multos intelligi non uideatur absurdum, maxime cum in sequentibus dicat apertius: Sicut per unius delictum omnes homines in condemnationem, sic & per unius iustitiam omnes homines in iustificationem uitae. Et ut euidentius ostenderet, omnes homines, & multos homines idem esse, addit his: Sicut enim per inobedientiam unius peccatores constituti sunt multi, sic & per unius obedientiam iusti constituentur multi; Quod superius omnes homines dixerat, hic eodem sensu multos nominauit. Si enim ob unius delictum multi mortui sunt &c. Ut intelligatur, non magis in multos, cum iniqui magis multi sint qui damnabuntur, sed magis abundauit; quia in his qui per Christum redimuntur temporaliter, ualet forma mortis ex Adam. In aeternum autem ualebit uitae forma per Christum. Quamuis ergo, inquit, Adam futuri forma sit, e contrario tamen plus praestat Christus eis, qui regenerati sunt, quam eis nocuerat ille generatis. Sed non sicut delictum, ita & donum; quia mors quidem unius delicto regnauit per unum. Qui autem abundantiam gratiae & doni iustificationem accipiunt, non solum ultra non regnat in eis mors, quod & ipsum utique non parua esset gratia, sed & alia duo eis feruntur bona: unum, quod pro morte in eis regnat Iesus Christus; aliud, quod etiam ipsi regnabunt per unum Iesum Christum. Cum ergo necessario haec in eos eueniunt, id est, ut regnum mortis effugiant, & pro morte regnet in eis Christus: imò ut cum eo ipsi regnent in uita, manifestum est, quoniam non sit delictum ita ut donum. Volens autem Apostolus ostendere, quanto maiora per Christum anima recipit, quam amiserat per Adam, frequenter istos sermones, ut dicat multo magis & abundantiam gratiae, et doni, & iustitiae, et regnabunt per unum Iesum Christum gratia dei, quae pertinet ad remissionem peccatorum per baptismum; Donum abundantiam donationis spiritus sancti, quia multa sunt ipsius dona. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationem.] Ex uno ergo quid nisi delicto: quia sequitur: Gratia autem ex multis delictis in iustificationem: quomodo ex uno delicto in condemnationem: nisi quia fuit ad condemnationem etiam unum originale peccatum, quod in omnes homines

Adam quomodo formam Christi gerat.

Multos & omnes in Paulo idem est.

A homines pertransit. Gratia uero ideo ex multis delictis in iustificationem, quia non solum illud soluit quod originaliter trahitur, sed etiam cetera, quae in unoquoque homine motu propriae uoluntatis adduntur. Igitur sicut per unius delictum omnes homines in condemnationem, subaudi, perueniunt; Nullus enim hominum, nisi per Adam trahitur ad damnationem, de qua per lacrum regenerationis homines liberantur, & nullus hominum ab hac damnatione, nisi per Christum liberatur: ideoque ex utraque parte dicti sunt omnes. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obedientiam iusti constituentur multi.] Sicut exemplo inobedientiae Adae peccauerunt multi, ita & Christi obedientiae iustificantur multi. Grande ergo crimen inobedientiae est, quod tantos occidit. Lex autem subintrauit, ut abundaret peccatum.] Ne dicerent Iudaei: sed nobis peccata dimisit: non, inquit, uenit peccata dimittere, sed demonstrare delicta, & dum scilicet enter peccatur, coepit abundare delictum: ac si diceret, ut uideo, lex peccata non abstulit, sed adiecit, non tamen suo uitio; sed illorum. Subintrauit autem, hoc est, subito intrauit, & ita contigit, ut abundaret delictum: quia inimicus plus exarsit, uidens hominis curam habere deum, ut illum etiam per legem reum faceret, ne deo aspici mereretur. Aliter: ut abundaret delictum, nam abundantius, & perniciosius est, quando ab sciente & praeruaricante peccatur: Nam prohibente lege uiolentius peccatur, quam si nulla lege prohibita committantur. Lex autem subintrauit, lex scilicet membrorum, repugnans legi mentis. Ipsa ergo subintrauit legi naturae, ut abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia.] Sicut ait Saluator: Cui plus dimittitur, amplius diligit. Manifesta est enim quantitas peccati, ut sciretur gratiae magnitudo. Est autem grandis superabundantia, quod ubi peccatum fuit & mors, ibi nunc est gratia, & iustitia, & uita aeterna. Superabundauit gratia.] Donum dei omnium peccata contexit, ut diaboli inuidiam nihil profecisse doceat. Superabundauit ergo gratia: quia peccatum ad tempus regnauit, gratia autem in aeternum: Dei enim est regnum gratia regnante, sicut diaboli regnum erat peccato regnante.

Omnes.

Inobedientiae crimen. Lege abundare delictum.

Luce 7.

Regnum dei & diaboli.

CAP. VI.



Vid ergo dicemus: Manebimus in peccato, ut gratia abundet.] Quoniam superius dixerat, quia ubi abundauit peccatum, superabundauit gratia. Nascentem ex hoc quaestionem nunc sibi ipse proponit: Ergo peccandum est, ut gratia plus abundet? Sed absolutionem citam quaestionis ostendit, cum dicit: Absit. Et continuo rationem subiicit, mortuos dicens: peccato eos, in quibus abundauit gratia. Nam qui mortui sumus peccato, quomodo amplius uiuemus in eo? Vult tam firmum esse baptizatum, tam perfectum, quasi qui peccare non possit. Superueniente gratia dei per Christum, & in nobis per fidem lauacro spirituali regnante, coepimus uiuere deo, mortui autem peccato, qui est diabolus. Sicut deo uiuere dicitur is, qui secundum uoluntatem dei uiuit: ita & peccato uiuere dicitur is, qui secundum uoluntatem peccati, id est, diaboli uiuit. An ignoratis fratres, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in mortem ipsius baptizati sumus? Obserua diligentius ordinem dictorum & consequentiam: Comparat enim mortem, quae per Adam

Peccatum est diabolus. Deo uiuere.

C per Adam erat, uitæ quæ per Christum est, & dicit: Non sicut delictum, ita & donum; Et item post hæc ait legem subintrauisse, ut abundaret peccatū: abundante uero peccato, superabundasse gratiam. Et in his soluit quod uidebatur esse contrariū, & dicit: Qui enim mortui sumus peccato, quomodo uiuemus in eo? Volens rebus ipsis ostendere, quid sit mortuum esse peccato, dicens: An ignoratis fratres &c. Docens per hæc, quia si quis prius peccato sit mortuus, is necessariò in baptismo consepultus est Christo. Si uero non ante quis moritur peccato, non potest sepeliri cum Christo; nemo enim uiuens aliquando sepelitur: Quod si non sepelitur cum Christo, nec legitime baptizatur. Et intueri diligentius adhuc consequentiā mystici ordinis: morere prius peccato, ut possis cum Christo sepeliri: Mortuo enim sepultura debetur. Si enim uiuus adhuc peccato, consepeliri non potes Christo, nec in nouo eius sepulchro collocari, quia uetus homo tuus uiuit, & non potest in nouitate ambulare, in Christo lesu, id est, in nomine Iesu Christi. In morte ipsius baptizati sumus] Hoc est in similitudinem mortis eius. Cur Apostolus de baptismo nunc loquens, & de Iesu dixerit, consepulti sumus per baptismum, & nunquam dixit, Christo consepulti sumus? Cum utiq; non habetur legitimum baptisma, nisi sub nomine trinitatis. Sed intueri prudentiam Pauli: quando quidē in presenti loco nō tam baptismi rationem, quàm mortis Christi discutere cupiebat, ad cuius similitudinem etiam nos suaderet mori debere peccato, & consepeliri Christo. Et non erat utiq; conueniens, ut ubi de morte dicebat, uel patrem nominaret, uel spiritum sanctum: Verbum caro factū est, & merito ubi caro est, ibi de morte tractatur. Si mortui sumus peccato, & consepulti sumus Christo, & conseruimus cum eo, necessariò uidebitur secundum hanc formam ostendi, quomodo etiam cum ipso tres dies, & tres noctes in corde terræ fuerimus sepulti, & uide si possimus tres dies consepulti Christo facere. Cum plenam trinitatis confessionem capimus: lux enim pater, & in lumine eius, qui est filius, lumen uidemus spiritum sanctum. Faciamus autem & tres noctes, cum tenebrarum ignorantia, patrem unā cum mendacio, quod ex eo natum est calcamus. Sed & tertio loco spiritum erroris destruimus, qui inspirat pseudoprophetas, ut dicant: hæc dicit dominus, cum dominus non misit. Sicut Christus tridua morte sepulchro conditus fuit, ita & nos intra aquæ, id est, intra cognitæ naturæ suæ tridua mersione dispositi: dum descendimus, sepelimur: dum emergimus, suscitamur. Vides quid distet inter aquæ, interq; spiritus sancti operationē, per quā deduci uidemus in tumulum, per spiritum præparari probamus ad regnū, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Nouitas autem uitæ est, ubi ueterem hominem cum actibus eius deposuimus, & induimus nouum hominem, qui secundum deum creatus est, & qui renouatur in agnitionem dei, secundum imaginem eius, qui creauit eum. Sicut autem uetus semper ueterascit, & de die in diem semper uetustior efficitur, ita & nouus hic semper innouatur, & quotidie si dici potest, ipsa nouitas innouanda est, ut nūquam sit quando hæc innouatio non augetur. Baptismus itaq; resurrectionis pignus est & imago, & ideo per aquam celebratur: ut sicut aqua sordes abluat, ita & nos per baptismum ab omni peccato spiritualiter purgatos & innouatos credamus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius] Quid est cōplantari similitudini mortis Christi: quo uelut plantam alicuius ostendit mortem Christi, cui nos complantatos uult nunc esse, ex succo radicis eius: Radix quippe succrescens producat ramos iustitiæ, et fructus afferat uitæ. Quod si uis de scripturis agnoscere, quæ

Sepelimur cū Christo post mortē peccati

Consepelimur in Christo & nō cōbaptizamur

Tridua mors nostra.

Noua uita quæ Coloſ. 3.

Aqua baptismi

A quæ sit ista planta, cui complantati esse debemus, & cuius generis arbor, audi quid de sapientia scribitur: Arbor, inquit, uitæ est omnibus sperantibus in se, & qui confidunt in ea tanquam in domino: Christus ergo uirtus dei, & dei sapientia, ipse est arbor uitæ, cui complantari debemus, & nouo quodam atq; amabili dono, mors illius nobis uitæ arbor efficitur. Omnis planta hyemis tempore mortem, resurrectionem ueris expectat: si ergo & nos in Christi morte complantati sumus, in hyeme seculi eius & presentis uitæ, etiam ad futurum uer inueniemur fructus iustitiæ ex ipsius radice proferentes. Simul & resurrectio nis erimus] Duplex intelligitur resurrectio, una, mente & proposito ac fide cum Christo à terrenis resurgimus, ut cœlestia cogitemus: Altera, quæ generalis omnium erit in carne resurrectio. Vel: Si em̄ complantati &c. id est, si in baptismo omnia uitia deposuimus, resurgentes in nouitate, & de cætero non peccemus, simul & resurrectionis illius similes erimus, in corporis scilicet gloria, non in diuinitatis natura. Scientes quia uetus homo noster simul crucifixus est] Vetus homo noster intelligendus est, uita prior quam duximus in peccatis, cuius finem & interitum facimus, ubi recipimus in nobis fidem crucis Christi, per quam ita destruitur corpus peccati, ut membra nostra, quæ seruibant peccato, ultra ei non seruiant, sed deo. Simul crucifixus est] Scilicet deo. Per baptismum cum Christo te crucifixum intellige, qui membrum de corpore eius factus es, & ille quidem innoxium corpus appendit, ut noxium suspendas à uitis: In quo mysterio Moyses serpentem æneum in deserto suspendit. Ut destruat corpus peccati] Ut destruat corpus nostrum à seruitute peccati, ut fiat mancipium iustitiæ, quod solebat esse peccati: Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati. Corpus est peccati] Id est iniquitas, cuius caput diabolus, cuius membra enumerat Apostolus esse super terram: Quæ sunt fornicatio, auaritia, contentio, ira, dolus. Item secundū Ambrosium, uetus homo noster, malos actus crucifixos dicit, id est, mortuos. In cruce autem autor peccati, id est, diabolus destructus est: Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato, hoc est, alienus est à peccato: mortuus enim omnino non peccat, ita & qui natus de deo est, non peccat: crucifixus enim omnibus membris dolore occupatis, peccare uix poterit. Si autem mortui sumus eum Christo] Presenti sermone Apostolus conclusionem omnium facit, quæ in superioribus astruxerat, & dicit: Si autem mortui sumus cum Christo, per hæc scilicet, quæ superius ostendit. Credimus & conuiuemus ei] Non dixit, & conuiuimus ei, sicut dixit mortui sumus, sed conuiuemus, ut ostendat, quia in presenti mors operatur: uita autem operatur in futuro, tunc scilicet cū Christus manifestus fuerit, qui est uita nostra, abscondita in deo. Vnde consequenter intelligitur, quod sicut mortui non sumus, non conuiuemus, quia huius non sumus membra. Scientes quod Christus surgens à mortuis, iam nō moritur] Securitatem de resurrectione saluatoris ostendit, ad quam sic uenire continget, si melioris uitæ fuerit æmulatio: Siue iam non potestis iterum baptizari, quia Christus non potest iterum pro uobis crucifigi, sicut dicit ad Hebræos: Impossibile est, qui semel sunt inluminati &c. Quibus non poenitentiam negat, sed iterationē baptismi differtur. Qui enim mortuus est peccato] Quia ipse peccata nostra portauit, & pro nobis doluit, ne de cætero peccaretur: nec Christus iterum passurus erit, nec mors dominabitur in eū. Quod autem uiuit, uiuit deo] Viuere autem deo, ita intelligendum est, quasi expleto eo quod in forma dei positus, exinaniuit semetipsum, formam serui accepit, & factus est

Duplex resurrectio.

Num. 21.

Ioan. 8.

Vetus homo.

Hebr. 6.

Iteratio baptismi negata.

Philip. 2.

C & factus est obediens patri usque ad mortem, rursus permaneat in forma dei, atque æqualis patri. Ita & uos æstimate, uos mortuos quidem esse peccato. Non sine causa autem dixit, existimate uos mortuos esse peccato, quod melius quidem in Græco habetur; Cogitate uos mortuos esse peccato; Res enim de qua sermo est, in cogitatione consistit, quia huiusmodi mors non in effectu, sed in cogitatione habenda est; qui enim cogitet, uel existimet apud semetipsum mortuum se esse peccato, uerbi gratia, si concupiscentia mulieris trahat, si argenti, si auri, si prædij cupiditas pulset, & ponam in corde meo quod mortuus sum cum Christo, & de morte cogitem, extinguitur continuo concupiscentia, & effugatur peccatum. Sed & hoc quod addit. *Viuentes autem deo in Christo Iesu* Non mihi uidetur otiosum; simile enim puto esse uiuentes deo, in sapientia, in pace, in iustitia, in sanctificatione, quæ omnia Christus est. In his ergo uiuere deo, hoc est in Christo Iesu. Non regnet ergo peccatum in uestro mortali corpore. Mortale corpus est ex causa præuaricationis Adæ, ex fide autem Christi forte creditur immortale, si non regnet peccatum. Sed neque exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato. Id est, diabolo; Vnūquodque membrum, si officium suum in malos usus uerterit, arma iniquitatis efficiuntur, ad iustitiam expugnandam. Sed exhibete uos deo tanquam ex mortuis uiuentes. Peccato scilicet mortui, & iustitiæ uiuentes. Et membra uestra arma iustitiæ deo. Ut oculus, qui ante uidebat ad concupiscendum, nunc uideat nudum ad uestiendum, sic de reliquis membris. Non enim estis sub lege. Non uos uincet peccatum, non enim estis paruuli, sed perfecti, quasi pædagogus puero dicat: Noli facere uitium sermonis, non enim adhuc audis Grammaticum, sed Oratorem. Si non peccemus, non sumus sub lege, sed sub gratia; Si autem peccemus, uertimur sub lege, & incipiet nostri dominari peccatum, quia qui facit peccatum, seruus est peccati. Quid ergo peccabimus, quoniam non sumus sub lege? Ne dicerent, ergo cessante uindicta legis, impune peccabimus. Absit. Quia si peccatis, sub gratia non eritis, sed quasi sub lege, uel sub dominatione peccati. An nescitis, cui exhibetis uos seruos ad obediendum? Nunc ne aliud profitentes, aliud faciamus, & conserui dei dicamur, gestis autem zabuli inueniamur, præmonet & denuntiat eius nos seruos esse, cuius uoluntatem operibus sectamur; Nam hoc deus accusat, dicens: *Matth. 15.* Plebs hæc labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Videtur parum integra elocutio, quia ait: Serui estis eius, cui obedistis, siue peccati in mortem, siue obediens iustitiæ per obedientiam, cum ratio poposcerit dici, serui estis eius cui obedistis, siue peccati, siue iustitiæ. Sed in eo, qui per initium sermonis sponte profitetur, artem compositionis requirere, superfluum puto, cum sensus habeatur euidentior; hoc autem est, quod in hoc loco Apostolus docet, quia unusquisque in manu sua habet, & in arbitrij potestate, ut aut peccati seruus sit, aut iustitiæ, sed omnes qui faciunt peccatum, serui sunt peccati. Ad hoc respicit, quamuis non adiecerit; & omnis qui facit iustitiam, seruus est iustitiæ; quod fortassis putet alius idcirco subrelictum, ut consequentibus quasi deberat intelligi, mihi tamen consulte uidetur non additum, neque enim dici conueniebat, quia omnis qui facit iustitiam, seruus est iustitiæ; ut omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Nam & deus ipse facit iustitiam, & non idcirco seruus iustitiæ dici potest; nam & ipse diabolus sine dubio peccati seruus est, quippe qui descendit à seruitute iustitiæ. Gratias autem deo, quia fuistis serui peccati. Unde uereor, ne forte plures simus, qui uideamur suscepisse doctrinam iustitiæ

ο υτως και υ-
μεις λογισθη-
σεται.

Membra
nostra arma
iniquitatis effi-
ciuntur.

Matth. 15.

A iustitiæ uideamur obedire, corde uero obediamus peccato. Mouet me etiam hoc, quod non dixit, obediens ex corde, in quam traditi estis, sed formam doctrinæ posuit, nec puto quod unum esse senserit Apostolus doctrinam, & formam doctrinæ, quod minus esse sciuerit formam, quam ipsam doctrinam. Et nunc quidem in præsentia uita dum in corpore sumus, formam doctrinæ habemus, non ipsam doctrinam, sicut alibi dicit: Videmus nunc per speculum in ænigmate. Ipsa autem doctrina sit, de qua dicitur: Tunc autem uidebimus facie ad faciem. Unde & in præsentia uita, puto quod formam & umbram uirtutum tenere possimus, ipsas uero uirtutes tunc, cum uenerint illa quæ perfecta sunt. Et ob hoc Hieremias fortassis in lamentationibus dicit: Spiritus uultus nostri Christus dominus, cui dixit: In umbra eius uiuemus in Gentibus. Quod si Christus est iustitia, & sapientia, & ueritas, amatores eius uidebimur. Liberati autem à peccato. Quis est qui liberet à peccato? sine dubio agnitio ueritatis: Sic enim dicebat Iesus ad Iudæos qui crediderant ei: Si credideritis uerbo meo, agnosceatis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Humanum dico propter infirmitatem carnis uestræ. Hoc est humanum dico, quia nondum ad plenum potestis audire diuinum; cum enim multo magis debeatis seruire iustitiæ, quam peccato, cui ante seruistis, ego tamen concedo infirmitati uestræ, ut tantum iustitiæ seruiatis, siue ita humana ratione digna loquor, quod omnes mecum sentire possunt, et nullus abnuere. Pudorem quendam per hæc incutit Apostolus auditoribus, ut hoc saltem obsequi debeant iustitiæ & sanctificationi, quod prius immunditiæ iniquitati detulerant. Quid ergo tam humanum, quid tam leue, quid tam sine onere, & quod nulla possit profus infirmitas excusare? Sicut, inquit, exhibuistis membra uestra seruire iniquitati. Multo enim amplius, & multo intentius honoranda iustitia est: Si ergo, inquit, humane & communiter ago, eadem postulo, similia requiro. Dudum requirebant pedes uestri dæmonum templa, nunc currant ad ecclesiam dei. Protendebantur prius manus ut aliena raperent, nunc ut propria largiantur protendantur, circumspectant pauperes, debiles, egenos, ad miserandum. Aures delectabantur auditu uano, uel bonorum derogationibus, nunc conuertantur ad audiendum uerbum dei, ad explanationem legis, & ad capiendam sapientiæ disciplinam. Lingua, quæ conuicijs, & maledictis, & turpiloquijs consueta est, conuertatur nunc ad benedicendum deum in omni tempore, sermonem sanum proferat, & honestum, ut det gratiam audientibus, & ueritatem loquatur cum proximo suo. Sed quid opus est hæc singula uirtutibus, aptare uirtutibus, & actum quem exhibuit immunditiæ, nunc ad sanctitatem, & castitatem conuertere? Itaque & nunc exhibete membra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Videtur hic sanè iustitiam nominasse pro omnibus simul uirtutibus, sicut è contrario iniquitatem pro omnibus simul uitijs posuisse. Cum enim serui essetis peccato, liberi fuistis iustitiæ. Hoc est, in nullo seruientes ei, ita & nunc liberi estote ab omni peccato. Quilibet à deo est, seruus peccati est. Sanè notandum est, esse & libertatem culpabilem, & laudabilem seruitutem; nam liberum esse iustitiæ crimen est, seruū uero esse, laudabile est. Liberi à iustitia non sunt, nisi arbitrio uoluntatis; liberi autem non sunt à peccato, nisi gratia saluatoris, unde liberos à iustitia dixit, à peccato autem non liberos, sed liberatos, ne sibi hoc tribuerent.

Forma doctrinae.

1. Cor. 13.

Agnitio dei liberat à peccato.

Humana loq.

Iustitia pro omnibus uirtutibus.

Damnosa quædam libertas est.

C. Quem ergo fructum habuistis in his, in quibus nunc erubescitis? Nullus sine dubio fructus est in ea re, quæ per pœnitentiã erubescitur, & cuius etiam recordatio uerecunda est. *Varietas in peccatis.* Quadriformis autem uarietas in omni iniquitate, atque iustitia uidetur inesse: Semen scilicet, arbor, finis, fructus; Semen, est bona, siue mala cogitatio; Arbor, bona uel mala uoluntas; Fructus, opera iustitiæ, uel iniustitiæ, uel iustificatio, uel immunditia; Finis uero, est mors, seu uita æterna. Non est omittendum, quod fructus quidem eos, pro quibus nunc erubescimus, in quo sint noluit nominare. Eorum uero fructum qui liberati sunt à peccato, & serui facti sunt deo, dicit esse in sanctificationem; bonorum enim frequentius quàm malorum habenda memoria est. Nam finis eorum mors est] Finem, dixit exitum uitæ & actuum, cui aut mors, aut uita succedit, sed huic fini mors, à morte autem ad mortem transit. Superdium enim peccati mors est] Stipendium pro opere militiæ redditur peccatum, nam ideo dixit stipendium peccati mors, ut mortem peccato non im merito inlatam, sed debitam demonstraret. *Stipendium.* Gratia autem dei uita æterna] Bene autem metaphoram, id est, figuram militiæ ex initio propositam seruat, ut militantibus sub peccato Rege, imò potius tyrannide, ei à parentibus stipendia debita mortem dicat, Deum uero non erat dignum militibus suis stipendia, quasi debitum aliquod dare, sed donum & gratiam, quæ est uita æterna. *Mortis quinque species.* Quinque autem species sunt mortis; nam prima mors, est separatio animæ à corpore, Secunda, separatio animæ à deo, quæ per peccatū euenit. Tertia, est secundum illud, quod autor mortis ipsius diabolus, mors appellatur. Quarta mors nominatur inferni lacus, quo præuaricatrices animæ detinentur. Dicitur uero & illa mors laudabilis, qua peccato quisque moritur, & Christo conspeltur.

D. CAP. VII.



Romanae leges ex Athenis.

Nignoratis fratres, scientibus enim legem loquor] Hinc incipit difficultatem legis ostendere, ut illos hortetur ad gratiam sine eius timore transire, ut animas eorum firmet in doctrina diuina, exemploq; legis humanæ utitur, ut per terrena suadeat cœlestia. Sciunt enim legem Romani, quia non sunt Barbari, sed comprehenderunt naturalem iustitiam, partim ex se, partim ex Græcis, sed Græci ex Hebræis; Nam lex Romanis ex Athenis allata est. Quia lex dominatur in homine, quanto tempore uiuit] Non est occultum, omnem uitam hominis esse sub lege naturæ, hæc lex generalis est. Nunc uero aliam proposuit specialem, per quam probare uult assertionem suam. Nam quæ sub uiro est mulier, uiuente uiro alligata est legi] Hæc lex de Euangelio est, non ex Moyse, neque ex iustitia terrena. Suadet ergo Christianis mundum esse à lege factorum, non ab omni lege, nec ultra iam expedire esse sub lege, ne gratiam dei euacuet reuersus in legem. Neque legis erit adulter, sed Euangelij, qui mortua lege iunctus Euangelio, postea redit ad legem. Mortua lex dicitur, quando quæ continebant reum incognitus est ei: Si autem seruientes legi accedere se putant ad Euangelium, rei erunt & adulteri; qui uiua lege iunxerunt se fidei, erunt in utroque adulteri. Scientibus autem legem loquitur Paulus, id est, scientibus quæ sit in lege uetustas literæ, & nouitas spiritus. Nam sicut morte uiri mulier liberatur à lege coniugis, & sociandi uiro alio accepit libertatem; Ita anima, cuius uir lex est ueluti mortua sibi lege secundum literam, libertatem accepit nubendi alio uiro

Lex anime uir est.

A. uiro, qui est spiritus legis, spiritus autem dominus est. Quod autem dixit: Lex dominatur quanto tempore uiuit] Non ad hominẽ, sed ad legem refertur. Hoc em̄ & in consequentibus indicat, ubi ait: Viuente uiro alligata est legi] Et ipse exempli quod assumptum est, plenius is ordo declarat: Legem enim uiro loco posuit, & de ipsa dicit: Si autem mortuus fuerit uir eius, soluta est à lege uiri] Sed quomodo sit mortuus peruidendum est: potest quidem etiam in hoc uideri mortuus, cum spiritualis intelligentia excludit, & uelut interimit corporalem, & ostendit refugiendam esse occidentem literam, & sequendum uiuificantẽ spiritum. Itaque fratres mei & uos mortificati estis legi] Noluit iuxta comparisonem legem illis dicere mortuam, sed quod inter Iudæos dicere non audebat, intellectui nostro reliquit per corpus Christi. Quomodo Saluator corpus suum zabulo crucifigendum permisit, sciens esse pro nobis contra illum; idcirco per corpus Christi saluos nos dicit factos. Cui ergo dimittuntur peccata, moritur legi, hoc est, liberatur à lege. *Mori legi.* Mori autem legi, uiuere deo est. Per corpus itaque Christi hoc consequimur beneficium. Tradens enim corpus Saluator, mortem uicit, & peccatum damnauit, id est, diabolus; in ipso enim peccauit diabolus, cum illum innocentem occidit per corpus Christi, in quo corpore iniquitates nostras tulit, & peccata nostra portauit, & qui exiit principatus & potestates, triumphans eos in semetipso. Ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificetis deo] Ille fructificat deo, qui in operibus iustitiæ, in pomorũ modũ, primitus in florem, deinde operibus in fructũ, postremo ad summam peruenit maturitatem; nullus enim fructus semper in flore est. Ut sitis alterius] Hoc dicit, quia ideo mortui sumus, ut de cætero Christi simus serui solius, & hoc inerit fructificare deo. Adquiritur enim qui in gratia eius permanet, dignus resurrectione promissa. Cum enim essemus in carne] Hoc est, cum essemus in carnali conuersatione, passio concupiscentiæ operabatur in oculis, & in cæteris membris cæteræ passionis, quæ tamẽ per legem ostendebantur esse peccata uitiaq;. Per legem erant, hoc est, per legem ostendebantur; per legẽ enim ostendi, non per legẽ fieri monstrat: Index enim peccati lex est, reos faciens peccatores. Quæ nam ista lex est, per quam uitia peccatorũ operantur? Nunquid lex Moyse, etiã si secundũ literam obseruaretur, uitia generat peccatorũ? Sed in aperto est, quod illam legem dicat membrorum, quæ resistit legi mentis. Ista ergo lex est, quæ facit in his, qui secundũ carnem uiuunt, uitia peccatorũ abundare, ut fructificaret morti. Ad hoc nanq; est ista in membris nostris, ut resistentes aduersum legem mentis, captiuos nos ducat peccato, & hos fructus offerat morti, siue ut fructificaret morti, hoc est, ut fructum faceret morti secundæ. *Lex mortis.* Lucrũ enim tunc facit mors, cum peccatur. Nunc autem soluti sumus à lege mortis] Id est, dum remissionem accipimus peccatorum; Non enim habet in nos potestatem, infidis autem & peccatoribus dominatur. Lex autem mortis ideo dicta est, quia punit reos mortis. Nunc autem soluti sumus à lege mortis] Hoc est, nos mortui cum Christo per baptismũ sumus; nisi enim quis mortuus fuerit cum Christo, ab ista lege non soluitur. Ut seruiamus in nouitate spiritus] Hoc est, spiritualis gratiæ præceptis, non literæ legis. Lex enim uetus non criminis nomen est, sed temporis, uel ætatis. Senuit autem, quia cessauit. Lex autem spiritus, est ipsa lex fidei, quia fides in animo est, nec operibus addiscitur, sed corde creditur, & mens ipsa intelligit, naturæ suæ esse quod credit, nec oculis cernitur, nec manibus palpatur. Est & alia interpretatio legis spiritus, ut quia prior lex ab opere malo inhibuit, hæc

Fructificare deo.

Lex mortis.

Lex spiritus.

C hæc cum nec in corde debere peccare dicit, lex spiritus uocatur, ut totum hominem faciat spiritualem. Non idcirco nos Christus abstraxit à lege peccati, ut uelut literæ seruiamus, id est, ut circuncisionem accipiamus, & cætera quæ uelut literæ continet, sed ut legi dei in spiritus nouitate seruiamus, id est, ex omnibus quæ in ea scripta sunt, spiritualē sensum spiritu donante capiamus:

2. Corin. 3. sicut idem Apostolus alibi dicit: Quia uelamen est positum in facie Moysi: Cum autem conuersus fuerit quis ad dominum, auferetur uelamen. Dominus spiritus est: Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Quid ergo dicemus? Non ergo peccatum est lex, sed index peccati. Bona autē & iusta est lex. Ostendere enim imminens periculum bonum est, sed hic magis gratias agit, qui ereptus à periculo uiuit. Nam concupiscentiam nesciebam. Non dixit, non habebam, non faciebam, sed nesciebam, hoc est, nesciebam concupiscentiam esse peccatum. Occasione ergo accepta per mandatum. Omnem dicens concupiscentiam, cuncta peccata significat. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Hic duplici genere intelligendum est, ut & zabulum in peccato sciat significatum. Mortuus dicitur fuisse zabulum, quia cessabit ab illusione hominis, quia securus erat de possessione eius. Peccatum autem mortuum dixit, quia putabatur quod non imputaretur apud deum. ideo apud hominem mortuum erat, quasi impune peccaretur: Sine lege enim penè lex in obliuionem ierat naturalis, quæ suggererat quid esset peccatum. Idcirco lex literæ supra dicta est, ut commemoraret oblitos. Quid est sine lege uiuere, cui lex semper sit: nam quia sine timore dei uiuebat, securus quod non esset deus iudicaturus actus humanos. Sed ubi uenit mandatum, peccatum reuixit. In fine obliuionis recognitum est peccatum adueniente mandato, ut omnis qui illud fecerit, mortuum se esse cognoscat. Peccatum autem reuixit, quia uiixerat per scientiam naturalem, & mortuum fuerat per obliuionem: idcirco dicitur reuixisse per legem. Ego autem mortuus sum. Mortuus est homo, qui uidet se reum apud deum, qui ante se putabat non futurum obnoxium ex his quæ peccabat. Nam peccatum occasione accepta per mandatum seduxit me. Peccatum hoc loco zabulum intellige, qui autor est peccati, quiq; decipit hominem suggestionibus malis, ne faciat quod lex præcipit. Itaq; lex quidē sancta. Vt nihil suspicionis peruersæ remaneret in lege, sic illam commendat, ut non solum iustam, sed & sanctam, & bonam pronuntiet, & mandatum bonum: Quod enim prohibet malum, bonum est. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors. Absit. Non enim mihi ipsa lex causa mortis existit, sed ego qui peccando inuenio mortem. Sed ut peccatum appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem. Inimicus, hoc est, diabolus, quem in peccato significat, ut appareat esse inimicus, per bonum accepit occasionē operari homini mortē: Dum enim ad illicita illum suadet, apparet esse inimicus. Vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Ante legem modum habebat per ignorantiam, supra modum est cum scienter admittitur.

Scimus autem quod lex spiritualis est. Quia spiritualia mandat, ardua præcepit opera spiritus, prohibens peccata, & ideo non potest impleri. Ego autem carnalis sum. Ego quicumque legem accipio, & carnaliter uiuere consueui. Quod enim operor. Hoc est carne, siue carnali concupiscentia. Non intelligo. Non intelligit quod operatur, quia uidet se aliud scire, & aliud agere. Si autem quod nolo illud facio, consentio legi dei quia bona est. Si

ipsum

A ipsum malum nolo facere, quod committo, utique cum lege sentio, quæ mala non uult, sed prohibet. Nunc autem non ego operor illud. Hoc est, secundum spirituale desiderium non ego illud operor. Non ego operor illud, qui uelut inuitus operor, sed consuetudo peccati, quæ tamen necessitate ipse mihi parauit.

Sed quod habitat in me peccatum. Hoc est, consuetudo peccandi ab Adam transfusa. Habitat autem quasi hospes, & quasi aliud in alio, non quasi accidentia scilicet non naturalia. Sicut uerbi gratia, si quis iam diu iurare, uel irasci consueuit, etiam cum non optat, incurrit. Scio enim quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Non dixit, non est caro mea bona, sed quod non habitat in carne, hoc est in carnali concupiscentia, uirtutis bonum. Nam uoluntas benefaciendi adiacet mihi. Est uoluntas, sed non est effectus: quia carnalis consuetudo uoluntati resistit. Perficere autem bonum non inuenio. Hoc est, sine adminiculo gratiæ, non me uideo facere bonum. Non enim quod uolo, facio bonum. Sæper repetit ut dilucidet: hoc ergo est quod prædictum est, quia ut captiuus per supradictas causas illud cogitur facere quod non uult, peccatum quod illius dominetur. Iam non ego operor illud, sed

quod habitat in me peccatum. Nunquid qui inuitum hominem dicit peccare, immunis debet uideri: non utiq; ipsius enim uitio & desiderio hæc coepta sunt: qui nisi mancipasset se per assensum peccato, non illius dominaretur. Primum enim suadet ut uicto dominetur. Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonum. Legem Moysi asserit uoluntati suæ dare consensum contra peccatum, quod in carne habitat, quod aliud cogit facere, quam uult homo &

lex. Hic elocutiones integræ non uidentur, sed tali quodam ordine legere debemus, ut intellectus lucidior fiat: Ergo quia malum mihi adiacet uolenti facere bonum, inuenio legem dei, & condelector ei secundum interiorem hominem. Per quod ostendit, quod interior homo, hoc est uoluntas, & propositum, quo initium accipit conuerti ad dominum, legi dei consentit, & delectatur in ea, sed ut diximus, non statim ut uoluntatem quis habuerit conuerti ad bona, etiam usus boni operis sequitur: Cita enim res est uoluntas, & sine impedimento uertitur, opus uero tardum est, quia & usum, & artem, & laborem requirit operandi. Verbi gratia: Vult aliquis sapiens fieri, nec tamen statim ut uoluit sapiens effectus est: uoluntas quidem præcessit, nec sine uoluntate aliquis sapiens fieri potest. Sed tamen cum uoluntas fuerit, adhibendus est labor, studium, sollicitudo, uigilia, doctrina, institutio, & uix aliquando usu longo, & meditatione continua sapiens efficitur. Iste ordo de pudicitia habendus, & de magnitudine, & patientia, & de singulis quibusq; uirtutibus sciendus est, in quibus omnibus dici conuenit, quia condelector legi dei, hoc est uirtutibus secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem repugnantem in membris meis. Aliam legem desideria consueta dicit, uel persuasionem inimici. Repugnantem legi mentis meæ. Conscientiæ scilicet naturali, uel legi diuina, quæ in mente consistit, quod supra dixit: uelle enim bonum adiacet mihi, hic uoluntatem boni legem mentis nominat, quæ lex mentis conuenit cum lege dei, & consentit ei. Sed rursus motus corporis, & desideria carnis, legem membrorum dicit, quæ captiuam ducit animam, & peccati legibus subdit. Et sicut lex mentis, quæ consentit cum lege dei, si animam potuerit obtinere, adducit eam ad legem dei, ita & lex quæ in membris est, & concupiscentia carnis, si seduxerit animam, peccati eam legibus subdit. Cum hæc Paulus, assumpta fragiliore persona, intra hominē haberi certamina docuisset, exclamatione

Peccatum habitat in nobis.

Inuitum peccare quid sit.

Voluntatis agilitas.

Voluntas magnarum uirtutum est incipit.

Lex mentis est uoluntas boni.

Mortuum peccatum.

Sine lege uiuere.

Carnales homines.

Clamatione utitur adhuc ex persona illius quē descripsit, & dicit: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Vidit se miserū, intra quē tot leges sibi inuicem repugnant, tot praelia commouentur, pugnat caro aduersus spiritum, spiritus uero aduersus carnem. De corpore mortis huius? Merito corpus mortis appellatur, in quo habitat peccatum, quod est mortis causa, hanc dicit mortem, quam ostendit in nece hominis per peccatū inuentā apud inferos. Corpus autem mortis cuncta peccata significat; Multa enim unū corpus sunt, secundum singula quasi membra uno autore inuenta, ex quibus homo ereptus gratia dei secundam mortem euasit. Gratia dei] Quem lex non potuit liberare. Nunquid nam Paulus nondum erat gratia dei liberatus? unde probatur quia ex alterius persona loquitur. Mente seruiō legi dei] Legi dei cum dicit, Moyse significat legem, & Christi. Ego ipse] id est qui liberatus sum de corpore mortis. Carne autem legi peccati] Id est, diaboli, qui per carnem subiectam sibi suggestiones malas ingerit animæ.

CAPVT VIII.



Nil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant] Verum est, quod nulla erit damnatio eorum, qui sunt in Christo, animo legi dei seruiētes. Lex spiritus uitæ, ipsa est lex fidei quæ dum mortis peccata dimittit, lex uitæ est, non per literam constans, sed per spiritum; quia corde creditur, & spiritus est qui credit. Hæc itaq;

D lex in Christo Iesu, hoc est per fidem Christi, liberat credentem à lege peccati & mortis. Lex peccati est, quam in membris dixit habitare. Lex uero mortis, Moyse lex est, quia peccatū augebat, ut reum faceret hominem apud legem, ut damnaretur ab ea. Ideoq; lex reis mors est, bonis uero spiritualis est. Alijs enī est odor uitæ ad uitam, alijs odor mortis ad mortem. Vtrunq; continet lex, & literam occidentem, & spiritum uiuificantem. Vnde considera, ne forte huius rei formam te neat & illud lignum, de quo scriptum est, sciendi bonum & malum. Vtrumq; in uno, sicut in lege, continetur. Nam quod impossibile erat legi] Hoc dicit, ut baptizatos securos reddat, quia à peccato liberati sunt; quia quod impossibile erat legi. Cui impossibile nobis scilicet impossibile erat mandatum legis implere, quia subiecti eramus peccato. Ob hoc misit deus filium suum in similitudine carnis peccati] Aliter: impossibile erat legi, ut homines carnales faceret custodire iustitiā mortificandæ carnis, exemplo nō dato. In quo infirmabatur per carnem] Hoc est, in eo quod lex infirmabatur non in se, sed in illis infirmabatur. Vnde subinfert per carnem, hoc est, per carnalem concupiscētiā. Quod dixit: In similitudinē carnis peccati] Ostendit nos habere carnē peccati, filium uero dei similitudinē carnis peccati. Nam naturam quidem corporis nostri habuit, pollutionem peccati, quæ ex concupiscentiæ motu conceptis traditur, omnino non habuit. Et de peccato, uel ut uerius habetur apud Græcos, pro peccato damnauit peccatum in carne] Hostiæ quas pro peccato offerebant in lege, peccati nomine uocabantur, cum ipsæ delicta nescirent, sicut scriptum est: Et imponet manus super caput peccati sui. Sic & caro Christi, quæ pro peccatis nostris oblata est, peccati nomen accepit. Quidam sanè dicunt, quod peccato Iudæorum, quo dominū occiderūt, peccatum diaboli, quo hominem deceperat, per hominem cōdemnarit, sicut ad Hebræos

Lex peccati in membris.

2. Cor. 2.

Gen 2.

In Græco legitur: ὡς ἄσπις καὶ ἄμαρτιας καὶ ἄμαρτιας ἢ ἄμαρτιας.

A ad Hebræos dicit, ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperiū, peccatum peccato proprio cōdemnauit: Christus enim à peccato crucifigitur, damnauit peccatum in carne; ibi enim damnatus est, ubi peccauit, sicut & alio loco ait: Triumphas illos in semetipso. Hoc itaq; peccato reus factus Satanas, amisit dominium retentorum animarum, ut iam signatas signo crucis, in quo uictus est, in secūda morte tenere nō audeat. Damnauit autē peccatū, dū irrita fecit delicta remissione peccatorū cōcessa. Pro peccato inquit, dānauit peccatū in carne sua. Vt iustificatio legis impleteretur in nobis] Vt quomodo in illis repugnante carnali consuetudine impleri non potuit, in nobis saltem impleatur, qui exemplo Christi mortificamus carnem. Damnatum dicit peccatū, ut impleteretur in nobis iustificatio legis datæ à Moyse. Quomodo impletur: nisi cum datur remissio peccatorum, ut sublatis peccatis, iustificatus appareat, mente seruiens legi dei, hoc est non secundum carnem ambulare, sed secundū spiritum. Qui enim secundum carnem sunt] Homo ex spiritu & carne cōstructus est, quando ergo carnalia agit, totus caro dicitur: quando spiritualia, totus spiritualis appellatur: unaquæq; enim substantia, cū eam altera in suam ditionem redegerit, & uim quodammodo propriam, & nomen amittit. Quæ carnis sunt sapiunt] Id est, carnalia bona pro summis bonis concupiscunt. Non enim quod uolo hoc facio bonū, sed quod odi malum hoc ago] Multi hunc locum ita intelligi debere diffiniunt, ut hoc ipsum Apostolum non ex sua, sed ex peccantium persona dixisse confirmet. Quid enim boni, quod ille non posset implere? & quid è contrario quod maliuolens & odians admiserit? Ad quam uero peccati legem ille uas electionis, in quo Christus loquebatur, potuit captiuus abducere? Non intelligentes, qui hoc diffiniunt, quod supra dicta testimonia, non nisi ad solos pertineant perfectos, & eorum tantum, qui Apostolorum merita subsequunt, congruant sanctitati. Cæterorū quo pacto id est, peccatorum personæ poterit conuenire quod dicitur: Non quod uolo hoc facio? Quis enim delinquentium, nolens adulterijs, fornicationibusq; cōtaminetur? Quis inuitus proximo tendat insidias? Quis necessitate cogatur, ut falso testimonio hominem opprimat, furto uel decipiat, aut alterius spoliū concupiscat? uel sanguinem fundat, & cætera mala perficiat? Superest igitur, ut hæc sententia non ex peccatorum persona, sed ex Apostoli, ipsiusq; similitudine dicta esse intelligatur. Sed tamen diligentius indagemus, quid sit principale bonum, quod Apostolus non poterat perficere cum uellet. Multa enim nouimus bona, quæ beatus Apostolus Paulus, omnesq; illius meriti habuisse credimus, id est castitas, continentia, prudentia, sobrietas, temperantia, misericordia, iustitia, quæ omnia in Apostolo, eiusq; similibus fuisse non dubium est. Quod ergo unum optat facere, scilicet theorica, pro qua uita Maria præfertur Marthæ, ut est; Maria optimam partem elegit. Hæc ergo theorica, id est cōtemplatio dei, omnium iustificationum genera, uel merita præcellit, & illa quidem omnia, quæ in Apostolo fuisse prædiximus, non solum bona & utilia, uerum etiam magna, atq; præclara sunt. Sed sicut, uerbi gratia: stanni metallum, quod alicuius utilitatis & gratiæ putabatur, sit argenti comparatione uilissimum; & rursum, auri contemplatione meritum euanescent argenti, aurum quoq; collatione gemmarum: gemmæ uero claritate margaritarum contemnantur: Ita illa ornamenta sanctitatis, quamuis non solum ad præfens bona & utilia sunt, uerum etiam donum æternitatis acquirunt, tamen si diuinæ contemplationis meritis comparentur, uilia censentur, & comparatione theoricæ claritatis fugiantur;

Heb. 2.

Col. 2.

Damnari peccatum.

Carnales qui.

Sapere quæ sunt carnis.

Quod nolo id facio quomodo intelligendum.

Theorica uita in Maria.

C scatur: multum enim sanctos, quamuis bonorum operum, terrenis tamen stu-
 dijs occupatos, à contemplatione illius boni retrahunt ac tardat. Nam pruden-
 tia carnis mors est] Ipse alibi dicit, prudentiam humanam esse, pro malo ui-
 cem reddere. Talis ergo prudentia mortem parit transgrediendo præceptum.
 Spiritus uero prudentia, pacem habet non reddendo uicem, & uitam in futu-
 ro percipiet. Prudentia uero à prouidendo est appellata. Prudentia ideo dicitur
 cum res stulta sit, quia industria & astutia illorum in eo est ut peccet, Sapere e-
 nim sibi uidentur, si istud diligentius curent. Est & alia prudentia carnis, quæ
 mundanis rationibus inflata, negat aliquod fieri quod mundi careat ratione,
 unde ridet Virginis partum, carnis resurrectione. Prudentia autem spiritus
 uita & pax] Vere hæc est prudentia, quæ uitam requirit, & pacem sequens spi-
 rituali contemptis inlecebris uitæ presentis habebit uitam cum pace, id est si-
 ne inquietudine. Quoniam prudentia carnis inimica est deo, legi enim dei
 non est subiecta] Ostendit quid dixerit inimica, ne quis putaret ex aduerso
 aliud uenire principium, subiungit, & dicit: Legi enim dei non est subiecta,
 nec enim potest] Ergo facere contra legem, hoc est inimicum esse in deum,
 non quia deo aliquid nocere potest, sed sibi potest nocere, quis quis resistit uo-
 luntati dei, hoc est enim calcem mittere aduersus stimulum. Sic est dictum: Le-
 gi enim dei non est subiecta, neque enim potest. Tanquam si diceretur, nix
 non calefacit, sed resolui potest, & feruere ut calefaciat, sed cum hoc facit, iam
 nix non est. Sic & prudentia carnalis, cum anima pro magnis bonis tempora-
 lia bona desiderare cœperit contemnere, & spiritualia desiderare, desinit esse
 carnis prudentia, & spiritui non resistit. Ea namque anima cum inferiora ap-
 petit, prudentiam carnis habere dicitur, cum superiora, prudentiam spiritus, non
 quia prudentia carnis substantia est, qua induitur anima, uel exiit, sed ipsi-
 us animæ affectatio est, quæ omnino desinet, cum se totam ad superna conuer-
 tit. Qui enim in carne sunt] Id est, uoluntate carnis. Hic apparet, quod
 non carnem, sed opera carnis accuset. Totus mundus caro est: Omne enim ui-
 sibile carni deputatur, cognita enim sunt carnis, ideoque qui mundanis rebus
 obtemperat, in carne est. Vos autem non estis in carne] In carne positi, di-
 cuntur non esse in carne, sed in spiritu, hoc est, spiritualibus occupati. Si ta-
 men spiritus dei habitat in uobis] In illo spiritus dei habitat, in quo apparent
 eius fructus, sicut ait ad Galatas: Fructus autem spiritus, est gaudium, chari-
 tas &c. Hoc ideo ambigue dicitur, quia in legem inducti, non adhuc perfectæ
 fidei erant, sed spem in eis uidebat perfectionis, unde aliquando quasi perfe-
 ctis loquitur, aliquando quasi perfecturis, hoc est aliquando laudat, aliquando
 commonet. Qui enim in carne sunt, deo placere non possunt] Id est qui uo-
 luptatibus carnis adquiescunt, ne quis enim de his dictum putaret, qui de hac
 uita nondum excefferunt, oportunitissime subiunxit. Vos autem in carne non
 estis, sed in spiritu: utique adhuc in hac uita constitutis loquitur. In spiritu e-
 nim erant, quia in fide, spe, & charitate spiritualium rerum adquiescebant.
 Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius] Spiritus au-
 tem Christi, humilitatis, patientiæ, omniumque uirtutum est, qui dilexit inimi-
 cos, & pro eis orauit. Spiritum dei, nunc spiritum Christi dicit: quia omnia pa-
 tris, filij sunt. Hoc ergo dicitur, quia supradictis erroribus qui subiectus est, ad
 Christum non pertinet: spiritum enim eius non habet, quem ut filius dei esset,
 acceperat. Hic non est eius] Cui in Psalmis dicit: Meæ sunt omnes feræ sylua-
 rum, iumenta in montibus, & boues. Et si feræ & iumenta eius sunt, quomodo ho-
 mines eius

mines eius non sunt: Potest & sic intelligi, quod qui non habet spiritum Chri-
 sti, hic non eius est: nam hic creatura quidam eius est, sicut syluarum feræ, & iumē-
 ta in montibus, & boues, sed discipulus eius non est. Si autem Christus in uobis
 est, corpus quidem mortuum est propter peccatum] Si Christum imitami, car-
 nalis sensus quasi mortuus uobis non resistit. Vel propter peccatum &c. hoc
 est merito peccati. Peccati causa corpus mortuum afferit: Corpus autem dicēs,
 totum hominem significat mortuum peccati causa. Spiritus uero uiuit pro-
 pter iustificatione] Hoc est, spiritus uiuit, ut iustitiam operet: non enim hoc solu
 queritur, ut à carnalibus cesseremus, sed spiritualia faciamus. Mors autem cor-
 pori peccati causa, id est ne peccet, imponitur. Quod si corpus peccato mortuum
 est, spiritus necessario ad faciendam iustitiam uiuit. Qui enim in corpore mor-
 tuus, nec seruit peccato, necesse est ut in spiritu uiuat, & iustitiæ seruiat. Sic &
 idem Apostolus in quodam loco dicit, tradidisse quendam in interitum car-
 nis, ut spiritus saluus fiat. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mor-
 tuis] Quonia quidem supra dixerat de his, qui ad similitudinem mortis Chri-
 sti corpora sua mortificant, nec peccent, necessario tunc mentionem eius fa-
 cit, qui suscitauit Iesum à mortuis, ut similitudine & pari ratione, quæ comortui
 sunt & consepulti, sciant se per spiritum eius, qui Iesum à mortuis suscitauit, uiui-
 ficando esse, & ad Christi similitudinem resuscitandos esse à mortuis. Et qua-
 tenus id fiat, ostendit, dicit enim: Propter inhabitantem spiritum eius in uo-
 bis] Vnusquisque sic habere in se spiritum Christi probatur. Christus sapientia
 est, si sit sapiens secundum Christum, & quæ Christi sunt sapiat, habet in se per
 sapientiam spiritum Christi. Christus est iustitia, Si quis habeat in se iustitiam Chri-
 sti, per iustitiam habet in se spiritum Christi. Christus pax est. Si quis habeat
 in se pacem Christi, per spiritum pacis habet in se spiritum Christi. Sic & chari-
 tatem, Sic & sanctificationem, Sic & singula quæque, quæ Christus esse dicunt,
 hic qui habet spiritum Christi, in se habere credendus est, & sperare quod corpo-
 rale corpus suum uiuificabitur, propter inhabitantem in se spiritum Christi.
 Et mortalia uiuificabit corpora uestra] Quia supra propter peccatum cor-
 pus dixerat mori morte secunda, id est totum hominem. Hic iterum propter bo-
 nam uitam mortalia corpora uiuificare promissit, id est totum hominem. Non autem
 ait, qui suscitauit Iesum Christum ex mortuis, uiuificabit mortua corpora ue-
 stra, cum supra dixisset corpus mortuum. Sed uiuificabit, inquit, & mortalia cor-
 pora uestra, ut scilicet iam non solum non sint mortua, sed nec mortalia: cum a-
 nimale resurget spirituale, & mortale hoc induetur immortale, & absorbebitur
 mortale à uita. Ergo fratres debitores sumus non carni] Hoc totum ait,
 ut ostendat eis legem non esse necessariam, quæ carnalibus data est. Spiritum
 Christi habitare in nobis, & dona spiritus in nobis collata superius docuit, cō-
 sequenter ergo nunc addidit, quia debitores eorum sine dubio, quæ à spiritu
 consecuti sumus. Carni autem, inquit, non sumus debitores, neque enim pro-
 pterea fecit nos deus ad imaginem suam, ut carnis seruitio essemus obnoxij,
 sed ut potius creatori suo anima deseruiens, ipsa seruitio ac ministerio carnis u-
 tatur. Sed fortasse dicat aliquis: quomodo non sumus debitores, cum uictum
 ei, & indumentum prouidere naturæ necessitate cogamur? Non ergo hoc ne-
 gat nos esse debitores, sicut alibi dicit: Et carnis curam ne feceritis in concupi-
 scentijs. Non utique negat curam carnis habendam in necessarijs, sed in concu-
 piscentijs. Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini] Nihil uerius,
 quam si secundum carnem uixerimus, moriemur. Adam enim præuaricans, uen-
 didit se

C didit se peccato, carni deputat. Omne em peccatu caro est, ppter ea em q̄ defo-
 ris peccatu natum est. Si aut per spiritum facta carnis mortificaueritis, uiuetis.]
 Opera carnis ^{condemnatur non caro.} Hoc est, si spiritualib⁹ actionibus carnis opera subieceritis, uiuetis. Notadum
 fanè opa carnis, nō substantiā condēnari, mortificat aut quis actus hoc modo
 carnis. Fruct⁹ est spiritus charitas. Odiū, carnis est actus. Odiū igit per charita-
 tem mortificat & extinguit. Gaudiū similiter fructus est spiritus. Tristitia ue-
 ro huius seculi, quæ mortē operat, carnis est actus: hæc ergo extinguit, si sit in
 nobis gaudiū spirit⁹. Pax fructus est spiritus. Dissensio & discordia, carnis est,
 sed certū est discordiā mortificari posse per pacē, sic & cætera uitia cæteris uirtu-
 tibus mortificant. Quicūq; em spiritu dei agitur, hi filij sunt dei.] Hos dicit
 spiritu dei ^{agi.} spiritu dei agi, in quorū actibus cōsilia principū, & potestati huius mūdi nō ui-
 dent: in quorū em uidetur, nō sunt filij dei, sed zabuli. Nō em accepistis spiri-
 tū seruitutis iterū in timore.] Iudæi acceperūt spiritū, q̄ illos ad seruitutē coge-
 ret p̄ timorē. Timere em seruorū est: Diligere, filiorū. Qui ergo opa charitatis
 uolūtate nolēbāt, timoris uindictæ necessitate cogunt. Nos uero omnia uolū-
 tate operemur, ut filios nos pbemus. Hoc ergo est, qd docet Paulus: qui por-
 steaquā cōmortui sumus Christo, & spirit⁹ eius factus est in nobis: nō iterū spi-
 ritū seruitutis in timorē, hoc est, nō rursus paruuli, & initia habētes effecti si-
 mus, sed quasi perfecti semel. Iam accepim⁹ spiritū adoptionis, in quo clama-
 mus, abba pater.] Neq; em pater alius quisq; nisi filius uocat abba pater. Qui
 uocat patrē, filium se pfitetur: debet ergo in moribus similis inueniri, ne pro
 nomine quoq; inuacuū usurpato, maiori pœnæ subiaceat. Abba pater, hic duo
 uerba unū significatiā posuit, ppter duos populos in unū redactos, ut unū se-
 mē Abrahæ fierēt. Ipse spirit⁹ testimoniū reddit spiritui nostro, qd sumus filij
 dei.] Testimoniū adoptionis qd habem⁹ spiritū, per quē ita oram⁹: tantā em
 arrā nō poterāt, nisi filij accipere. Si aut filij, & hæredes.] Cū deus pater nullo
 modo mortuus dici possit, Christ⁹ eius filius mortuus dicitur. Causa incarna-
 tionis quidē est, ut hic qui mortuus est, semper uiuentis hæres esse dicat, cū hæ-
 redes utiq; nō nisi mortuorū sint. Sed hæc causa humanitatis est: nam apud de-
 um, quæ apud nos hæreditas dicitur, donum est patris in filios obediētes tran-
 sulum. Hæres quis efficitur dei, cum quæ dei sunt mereatur accipere, id est in-
 corruptionis & immortalitatis gloriam, thesauros sapientiæ & scientiæ recon-
 ditos. Cohæredes uero Christi.] Cum transformabit corpus humilitatis
 nostræ, conforme corpori gloriæ suæ, sicut Apostolus ad Hebræos dicit. Te-
 stamentum testatoris morte firmatur: propterea mortuo pro nobis Christo,
 nouum testamentū esse asserit, cuius similitudo uetus testamentū erat, in quo
 mors testatoris per uictimā præfigurabatur. Si ergo quaratur, quomodo sim⁹
 secundū uerba eiusdē Apostoli cohæredes Christi, fiatq; hæres dei, cum hæreditas
 morte decessoris firma teneatur, nec ullo alio modo hæreditas possit intelli-
 gi. Respondetur, ipso quidem mortuo, nos factos esse hæredes, quo filij
 etiam eius dicti sumus. Non ieiunant, inquit, filij sponsi, quam diu cum illis est
 spōsus: Hæredes ergo eius dicemur, q̄ reliquit nobis pacis ecclesiasticæ posses-
 sionem, quod testatus est dicens: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uo-
 bis. Cohæredes autem eius efficiemur, quoniam uidebimus eum sicuti est. Hæ-
 reditatem nos eius patris quomodo morte adipiscimus: quia mori non po-
 test, quando quidem, inquit, ipse sit hæreditas nostra, secundum illud quod
 scriptū est. Dominus pars hæreditatis meæ. Sed quomō conuocati sumus ad-
 huc paruuli, et ad spiritualia contēplanda minus idonei: Vsq; ad humillimas
 nostras

A nostras cogitationes se misericordia diuina porrexit. Ut quomodo cum cerne-
 re niteremur, q̄ non euidēter atq; perspicue cœperimus: conuenienter enim di-
 citur, moriturum esse quod auferetur. Cum autē uenerit quod perfectum est, ^{1. Cor. 13.}
 auferetur quod ex parte est: Ita nobis quodammodo moritur pater in ænigma-
 te. Et idem ipse sit hæreditas, cum facie ad faciem possidetur: non quia ipse mo-
 riatur, sed quia imperfecta in eū nostra uisio perfecta uisione perimitur, et tamē
 nisi illa prior nos nutriet, ad illam plenissimā & euidētissimam non efficere-
 mur idonei. Quod si etiā de domino nostro Iesu Christo, non secundū uerbū in
 principio deū apud deū, sed secundū puerū, qui proficiebat ætate, & sapientia, ^{Inc. 2:}
 pius intellectus admittit, propria illa susceptione seruata, quæ cōmunis ei cum
 cæteris hominibus non est, manifestū est, cuius tanq; morte possideat hæredita-
 tem: Non enim nos cohæredes eius esse possumus, nisi & ipse hæres sit. Si au-
 tem pietas non admittit, ut primo ex parte uideret homo dominicus, deinde ex
 toto: quanquam in sapiētia proficere dictus sit, corpore suo intelligitur hæres,
 id est, ecclesia, cuius cohæredes sumus, quamuis ex nobis constet. Sed rursus
 queri potest, cuius morte simus nos etiam hæreditas dei, secundum illud: Et da-
 bo tibi gentes hæreditatē, nisi forte huius mundi, quo prius tanq; dominante ^{Psal. 2.}
 tenebamur. Post autē cum dicimus, mundus mihi crucifixus est, & ego mun-
 do, possidet nos Christus, mortuo illo qui nos possidebat, cū ei renunciamus, ^{Gal. 6.}
 morimurq; illi, & ipse nobis. Sitamen cōpatimur.] Videamus ergo, quid
 sit compati. Compati est persecutiones tolerare, & carnem crucifigere cum ui-
 tijs & conpiscentijs. Existimo enim, quod nō sint condignæ passiones hu-
 ius temporis ad futurā gloriam.] Hinc uult futurā gloriam cōmendare, ut præ-
 sentes pressuras facilius toleremus. Nihil quidem dignum inueniri uel compa-
 rari ad futuram gloriam potest: in quo enim mortale immortalibus conferas:
 aut inuisibilibus uisibilibus: aut æternis temporalia: aut perpetuis caduca: Puto
 quod in presenti uita consolatio, quæ datur iustis, secundum mensuram crucia-
 tuum deur. Gloria uero futura, de qua dicit Apostolus, quæ reuelabitur in no-
 bis, non secundum mensuram passionum: non enim condignæ sunt passiones
 huius temporis ad futurā gloriam. Nam expectatio creaturæ reuelationē fi-
 liorum dei expectat.] Diuersi hunc locū diuersis modis exponunt. Siue omnis
 creatura resurrectionis tempus expectat, quia tunc in melius cōmutabitur. Si-
 ue angelica rationalis creatura, Petrus enim dicit etiā Angelos desiderare glo-
 riam sanctorum. Reuelationē filiorum dei expectat.] Hoc est, cum reuela-
 buntur ea, quæ preparata sunt his, qui filij dei merebuntur esse: aut certe cum
 sublato ab his uelamine quo obteguntur, manifesti fuerint ipsi, qui filij dei
 sunt. Quæ autē est creatura, quæ reuelationē filiorū dei expectat: Hæc inqt, quæ
 uanitati subiecta est. Subiecta autē non ea conditione, ut maneat semper sub-
 iecta uanitati, sed cum quadam spe. Quæ autē spes, ita commemorat, dicens:
 Quoniā & ipsa, inquit, liberabitur à seruitute.] Quid est ergo, quod uanita-
 ti subiecta est, nisi quia quæ generat caduca sunt: operatur enim, ut fructus fa-
 ciat corruptibiles. Omnia enim quæ nascuntur in mundo, infirma, caduca, <sup>Mundana om-
 nia uanitati
 subiecta.</sup>
 & corruptibilia, ac per hoc uana sunt, quæ statum suum tenere non possunt.
 Non autem sponte subiecta est uanitati, non enim sibi proderit quod subie-
 cta est, sed nobis, & propter eum qui subiecit eam in spe: Quoniam contra
 dicere nō potest creatura creatori suo, eius causa subiecta est in spe. Vide ipsius
 solis & lunæ, ac stellarum cœli, & totius mundi ministeria, quomodo subie-
 cta sunt uanitati, corruptioniq; deseruiunt. Ad usum namque hominum alunt
 fegetes

C segetes, fructus producant arborum, herbarumque camporum, atque eosdem in se reuertentes anni circulos uoluunt. reparant enim quæ prætereunt, & prætereunt rursum quæ præparata sunt sinunt. Ipsos quoque angelos huic rationi credo subiectos, etiam non uolentes, sed propter eum qui subiecit in spe: uoluntati enim eius quis resistet? Ego etiam de archangelis tale aliquid intelligere propheticis inuitor eloquijs. Quid enim tantæ uanitatis, & tantæ corruptionis inuenies, quàm bella gerere in hoc mundo, pugnas aduersum me, regnū, & gentes commouere? Vide ergo, quod in his præcipuum archangelici operis habetur officium, sicut Daniel propheta testatur, cum dicit, quia Archangelus loquatur ad eum, qui diceret ei, quod pugnaret aduersum principem Persarum: & nemo, inquit, fuit mihi in adiutorio, nisi Michaël princeps uester. Ergo per singula deprehenditur rationalis creatura uanitati esse subiecta, non uolens, sed propter eum qui subiecit in spe. Spes namque est, ab his rebus corporeis & corruptibilibus aliquando cessandum: hanc enim habet expectationem creatura ista rationalis, ut reuelatio fiat filiorum dei, propter quos angeli mittuntur in ministerium, ut & ipsi cum his, quibus ministrauerunt, hæreditatem capiant salutis, ut cœlestium & terrestrium fiat unus grex, & unus pastor, ut sit deus omnia in omnibus. Omnis enim creatura congemiscit, & comparturit, & dolet] Sicut gaudent angeli super pœnitentes, ita dolent super conuerti nolentes. Requiritur enim est, cur in superioribus nominauerit creaturam, & nunquam dixerit, omnis creatura, ad ultimum uero dicat: Scimus enim, quoniam omnis creatura congemiscit, & condolet, hoc est, quæ necessitati corruptibilis corporis subiacet. Omnis autem creatura est, quæ dolentibus condolet, & quæ gementibus congemiscit. Omnis autem creatura superior, agones & certamina nostra spectat, & condolet cum uincimur: cum uincimus, congaudet. Ipsa igitur elementa cum sollicitudine opera sua exhibent, quia & sol, & luna non sine labore statuta sibi spatia implent, & spiritus animalium magno gemitu artatur ad exhibenda seruitia, satis de nostra salute sollicita sunt, scientes ad suam liberationem proficere, si modo nos citius agnoscamus autorem. Non solum autem illa] Non solum Angeli, qui benigniores sunt nobis, de huiusmodi dolent. Sed etiam nos] Qui iam spiritum habemus, de talibus ingemiscimus. Primitias spiritus habentes] Hoc ergo, quod in eos præ ceteris sublimius, & præclarior collatum est, sancti spiritus donum appellauit, & ideo dicitur: sed & nos ipsi, in quo specialiter designare uidetur apostolicam dignitatem. Nos ergo, inquit, ipsi, hoc est Apostoli, primitias habentes, qui electi sumus ad hoc, ut primitias spiritus acciperemus, nos ipsi intra nos gemiscimus. In tantum, inquit, nulla creatura est, quæ doloribus & gemitibus uacet, ut etiam nos ipsi, qui summa à spiritu sancto, & electa dona percepimus, tamen expectantes redemptionem corporis nostri, necessariò dolemus, & gemiscimus. Scrutare librum quæstionum, ut scias quid de hac lectione beatus Augustinus sentiat. Spe ergo salui facti sumus] Hoc dicitur, quia sperando quod promissit deus in Christo, meritum nobis fecimus ut liberemur. Ergo in spe liberati sumus, quia non aliud putamus, quàm credimus. Spes autem quæ uidetur, non est spes] Quod uidetur, non speratur, sed proprium est, ac possetur. Nulla enim in rebus uisibilibus Christianis spes est, nec nobis præsentia promissa sunt, sed futura. Non est spes] Nihil est ergo prorsus sperandum in futuro de his, quæ uidentur. Oculum enim non uidit, quæ præparauit deus his, qui diligunt eum. Videt autem oculus cœlum & terram.

Non

A Non ergo oportet hoc quod uidetur, credi præparatum esse à deo his qui diligunt eum, sed cœlum quidem, imò potius cœlos multo eminentiores, & celsiores, quàm est istud firmamentum, quod uideri potest. Et terra speranda est, non tamen hæc arida, quæ oculis subiacet, sed illa erit mansuetorum terra, quæ oculus non uidit. Spes quæ uidetur, non est spes] Tunc ergo erit res, quæ nunc spes est, cum apparuerit quid erimus, id est, similes illi, quoniam uidebimus eum sicuti est. Manifestum est, non esse spem quæ uidetur, sed quæ non uidetur, ac per hoc sperantes præmijs reficiendi sunt, quia quæ non uident, sperant. Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus] Ideo fides per patientiam grandis est præmijs, quia quod non uidet, credit, & quasi iam acceperit, ita secunda est de nondum acceptis, sicut dicit ad Hebræos: Patientia uobis necessaria est, ut uoluntatem dei facientes reportetis re-promissionem: Spes enim sine patientia esse non nouit, per patientiam expectamus: hæc expectatio patientia est. Similiter enim spiritus adiuuat in firmitatem nostram] Quia quæ ante petuntur, quàm peti debeant, & sunt contraria, non sinit fieri. Quæ autem sit infirmitas nostra, dominus docet cum dicit: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Ergo infirmitas nostra ex carnis infirmitate descendit. Ipsa enim est quæ concupiscit aduersus spiritum, & dum concupiscit suas ingerit, uirtutem & libertatem spiritus impedit, & sinceritatem orationis suffocat. Sed ubi uiderit spiritus dei laborare spiritum in aduersando carni, & adhærendo sibi, porrigit manum, & adiuuat in firmitatem eius, & uelut magister eius suscipiens rudem discipulum, & ignorantem penitus literas, ut eum docere possit & instituere, necesse habet inclinare se ad discipuli rudimenta, & ipse prius dicere nomen literæ, ut respondendo discat, & sit quodammodo magister ipse incipienti discipulo similis, ea loquens, & ea meditans, quæ incipiens loqui debeat, ac meditari. Quid orare, quid à deo petere oporteat ignoramus: interdum enim quæ contraria salutis sunt, petimus uel cupimus infirmitate cogente. Sicut enim quis in ægitudine corporis positus, non ea quæ sanitati conducunt, sed ea quæ præsentis infirmitatis desiderium suggererit poscit à medico: Ita & nos in huius infirmitate languentes, interdum à deo petimus, quod non expedit nobis. Infirmitatem nostræ orationis ignorantia significare declarauit: fallimur enim, putantes quæ poscimus prodesse, cum non sint. Denique eidem Apostolo deprecanti, ut tentationes à deo cessarent, quia crebræ erant, dictum est à domino: Sufficit tibi gratia mea: nam uirtus in infirmitate perficitur. Sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus] Hic gratiam spiritus spiritum nominauit: postulat autem, quia postulare nos facit gemitibus, qui enarrari non possunt. Sicut tentare nos dicitur deus, ut sciat, hoc est, scire nos faciat, quales sumus. Sed & usu communi quo aliquis fieri iubet ipse dicitur operari: ut ille ædificauit domum, aut ille codicem fecit, cum nec ille scripserit, nec ille struxerit. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis] Ostendit quidem, non tam uerba nostra in oratione, quàm cor, mentemque perpendit: ipse enim est, qui scrutator est cordis & renum. Scimus enim, quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum] Hoc dicit, quia si imperite peccati sunt, non illis oberit, quia propositum cordis eorum sciens deus, non illis imputat, quæ aduersa postulant, sed ea adiuuat quæ danda sunt à deo amantibus: unde & dominus ait: Scit enim pater uester quid opus sit uobis antequam petatis ab eo.

His

Fides quare tam magni sit meriti. Heb. 10.

Matth. 26. Infirmitas humana ex carne est.

Spiritus dei ueluti magister docet homines.

Petimus nonnunquam quæ obsunt.

2. Cor. 12.

In oratione cor perpenditur.

Matth. 7.

C His qui secundum propositum uocati sunt sancti] Secundū quod propositum fuit saluare sola fide, quos præscierat credituros, & quos gratis uocauit ad salutem, multo magis glorificabit operantes. Quos præsciuit & prædestinauit] Hos quos præsciuit futuros deuotos sibi, ipsos elegit ad promissa præmia capessenda. Puto quod sicut non de omnibus dixit, quos prædestinauit: ita nec de omnibus dixit quos præsciuit: Non enim secundum opinionem uulgi commune putandum est, bona malaq; præsciuisse deum, sed secundum sanctæ scripturæ consuetudinē sentiendum est. Obseruet enim qui studiosus est in scripturis, sicubi inuenit scripturam dicere, quod malos præscierit deus, sicut in præsentī loco de bonis manifeste dicit: Quia quos præsciuit, prædestinauit conformes imaginis filij dei, de bonis tantum dici: ceteros uero non præscire, sed nescire dicitur deus: Nouit enim deus qui sunt eius. Ad eos autē, qui non sunt digni ut sciantur à deo, Saluator dicit: Discedite à me, quia nunquam cognouit uos, operarij iniquitatis. Non quod aliquid potest illam naturā, quæ ubiq; est, subterfugere, sed quia omne quod malum est, scientia eius, uel præsentia habetur indignum. Fortassis ab attentis lectoribus etiam hoc requiri uidebitur, cur non dixerit, conformes filij, sed conformes imaginis. Et quamuis arduum hoc uideatur & difficile, tamen uide si possimus illud dicere: Quia specialis & propria imago, quæ eam totam, atq; ex integro suscipit, & in semetipsa formabitur, ipsa Iesu anima dicenda est, quæ semper omnia uerbo, ac sapientia dei ita coaptat, ut nullo prorsus ab huius similitudine decolor habeatur: ita ut quicunq; summam perfectionis ac beatitudinis consecratur, ad illius imaginem ac similitudinē tendat, quæ primo loco, & super omnes ceteros filij dei imago est: ita ut sit ipse primogenitus in multis fratribus, in his uidelicet, quorū conformatione imaginis filij dei primatum tenet. Similes ei erimus, id est, deo, sed tantummodo filio, qui solus in trinitate corpus accepit, in quo mortuus fuerat, & resurrexit, atq; ad suprema prouexit. Et in ista parte imago filij dei facti sumus, quia sicut ille habet, sic & nos conformes facti immortale habebimus corpus, non patris imaginis ac spiritus sancti. Vt sit primogenitus in multis fratribus] Recte primogenitus, qui ante creaturam non factus, sed natus est. Est & primogenitus in regeneratione spiritus: est primogenitus ex mortuis, cuius natura mori ignorat: Est primogenitus, post uictoriā ascendens in caelos: primogenitus igitur in omnibus frater noster dicitur, quoniam homo dignatus est nasci: dominus uero, quia dominus noster est. Quos autē prædestinauit, hos & uocauit] Quos præsciuit credituros, hos uocauit. Vocatio autē uolētes colligit. Ergo uocantur per prædicationē ut credant: credentes iustificantur per baptismū, glorificantur in uirtutibus gratiarū, siue in resurrectione futura. Aliud est præscire, aliud prædestinare. Præscientia itaq; gerenda præno- scit, postmodū prædestinatio retribuēda describit. Illa præuidet merita, hæc prædestinat præmia. At aduersum eos, qui nobis huiusmodi suscitant quæstiones, etiam hoc possumus dicere: Si quos præsciuit, illos & prædestinauit: non autē omnes prædestinauit, ergo non omnes præsciuit, & secundum eos erunt aliqua quæ ignorat deus. Si uero prænoscere, & secundum hoc accipiatur quod prædiximus, hoc est in affectum recipere, sibiq; sociare, uerum erit, quod sicut non omnes prædestinati, ita neque omnes præcognouit: sic enim & Iesus dicitur non cognouisse peccatum, hoc est qui nescierit homicidium, uel adulteriū, & his similia. An neq; adhæsit ei peccatum, sicut scriptum est: Qui seruet mandatum, non cognoscerit uerbum malum, hoc est, non recipiet uerbum malum. Illos

Prædestinatio

Nescire deum

Matth. 7.

Imago filij dei

in nobis.

Primogenitus

Vocationes

per prædicationem

fiunt

Euangelij.

Præscire.

Prædestinare

A illos uocauit. Vocare est cogitantem de fide adiuuare, aut compungere eum quem sciat adiuuare. Quid ergo dicemus ad hæc?] Hoc est beneficia quæ prædicta sunt. Deus quomodo pro nobis sit, manifestum est ex his, quæ supra exposuit, id est quod spiritus dei habitat in nobis, & quod spiritus Christi, uel Christus in nobis est, quod spiritus eius, qui suscitauit Christum à mortuis habitat in nobis. Vel spiritu dei agimur. Vel qd spiritum adoptionis accepimus. Vel qd sumus filij dei & hæredes, & cohæredes Christi: Vel primitias spiritus accepim⁹: uel qd nobis oīa cooperatur in bonū diligentibus deum: Vel quod secundum propositum uocati sunt, & præcogniti, & prædestinati, & sanctificati, & glorificati. Horum omnium memoriam faciens, & simul omnia repetens, ait: Quid ergo dicemus ad hæc? hoc est ad hæc omnia quæ supra diximus, quia si sic deus pro nobis est, ut hæc nobis cuncta concesserit, quis esse aduersum nos poterit? Non quo omnino neminē nobis dicat aduersum, alioquin quomodo stabit quod dictum à Petro: Aduersarius uester diabolus sicut leo rugiens circuit, quærens quem transdeoret. Sed hoc est quod ostendit, quia deo agente pro nobis, contemptibilis & nullus efficitur aduersarius uester, dicente Dauid: Dominus inluminatio mea, & salus mea quem timebo? Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum] Pro omnibus ergo tradidit eum, non solum pro sanctis: non solū pro magnis, sed pro minimis omnino, qui sunt in ecclesia. Tradidit filiū propriū pater, & ideo etiam si minorum aliquem & infirmorum lædat quis, percutiens infirmam conscientiam, in Christum peccare dicitur, quoniam quidem scandalizet animam, pro qua Christus mortuus est. Quomodo non per illum omnia nobis donauit?] Quid potest habere charius quod nobis neget, qui filium suum non negauit? Quis accusabit aduersus electos dei?] Multa sunt in scripturis, quæ nisi proprio modo enuntientur, in contrariam recedunt sententiā, sicuti est: Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat] Quod si quasi confirmatiue obseruato genere pronuntiationis suæ dicatur, magna peruersitas oritur. Sic ergo pronuntiandum est, ac si diceret: Deus ne est, & subauditur, non utiq; sed iustificat. Quos ergo deus elegit credentes, ac signis & uirtutibus iustos ostendit, quis de pristinis audebit accusare delictis: uel pro contemptu legalium mandatorum? Videtur mihi quod ait: Quis accusabit aduersus electos dei? de diabolo dicere: nullus enim electus, & ita magnus, quem ille non audeat accusare, nisi illum solum, qui peccatum non fecit, qui & dicebat: Nunc uenit princeps mundi, & in me nihil inuenit. Sed diligentius intueri, quod non dixit Apostolus: Quis accusabit aduersum uocatos, sed aduersum electos: nisi enim fueris electus, & in omnibus te probabilem exhibueris deo, habebis accusatorem. Si enim causa tua mala est, quid tibi proderit aduocatus, etiam si Iesus sit qui interpellat? Iesus enim ueritas est, non potest ergo pro te ueritas fallere. Deus qui iustificat, hoc in Esaia Propheta est, quod hic quasi suum ponit, quia omnino est alius, qui quidē nos arguet, ne forte nos ipse deus accuset, sed non potest quos iustificat accusare simul. Iesus autem Christus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui etiam interpellat pro nobis] Vt cum ipso simus ubi ipse est. Solent Ariani ex interpellationis causa mouere calumniam, dicentes: Quod qui interpellatur, interpellante sit maior. Quibus respondendū est, deum obliuionem non pati, ut cum illis moueatur semper quos elegit. Sed hoc est interpellare eum, dum semper patri hominem quem suscepit, quasi nostrum pignus ostendit & offert, ut uerus pontifex

Deum pro nobis esse.

1. Pet. 5.

Psal. 26.

Enuntiatio uariat sensum scripturæ.

Ioan. 12.

Ariani ex interpellatione calumniam struunt.

Interpellare quid sit.

C „ pontifex & æternus. Quis ergo nos separabit à charitate dei?] Post tanta
 præclara beneficia uel promissa, quæ poterit tam grauis esse pressura, quæ nos
 ab eius charitate diuellat? Tribulatio?] Id est, omnis malorum perpetratio.
 „ Angustia?] Carceris. Periculum?] Maris, sicut scriptum est in Psal-
 mo uidelicet quadragesimo tertio: Quia propter te mortificamur, hoc est, non
 propter aliud crimen, sed propter eum qui dixit: Beati estis cum uos persecun-
 tur &c. Tota die: Non enim sufficit mihi una hora mori pro Christo, uel crucia-
 „ ri, sed tota die, hoc est, omni uita meæ tempore, & ideo: In his omnibus in-
 „ quit, superamus] Non nostra uirtute, sed propter eum qui nos dilexit, sed in
 „ his omnibus superamus, hoc est has tribulationes pro nihilo ducimus. Qui
 „ nos dilexit] Etiam ut moreretur pro nobis, & quando pro eius nomine mo-
 „ rimur, tunc maxime triumphamus. Confido em̄ quod neq; mors, neq; uita,
 „ neq; angeli, neque principatus &c.] Pro certo confido, quia nec si mihi quis
 „ mortem minetur, nec si uitam promittat, nec si se angelum dicat à domino de-
 „ stinatum, nec si se angelorum principem mentiatur, nec si in præfenti honorẽ
 „ conferat, nec si polliceatur gloriam futurorum, neque si uirtutes operetur, nec
 „ si cœlum promittat, & in inferno deterreat, uel profunditatem scientiæ suade-
 „ re conetur, unquam nos poterit à Christi secernere charitate. Neque creatu-
 „ ra alia] Omnem penè creaturam nominauit, & non fuit hic contentus, nisi
 „ adderet etiam si sit alia creatura, nec ipsa poterit separare. Nimirum hyperbo-
 „ lice hoc dicit Apostolus, hoc est, non solum per ea quæ accidere possunt, sed
 „ nec per ea quidem quæ euenire omnino non possunt, ullo pacto à dei charita-
 „ te deflectemus; uerbi causa: Ut si alia nobis daretur uita, quam hæc, quæ à deo
 „ data est, aut si futurorum spes alia nobis promitteretur, uel altitudo, uel etiam
 „ creatura, quæ pro nobis congemiscit, quod fieri utique non potest, nec hæc
 „ quidem à charitate dei separare nos possunt. Cum pro his, inquit, omnibus
 „ beneficijs, quæ consecuti sumus, fixi & radicati sumus in charitate dei, quis
 „ nos ab ea poterit separare? Tribulatio si uenerit; In tribulatione dilatasti me.
 „ Angustia si fuerit mundi, & ex necessitate corporis ueniens, sapientiæ dei &
 „ scientiæ latitudinẽ requiramus, in qua nos angustare non potest mundus; Fa-
 „ mes si adfuerit, turbare me non potest: habeo enim panem qui de cœlo descen-
 „ dit, & reficit esurientes animas, nec aliquando potest panis iste deficere: est
 „ enim perfectus & æternus; Et nuditas non me confundit, indutus sum enim
 „ dominum nostrum Iesum Christum, & habitaculum nostrum quod de cœlo
 „ est semper indui spero. Oportet enim mortale hoc induere immortalitatem.
 „ Periculum non timebo; Dominus enim inluminatio mea, & salus mea, quem
 „ timebo? Gladius terrenus terrere me non potest: habeo enim meum gladiũ
 „ spiritus, quod est uerbum dei, qui est penetrabilior omni gladio ancipiti: Si
 „ ergo gladius mundi uenerit super ceruices meas, maiorem mihi conciliat cha-
 „ ritatem. Dicam nanque ad eum, sicut scriptum est: Propter te mortificamur
 „ tota die: dum enim illius amore pendimus pœnas, sensum doloris non reci-
 „ pimus: illius enim charitas, qua nos dilexit, & nostrum ad se rapit affectum,
 „ cruciatum corporis & dolorem sentire nos non facit: Ideo ergo in his omni-
 „ bus superamus. Item: Neque creatura alia, Quod ita potest intelligi, quan-
 „ do quidem sciebat Apostolus, multas & innumerabiles creaturas dei, quarũ
 „ etiam ipse non omnem, sed ex parte ceperit scientiam, quarumq; non solum
 „ species, sed & nomina in præfenti seculo ignorarentur. Confido em̄] Con-
 „ fidentia est enim hæc de sponsione Christi, quia promissit in tribulatione adiu-
 „ uare se

A uare se, dedicatam sibi fidem: Neque angelus, hoc est, nec si se angelus nobis
 ostendat ad seducendos nos, subornatus fallacijs patris sui diaboli, præualere
 debet aduersum nos: Neque si uirtus ab aliquo facta fiet, sicut dicitur à Si-
 „ mone Mago in aere uolasse: Nec si in altitudine se nobis ostendat, de qua
 „ dicit Apostolus: An ignoratis altitudinem Satanæ: à iuuatione nos domini
 „ Iesu debet auferre: Neque si per phantasiã profundam, qua seducere medi-
 „ tatur, nobis ostendet horrorem mirandum. Neque si futura nobis spondeat,
 „ quæ promissit Eux, assensum dabimus illi: Nec si arte & subtilitate astutiæ suæ
 „ aliam creaturam adiungat adorare, sicut iunxerunt Iamnes, & Mambres
 „ palam Pharaone, conueniens est ut per hæc à deo creatore nos euocet, quem
 „ ignorauimus creaturam condidisse in æternum existentem. Quibusdam ui-
 „ detur aliam creaturam de idolis dictum, sed non est uerum, quia hanc debuit
 „ significare, quam sub admiratione seductionis uidetur fingere Satanus.

CAPVT IX.

Veritatem dico in Christo Iesu] Contra Iudæos acturus,
 primum illis satisfacit, non se odij causa hæc dicere, sed amoris,
 ed quod doleat illos Christo non credere, ad quos primum sal-
 uandos aduenerit. Videamus quare dixerit, Veritatem in
 „ Christo, quasi ostendens esse aliquam ueritatem, quæ non sit
 „ in Christo: & uide, si possumus tali modo ueritatem quæ in
 „ Christo est, ab ea quæ non est in Christo distinguere: Veritas ergo Christi esse
 „ credenda est, ubi & reliquæ uirtutes, quæ Christus esse describit, id est, ubi iusti-
 „ tia, ubi pax, ubi est uerbum dei, ubi est & ueritas Christi. Est autem ueritas &
 „ iniusta, ut si uerbi causa dicamus: dæmonium illud Pithonis, quod in Actibus
 „ Apostolorum refertur, in ancilla quadam habitasse, & clamasse ad Apo-
 „ los, quod hi serui dei summi sunt, qui adnuntiant hominibus uiam dei. Erat
 „ ueritas in his uerbis, uerum enim erat quod dicebatur, sed non erat ista ueritas
 „ in Christo, & propterea conuersus ad eam Paulus dixit: Obmutescite, & exi ab
 „ ea. Et ideo Apostolus ad distinctionem ueritatis eius, quæ extra Christum
 „ est, in Christo loquitur ueritatem. Sed & hoc quod dicit: Testimoni-
 „ um mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto] Similem mi-
 „ hi uidetur habere intelligentiam: reddit enim testimonium conscientia etiam
 „ Gentibus, secundum quod in superioribus idem Apostolus ait: Testimoni-
 „ um reddente eis. Nam non potest dici, quod in malis actibus in spiritu sancto
 „ conscientia testimonium reddat, ubi cogitationes inter se inuicem sunt accu-
 „ santes. In Apostolo uero ubi cogitatio iam non habet quod accuset, recte con-
 „ scientia in spiritu sancto testimonium reddit. Quoniam tristitia mihi est,
 „ & continuus dolor cordi meo] Esto habeas tristitiam, esto dolorem ca-
 „ pias de perditione fratrum tuorum, qui sunt cognati secundum carnem, nun-
 „ quid eousque, ut optes anathema fieri à Christo? Et quid tibi prodest illorum
 „ salus, si tua salute separaberis? & quod saluaueris alios, si ipse pereas? Non in-
 „ quit ita est, sed ego à magistro & domino meo, quia qui uult animam suam
 „ saluam facere, perdet eam: Ideo & mihi uidetur ille hæc omnia præmisisse,
 „ quod nulla possint à dei charitate diuellere, ut cum se offert anathema pro fra-
 „ tribus suis, non lapsum eius passibilem iudices, sed sicut ille qui inseparabilis
 „ h 2 à patre

C à patre est per naturam, & immortalis in mortem uenit, & ad inferna descendit, ita & iste imitando magistrum cum separari à Christi charitate non possit, à Christo anathema fiat pro fratribus suis, deuotione utique non præuaricatione. Hieronymus in libro quæstionum ad Algasiam * : Optabam enim anathema esse pro fratribus meis. Cerne Apostolum, quantæ charitatis in Christo sit, ut pro illo cupiat mori, & solus perire, dummodo in illum credat omne hominū genus; perire etiā non in perpetuū, sed impræsentiarum. Vult ergo Apostolus perire in carne, ut alij saluentur in spiritu; suum sanguinem fundere, ut multorum animæ conferuentur. Optabam inquit, non opto, qui scit fieri non posse effectum, tamen dilectionem circa genus humanum ostendit. Qui sunt cognati secundum carnem] Qui propinquos & fratres appellat secundum carnem, in spiritu à se ostendit alienos. Quorum adoptio est filiorum] Quæ significantius græce dicitur *νόστρον*, de quibus quondam dominus loquebatur: Primogenitus meus Israël, Adoptati etenim sunt filij Israël à deo tūc, cū diuideret excelsus Gentes, & dispergeret filios Adā secundū numerū + angelorū, & facta est portio domini Iacob fuit *Deu. 32.* cul⁹ hæreditatis eis Israël. Adiecit adhuc ut & alios pro his dolere faciat, dicēs: Et gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa] De gloria data legis sæpe iam dictum est, sicut & ipse Apostolus dicit: Si enim quod euacuatur per gloriam est, hoc est uetus testamentum, multo magis quod manet in gloria est, Euangelij scilicet prædicatio. Sed quod dicit, testamentum & legislatio, unum fortasse dicere non nullis uidetur: Lex enim quæ data est, ipsa etiā testamentū appellat. Sed ego hanc esse distinctionem puto, quod legislatio quidem una fuerit, & semel habita per Moysen. Testamenta uero frequenter statuta sunt; quoties enim peccauerunt & abiecti sunt, toties exhereditati uidentur. Et rursus quoties repropitiatus dicitur deus, reuocauit eos in hæreditatem suæ possessionis, toties reparasse testamenta, & hæredes eos scripsisse credendus est. Obsequiū, sacerdotalia dicuntur officia, Promissiones, quæ patribus factæ sunt, & separatim dandæ his qui per fidem filij dicuntur Abraham. Quorum patres ex quibus est Christus secundum carnem] Hoc est, Abraham, Isaac, Iacob, & cæteri. Qui est super omnia deus benedictus in secula] Super omnia, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Hæc sunt omnia super quæ dixit deus, Christus est: nulla aut discretio est, quia qui adorat filium, adorat & patrem; & qui seruit patri, seruit & filio. Non enim excidit uerbum dei] Apostolus hanc sententiā profert de reprobatione Iudæorum, & de electione Gentium in fidem secus Iudæos, quod plangit Apostolus dicens: Quoniā tristitia est mihi. Hic etiā incipit ratiocinari, quare alto & iusto iudicio dei repulsis Iudæis, Gentes sint intromissæ; quia superius dixerat dolere se, quod genus Israël proprio uitio excluderetur à regno, quorum hæc omnia fuerant: Hic ostendit illos qui non crediderunt, non esse filios Abraham, ne omnibus Iudæis præiudicare putaretur, & obijceretur illi: nunquid ergo deus mentitus est Abraham? Nec em̄ omnes qui sunt ex Israël, hij sunt Israëlita] Hoc est quod uult intelligi, non ideo dignos posse omnes esse, quia filij sunt Abraham; Sed illos esse dignos, qui filij promissionis sunt, id est, quos scit deus promissionē suam suscepturos, siue ex Iudæis, siue ex Gentibus: Hi em̄ digni sunt dici Israëlita, id est, uidentes deū. Nam de Isaac utique omnes hij filij sunt Abraham, quia omnis propago generis Iudæorū ex Abraham per Isaac est: Sed quia sicut dixi

Optabam.

† Filiorum Israel.

Deu. 32.

Legislatio. Testamentum.

D

Obsequium.

Philip. 2.

Veri Israëlita

A dixi, hij sunt uere filij Abraham, qui promissionem sequuntur, quæ in Isaac facta est. Ac per hoc reliqui filij non sunt dicendi Abraham: Abraham enim credens, Isaac accepit propter fidem, quia credidit deo, in quo mysterium futuræ fidei designatum est: ut illi essent fratres Isaac, qui eandem fidem haberent, in qua Isaac natus est: quia Isaac typum habuit Saluatoris. Natus est ex reprobatione, ut qui credidit Christum Iesum promissum Abraham, hic filius sit Abraham, frater uero Isaac. Sed in Isaac uocabitur tibi semen] In Isaac solo uocati sunt etiam tunc filij Abraham, non etiam in Ismahel, cum & ipse ex eius stirpe descendat: Ismaël enim secundū usum carnalē natus est ex ancilla, Isaac uero super naturā ex senibus, ex repromissione dei est generatus. Ita nūc Christianos promissio facit filios Abraham, qui meruit fide ut pater sit plurimarum gentium. Promissionis enim uerbum hoc est] Proposuit ergo Apostolus persequi, quia licet repudiatum sit populus Israël per infidelitatem, non tamen promissiones dei, quæ erga eos habitæ fuerant, decident, & frustratæ sint: docetq; quia cum multi fuerint filij Abraham, in solo Isaac sit facta promissio. Non enim, inquit, qui filij carnis, hi sunt filij] Contendit ostendere, quomodo Isaac non sit filius carnis, sed sit filius dei, et redit ad ea quæ de ipso in Genesi scripta sunt. Promissionis, inquit, uerbum hoc est: Ad hoc tempus ueniam, & erit Saræ filius] Non ergo, inquit, per ordinem natiuitatis carnalis Isaac nascitur: Quippe cum & Abraham emortui iam corporis haberetur, & uulua Saræ emortua esset, sicut supra dictum est, sed per uirtutem eius qui dixit: Ad hoc tempus ueniam, & erit Saræ filius. Merito ergo non carnis, sed filius dicitur, qui ex aduentu & sermone nascitur dei. Hæc ergo inquit ratio, non solum de Isaac, sed & de Iacob recipienda est: Nam & Rebecca, inquit, non secundum carnalis natiuitatis ordinem protulit partum. Cum enim ex uno concubitu Isaac geminos concepisset, nondum partu edito, neque ullis actibus puerorum bonis, malis uero inter homines habitis sunt, erga Iacob diuina habetur electio, & dicitur, quia maior seruiet minori; Iacob dilexi, Esau autē odio habui; Seir pilosus, Edom, sanguineus. Ad hoc tempus ueniam. In Genesi ita legitur, hæc sententiā, trium Abraham loquentium in ualle Mambræ quæ dixerunt ad eum: Vbi est Sara uxor tua? Ille respondit: In tabernaculo est. Cui dixit: Reuertens ueniam ad te tempore isto, & habebit filium Sara uxor tua, & erit Saræ filius. Hic ostendit posteriorem populum more Isaac esse promissionis, hoc est in Genesi, quod præfiguratum in Christum est, ut futurus Christus promitteretur filius Abraham, in quo promissionis uerbum impletur, ut in Christo benedicerentur omnes gentes terræ. Quando em̄ promissio facta est Abraham, in qua promissione & audiuit Abraham: Quia in semine tuo benedicentur omnes gentes terræ, Christus utique illi promissus est ex traduce Isaac, in quo hoc completum uidemus. Non solum autem illi, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri] Hoc est, non solum Isaac & Ismahel, qui quamuis uno patre, diuersa tamen matre generati sunt, non sunt unum apud deum, sed etiam Iacob & Esau, qui ex uno sunt de Rebecca nati concubitu, antequam nascerentur, apud deum fide sunt merito separati, ut propositio iam maneret. Ita ergo & nunc quos præsciuit de gentibus credituros, elegit, & ex Israël reiecit incredulos. Non tantum ergo Sara in typum dicitur generasse Isaac, sed & Rebeccam uxorem Isaac. Sed alia causa est in Isaac, alia in Iacob & Esau, quia Isaac in figura Saluatoris natus est, Iacob & Esau duorum populorū typū habent.

Isaac typū Saluatoris habuit

Ismahel.

Isaac filius dei

Gentes more Isaac promissionis sunt.

Iacob & Esau duorum populorū typū habent.

C Iacob & Esau duorum populorum habent typum, id est, credentium & non credentium. Vt ex uno sint diuersi, sint tamen unum. In singulis enim & gens significatur, ut unius generis dicantur, qui in causa fidei unum sunt, uel perfidia: unus enim significatur in multis; non per traducē carnis, sed per communem causam, quæ ex Esau & Iacob laudatur. Omnes ex eo nati, filij eius merito dicendi sunt, aut quia Esau displicuit, omnes ex eius origine reprobi sunt, cum uideamus & de Iacob traduce natos factos perfidos, & Esau fideles, & deo charos. Nam quia de Iacob multi sunt perfidi, dubium non est. Omnes enim Iudæi non credentes ex eo habent originem; & quia de Esau sunt boni & fideles, probat Iob, qui est filius Esau, quintus ab Abraham, hoc est, nepos Esau.

Iudæi perfidi ex Iacob.
Iob nepos Esau.

Ex uno concubitu habens Isaac patris nostri] Quæ intelligitur prima geminos edidisse, in eo quod quasi nouum aliquid accesserit, præterita deum interrogaret. Vt secundū electionem propositū dei maneret; non ex operibus, sed ex uocante dictū est ei; quia maior seruiet minori] Præscientia dei flagitur in his causis, quia non aliud potest euenire, quàm nouit deus futurū. Vnum elegit præscientia, & alterum spreuit; & in illo quæ elegit, propositum dei manet, quia aliud non potest euenire quàm scit, & proposuit, ut salute dignus sit. Et in illo quem spreuit, simili modo manet propositum, quod proposuit de illo, quia salute indignus erat. Sciendo enim quid unusquisq; illorū esset facturus, dixit: Ille erit dignus, qui erit minor; & qui erit maior, erit indignus salute; hoc quasi præsciens, non personarū acceptor dicit; Nam neminē damnat antequam peccet; & nullum coronat, antequam uincat. Præscientia enim diffinitum habet, qualis uniuscuiusq; futura uoluntas sit, in qua mansurus est, per quā dānatur, aut coronatur. Denique quos scit in bono mansuros, frequenter ante sunt mali; & quos malos scit permanuros, aliquoties sunt prius boni. Vnde cessat querela, quia deus personarum acceptor non est. Maior seruiet minori]

D Maiorem populū Iudæorum, minori Christiano seruiturum dicit. Aut maior, id est, Idumæus populus, seruiet minori, id est, Israëlítico populo.

Iacob dilexi, Esau autem odio habui] Quid mirum est, si Iustitia diligat innocentiam, & si respuat iniquitatem, apud quem etiam futura sunt facta? Sed requirendum, quare hoc dicatur, cum alibi scriptum sit: Non est acceptio personarum apud deum. Si quis habet duos debitores, & alteri uult dimittere debitum, ab altero exigere, cui uult donat, sed neminem fraudat. Ambo gemini natura filij iræ nascebantur; nullis quidem operibus proprijs, sed originaliter ex Adam uinculo damnationis obstricti. Sed quod dixit: Miserebor cui miserus ero] Iacob dilexit per misericordiā gratuitā, Esau autē odio habuit per iudiciū debitū. Senties autē quæadmodū hoc quod dictū est permoueret eos, qui penetrare intelligendo nō possunt hanc altitudinē gratiæ. Quid ergo dicemus: nunquid iniquitas est apud deū? Absit] Iniquitas eū uidetur, ut sine ullis honorū, malorumue operū meritis, unū deus diligat, alterū oderit. Quare, si futura opera uel bona eius, uel mala illius, quæ deus utiq; præsciebat, uellet intelligi, nequaquā diceret; nō ex opibus, sed diceret ex futuris opibus; eo q; modo istā solueret quæstionē; Moysi enim dicit: Miserebor cui miserus ero. Hoc in Exodo dictum est, quādo ad rationē uitulī, deus in populū uindicare proposuit. Hæc elocutio ita intelligenda est: Cuius iustitiam esse cognouero, cuius promptā fidem uidero, quæ præceptis meis obedire perspexero, quem meā uoluntatē facere probaui. Et misericordiam, inquit, præstabo cui miserabor] Id est, cum collatā à deo misericordiā subdita & sollicita mēte seruauerit, ampliorem

A ampliorem consequatur. Igitur non uolentis, neque currentis, sed miserentis est dei] Ex persona contradicentis sibi dicit Apostolus: Nunquid iniquitas est apud deū? & statim in initijs respondet: Absit, ut ad omnia cætera, quæ ex persona contradicentis obijcienda sunt, ab Apostolo semper responderi uideantur: Absit. Iste ergo qui contradicit, utitur Moysi uerbis, quibus dicit ad eum deus: Miserebor cuius miserus ero. Quod si ita est, inquit, non ergo uolentis, neque currentis est salus, sed eius cui miseretur deus. Nam & Pharaoni inquit deus: Quia ad hoc ipsum te suscitauī, ut ostendam in te uirtutem meam, & ut adnuntietur nomen meum in uniuersa terra] Vt ex hoc uideatur ostendi, quia si ad hoc electus est Pharaon, ut per eum uirtus dei omnibus declaretur, non fuit in sua potestate quod periret. Et addit post hæc omnia: Ergo si cui uult miseretur, & quæ uult obdurat] Hoc est, inquit, quod asseuerasti qui contradicis: quod sine causa conqueritur, & arguit homines deus. Si enim ipse quem uult eligit, & quem uult abiicit: Voluntati eius quis resistet? Per quæ omnia illud sine dubio contradictio ista molitur, quod in hoc non sit libertas arbitrij, nec habeat unusquisq; sui potestatem ut saluetur, aut peccet. Velle & currere meum est, sed ipsum meum sine dei auxilio non est meū. Non uolentis, neque currentis &c. Cum procul dubio si homo eius ætatis est ut ratione iam utatur, non possit credere, sperare, diligere, nisi uelit, neque ad palmam supernæ uocationis dei peruenire, nisi uoluntate cucurrerit. Quomodo non uolentis, neque currentis est, nisi quod ipsa uoluntas, sicut scriptū est, à domino præparatur? Et in alio loco Apostolus dicit: Deus enim, qui operatur in nobis, & uelle operari. Aloqui si propterea dictum est, non uolentis, quia ex utraque sit, id est, ex uoluntate hominis, & dei misericordia: Vt sic dictum accipiamus, non uolentis, neque currentis, tanquam diceretur, non sufficit hominis uoluntas sola, si non sit etiam misericordia dei: Non ergo sufficit sola misericordia dei, nisi sit etiam uoluntas hominis. Ac per hoc si recte dictum est: Non uolentis hominis, sed miserentis dei est, quia id uoluntas hominis sola non implet, cur non è contrario recte dicitur: Non miserentis dei, sed uoluntatis est hominis? quia id misericordia dei non implet. Porro si nullus dicere Christianus audebit: non miserentis dei est, sed uoluntatis hominis, ne Apostolo apertissime contradicat, restat ut propterea recte dictum intelligatur: non uolentis, neq; currentis, sed dei miserentis, ut totum detur deo, qui hominis uoluntatē bonā præparat ad adiuuandū, & adiuuat præparatā. Præcedit enim bona uoluntas hominis multa dei dona, sed non omnia: quæ autem non præcedit ipsa, in eis est & ipsa; Nam utrunq; legitur in sanctis eloquijs: Et misericordia eius præueniet me, & misericordia eius subsequetur me: nolentē præuenit ut uelit, uolentē subsequitur, ne frustra uelit. Cur enim admonemur orare pro inimicis nostris, utiq; uolentibus pie uiuere, nisi ut deus operetur in eis & uelle? Itē cur admonemur petere ut accipiamus? nisi ut ab illo fiat quod uolumus, à quo factum est ut uelimus? Oremus ergo pro inimicis nostris, ut misericordia eius præueniat eos, sicut præuenit nos. Oremus pro nobis, ut misericordia eius subsequatur nos. Item non uolentis, neque currentis: Nam libero arbitrio male utens homo, et se perdidit, & ipsum. Sicut enim qui se occidit, utique uiuendo se occidit, sed se occidendo non uiuit, neque seipsum poterit resuscitare cum occiderit: Ita cum libero arbitrio peccaretur, uictore peccato amissum est & liberū arbitriū; à quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est, sed ad benefaciendū ista libertas unde erit homini addicto & uedito, nisi redimat

Non uolentis esse neq; currentis quomodo intelligendū.

Voluntas humana iubnixta sit misericordia dei.

Misericordia dei præuenire hominem, & subsequi.

Orare pro inimicis.

Libertas arbitrij in Adamo amissa est.

C nisi redimat, cuius illa uox est: Si uos filius liberauerit, uere liberi eritis: Ego plantauit, Apollo rigauit, deus autem incrementum dedit. Qui uult, & qui currit, hoc uidetur esse, quod est ille qui plantat: & eum qui rigat nil esse dicit Apostolus, non quo nihil habeat, sed quo ad comparationem dei, qui incrementum operi uel effectum dat, illi nihil esse ducantur. Quia in hoc ipsum te excitauit, ut ostendat in te uirtutem meam. Hoc autem fecit deus more sapientissimi patrisfamilias, qui unicuique seruatorum suorum opera uirtutum & artibus eorum conuenientia proponit. Si quis uero inobediens & rebellis corrigi uerberibus noluerit, poena digna ei promittitur, & mors, ut ceteri serui illas poenas uideant, & terrore correpti similia committere non audeant. Sic nimirum Pharaonis decemque plagis percussus, corrigi non ualuit, donec iram iudicis emeruit, per quam suum populum emendare deus uoluit. Ponamus ergo patremfamilias istum, id est deum, uel regem uidisse tempus, quo emendari deberent hi, qui in eius mores ac disciplinam multa commiserant, & ei egisse aliquem durissimum, & his ipsis qui corripiendi sunt multo duriores, qui pro sceleribus suis iam non sit dignus emendatione, sed morte. Volens uero interitum eius ad emendationem proficere ceterorum, mittit eum ad illos, quos morte eius corrigi cupit, & dicit ei: Quia ad hoc ipsum excitauit te, ut ostenderem in te uirtutem meam: Vide enim quod non dixit, Ad ipsum te feci, ne ad conditorem referri culpa uideretur, sed ait: Ad hoc ipsum te suscitauit, ut per animi tui malitiam, quam infrenis & sine dei timore uiuendo quaesisti, & in alios irrogetur utilis ac fructuosa correctio, & in te ipsum ad posteritatis exemplum, famosissimum conferatur interitus. Cum dei misericordiam commendasset, in eo quod ait: Non uolentis, neque currentis, sed miserentis est dei: deinde, ut etiam commendaret iudicium, quoniam in quo non fit misericordia, non iniquitas fit, sed iudicium debitum: Non est quippe iniquitas apud deum, continuo subiunxit, atque ait: Dicit enim scriptura Pharaoni: Quia in hoc te excitauit. Quibus dictis utraque concludens, id est, ad misericordiam, & ad iudicium. Ergo inquit curius uult miseretur, & quem uult obdurat. Miseretur scilicet magna bonitate, & obdurat nulla iniquitate, ut neque liberatus de suis meritis gloriatur, neque damnatus nisi de suis meritis conqueratur: sola enim gratia redemptos discernit a perditis, quos in una perditionis concreauerat massam, ab origine ducta causa communi. Ergo per misericordiam, cui uult miseretur, & per iudicium, quem uult obdurat, nec tamen inique aliquid facit. Vis scire, quia diuina moderatio in Pharaone causam induratae mentis operatur: Id est, ipse Pharaon decem plagis positus cum percuteretur, mitigabatur; cum relaxaretur, ingrauibatur, ac impium diuina seueritas inclinabat, bonitas obdurabat: Castigante deo populum, dimittebat, parcente reuocabat. Perspicue quomodo rebellem spiritum caelestis lenitas obdurat, accedentibus mitescit flagellis, recedentibus insolenscit. Dei patientia induratus est Pharaon, cessante enim plaga dei durior fiebat: & quamuis sciret eum non conuerti, tamen etiam in ipso suam clementiam uoluit demonstrare. Et ut adnuntiaretur nomen meum in uniuersa terra. Ut in hoc ceterae Gentes addiscerent, non esse alium deum praeter hunc, qui Iudaeorum erat: Ad hoc ergo seruatus est Pharaon, ut multa signa, & plagae ostenderentur in illo, quasi iam mortuo: suscitatus autem dicit ei, quia cum apud deum mortuus esset, modicum tempus accepit ut uiuere uideretur. Quid igitur queritur adhuc? Tanquam propterea non uideatur esse malus culpandus, quia deus cui uult miseretur, & quem uult obdurat. O homo tu quis es, qui respondeas

Plantatorem
rigantem nihil
esse.

D

Obdurare.

Impij bonitate
dei exacerbatur.

A respondeas deo? Hoc loco quidam stulti putant Apostolum in responsione de fecisse, & inopia reddenda rationis repressisse audaciam contradictoris. Sed magnam habet pondus quod dictum est: O homo tu quis es &c. Et ut in talibus quaestionibus ad suae capacitatis considerationem reuocaret hominem; uerbo quidem sed re ipsa magna conreditio rationis: Si enim haec non capit, quis est qui respondeat deo? Si capit, magis non inuenit quod respondeat. Vider enim uniuersum genus humanum tam iusto iudicio diuino quam in apostatica radice damnatum, ut etiam si nullus inde liberaretur, nemo recte posset dei uituperare iustitiam. Et qui liberantur, sic oportuisse liberari, ut ex pluribus non liberatis, atque damnatione iustissima derelictis, ostenderetur quid meruisset uniuersa conspersio, quod etiam iustos debitum iudicium dei damnaret, nisi in eius debitum misericordia subueniret, ut uolentium de suis meritis gloriari, omne os obstruatur: & qui gloriatur, in domino gloriatur. Nec Apostolus hoc loco sanctos prohibuit a quaerendo, sed eos qui nondum sunt in charitate radicati & fundati, ut possint comprehendere cum omnibus sanctis latitudinem, longitudinem, altitudinem, & profundum, quae in eodem loco exequitur. Non ergo prohibuit a quaerendo qui dicit: Spirituales autem omnia iudicat, ipse autem a nemine iudicatur. Quos ergo prohibuit, nisi luteos, atque terrenos, qui nondum intrinsecus generati atque nutriti, imaginem illius hominis portant, qui primus factus est de terra terrenus: Talibus dicit Apostolus: O homo tu quis es qui respondeas deo? nunquid dicit figmentum ei qui se fingit, quare sic me fecisti? Quamdiu ergo figmentum es, nondum perfectus filius: quia nondum hausti plenissimam gratiam, qua nobis data est potestas filios dei fieri, qua possis audire: Iam non dicam uos seruos. Tu quis es qui respondeas, & uelis nosse dei filium? Legimus & in Euangelio eos qui proterue & infideliter inquirebant a domino, in qua potestate haec faceret, & quis ei dedisset potestatem hanc: responsione quidem indignos habitos. Similiter quoque et in praesenti loco, motum uidemus Apostolum, & aduersum insolentes quaestiones per ea quae respondit proponentis contumaciam confundisse: O homo tu quis es qui respondeas deo? Certe hoc est homo apud deum, quod apud figulum lutum: & sicut seruus nequam, si forte uidebit domino fieri debere aliquod opus, quod & rationis & utilitatis plenum sit, ille autem operari nolens ea quae is iubet, discutere incipiat, & regere a domino, ut quid hoc opus fieri iubes? cui prodest? ubi necessarium est? Contumaci seruo quae erit tam digna responsio, nisi ut dicatur ei: tu quis es qui respondeas deo? ita placet, ita domino uidetur. Si fidelis seruus & prudens interroget, uolens intelligere & mirari sapientiam domini, quod dicatur ei: Tu quis es? Denique cum Daniel Propheta uoluntatem desiderasset agnoscere: unde & uir desideriorum appellatus est, non est ei dictum tu quis es? sed missus est angelus, qui eum de omnibus dei dispensationibus & iudiciis edoceret: Et nos si aliquid de secretis dei & reconditis desideramus agnoscere, desideriorum & non contentionum uiri sumus, occultius in diuinis literis inserta dei iudicia fideliter & humiliter requiramus: propterea namque & Dominus dicebat: Scrutamini scripturas. Legentem haec meminisse conuenit attentius similitudinis illius, quia in superioribus libris apostolici sermonis dispensatione posuimus: ut tanquam regiae cuiusdam domus, quae multiplicibus sit ingressibus egressibusque distincta, & ex uno in aliud conclaue ita transeat, ut uix ingredientis iudicia, aut egredientis appareant. Ita etiam Paulum diuinorum secreta paululum quidem subaperientem uideri, non tamen plane apertam

Qui prohibetur
autur quaerere
mysteria.

Ioan. 1.
Tu quis es?
Matth. 21.

Dan. 9.

Desideriorum
uiri.
Ioan. 5.

A pandentem. Deniq; cū pro his quæ superius dixerat de Isaac, & de Iacob, qd̄ per electionem exposito dei antequam aliquid operis boni malū gessissent deus dixerit, uel de illo: Ad hoc tempus ueniam, & erit Sara filius. Vel de hoc: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Cum in præsentī aut̄ capitulo introduxisset aliquam personam, uelut contradicentem sibi, & quæstiones mouentem, & diceret: Nunquid iniquitas est apud deum? & si non uolentis neq; currentis, sed miserentis dei est: Et si Pharaonem propterea elegit, ut in ipso potentia suæ uirtutis ostenderet; & si ipse cuius uult miseretur, & quem uult indurat: Vt quid de omnibus, inquit, queritur, & cur qui peccat culpatur? cum talis de uno quoq; ipsius uoluntas habeatur: Hæc ergo & his similia cōmouenti, atq; in huiusce mysterij cubiculum proteruius & importunius ingerenti, cum increpatione dignissimæ exclamationis occurrit: O homo tu quis es, qui contra respondes deo? quasi diceret, tu quis es, qui te in aulam regis immergis, & interi-
 oris cubiculi ausus es secreta penetrare? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic?] Hoc de Esaiâ Propheta est, quod hic proprium quasi ponit, per quod ostendit, contra autorem opus eius non posse, in potestate enim autoris est, qualem uelit condere creaturam. Quid sibi uult homo de hac massa perditionis, ut deo respondeat, & dicat: Quare sic me fecisti? si uis ita cognoscere, noli esse lutum, sed efficere filius dei per illius misericordiam, qui dedit potestatem filios dei fieri, credentibus in nomine eius: non aut̄ ut tu cupis, antequam credant diuina nosse cupientibus. Aliud quidem uas in honore, aliud in contumeliâ] De Pharaone facile respondetur, prioribus meritis, quibus afflixit in regno suo peregrinos, dignū effectum cui obduretur cor, ut nec manifestissimis signis iubentis dei cederet. Ex eadem enim massa]
B Id est, peccatorum & misericordiæ uasa protulit, quibus subueniret cum depre-
 carentur filij Israël. Et uasa iræ] Quorum supplicio illos erudiret, id est Pharaonem & populum eius, qui quamuis essent utriq; peccatores, & propterea ad unam massam pertinerent: aliter tamen tractandi erant, qui unī deo ingemuerant, ut eis subueniret: aliter illi, quorum iniustis oneribus ingemuerant.
 Quod si uolens deus ostendere iram, & notam facere potentiam suam]
 Quia illum diu sustinuit blasphemantem, & duris operibus suum populum affligentē, præterquā quod innoxiam ætatem paruulorū crudeliter iusserat encari. Vasa autem misericordiæ Israëlitas dicit, qui digni erant misericordia, quia & minora admiserant, & grauius fuerant afflicti. Sæpe de incompositis elocutionibus Apostoli, defectibusq; earum commonuimus, quod in præsentī loco nihilominus inuenitur: non enim redditur ad aliquid hoc quod ait in principio capituli, qd̄ si uolens deus, uerbi causa, ut in alijs ipse dixit: Quod si primitiæ, sancta est & massa. Nihil motale reddit, sed quasi uagam conjunctionem istam reliquit, quæ etiam si non assumatur, lucidior absq; ea dabit̄ intellectus. Verbi causa, ut ita legamus: Volens deus ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia uasa iræ, in perditionem apta, ut notitas faceret diuitias gloriæ suæ in uasis misericordiæ. In quo uidetur intelligi, quia dum sustinet deus, & patienter fert incredulos & infideles, notam facit hominibus & patientiam & potentiam suam. Patientiam, dum diu sustinet si forte resipiscant, & conuertantur: Potentiam, dum aliquando punit. Etrursus in uasis misericordiæ, hoc est qui semetipsos emūdauerūt, notas facit diuitias gloriæ: quæ uasa non irrationabili aliqua, aut fortuita gratia, sed quoniā à peccati sordibus se expurgauerant præparauit in gloriam. Notam, ergo facit deus potentiam

Quare me sic fecisti
Esai. 45.
Quare me sic fecisti
Esai. 45.
Vasa misericordiæ
Vasa iræ tolerantur ad illustrandam potentiam dei.

A potentiam suam, dum impios castigat & corripit, ut secundū scripturæ sententiam: dum flagellatur pestilens, innocens astutior fiat. Quidam uero à superioribus repetunt: O homo tu quis es, qui respondeas deo? quod si uolens deus ostendere iram etc. Patientia & longanimitas est dei, quæ sicut malos præparat ad interitum, ita & bonos præparat ad coronam: Diuitiæ autem gloriæ sunt, dignitas multiplex præparata credentibus. Eo ipso quod ait: In multa patientia, satis significauit priora eorum peccata, in quibus eos pertulit, ut oportune tunc uindicaret, quando de illorum uindicta subuenienda erat: his qui liberantur innotescunt diuitiæ dei, cum erga eos, qui inter homines spernuntur, & humiles sunt, misericordia eius ostenditur, quod non in diuitijs suis, nec in potentia sua, sed in domino sperant; sicut & tunc Hebræorum gens dispersa inter homines & abiecta, à deo misericordiam consecuta est. Ita ergo etiam populus gentium qui spernebatur & desperabatur ab his qui incircumcisione gloriantur, misericordiam consecutus est. Vocabo non plebem meam, plebem meam] Apertum est de Gentibus dictum, quia prius non erat plebs dei, postea aut̄ ad obproprium Iudæorū misericordiam accipientes uocata sunt, ut in loco ubi nō uocabatur plebs dei, uocarent̄ ibi filij dei uiui: prius em̄ nusquam uocabantur filij, nisi in Iudæa, hoc est in Hierusalē, ubi domus dei erat: Vt: No-
 tus in Iudæa deus. Esaias aut̄ proclamat pro Israël] Hoc est, clamat pro his, qui credunt in Christum, hij em̄ uere Israhelitæ, sicut dicit dominus ad Nathanael: Ecce uere Israhelita, in quo dolus non est. Reliquiæ salutis fiant] Paucitatē eorum credituram esse demonstrat, prouidens de futuris Propheta uidebat qd̄ plurimi ex Israël futuri erant uasa iræ, nō credentes uitæ suæ, sed dominū maestatis crucifigentes, illi qui nō saluant̄, tanquā harena maris sunt; reliquæ uero salutis fiant, tanquā stellæ cœli sunt: utrumq; etem̄ p̄missionis, quæ ad Abrahā facta est, continet sermo: erit inquit, semen tuū sicut harena maris. Verbum em̄ consummas & breuias in æquitate] Historiæ habet hoc sensus, sicut ego uerbum abbrevio et cito diffinio, ita deus hoc omni uelocitate perficiet. In p̄phetiâ aut̄ breuiatū uerbum nouū testamentū accipitur, quia in eo omnia breuiter comprehensa sunt & clausa. Saluari hos promittit, quos reliquos dicit per uerbum quod breuiatū dominus super terrā, hoc est, per fidē, quā sublati omnib; neo-
B menijs, & sabbato, & circumcissione, & lege escarū, & oblationibus pecorū, sola fides p̄posita est ad salutē, quæ abbreviata est ex lege: quæ quæ in fide sunt habentur, dicente saluatore: De me em̄ scripsit Moyses. Siue uerbum breuiatū est totius doctrinæ, ut quod prius lex & Prophetæ cōtinebāt in latitudine præceptorū, ueniens dominus p̄nuntiaret & diceret: Diliges dominū deū ex toto corde tuo & proximū tuū sicut te ipsum; in his duobus mādatis pendet omnis lex & Prophetæ, in quo euidenter Prophetas & legē duob; his sermonib; breuiatū. Potest & breuiatū uerbum dici symboli, quod credentibus traditur, in quo totius mysterij summa paucis cōnexa sermonibus cōtinet̄. Nisi dominus sabahot reliquisset nobis semē, sicut Sodoma facti essemus &c.] Quia nō est passus paucos iustos perire, cū multitudine impiorū. Quod semen Esaias domino dicit derelictū: Illud sine dubio, quod idem Apostolus exponit in alijs, cū dicit ad Abrahā dictū: Tibi dabo terrā hanc, & semini tuo: Nō aut̄ dicit & seminib; tanquā in multis, sed semini tuo, tanq; in uno, qui est Christus. Nō aut̄ otiose Esaias semē nominauit qd̄ reliquū est: Semē nāq; dicitur, quod seminat̄ in terra, & inde resurgentē fructū plurimū totius ecclesiæ multitudines platurū, sicut ipse dominus dicit: Nisi granū frumenti in terrā ceciderit, et mortuū fuerit, fructū nō
 i 2 adfert,

Pro 19.
Patientia dei.
Diuitiæ dei circa humiles ent̄ tescunt.
Psal. 75.
Ioan. 1.
Verbum breuiatum.
Matth. 22.
Esai. 1.
Semen.
Fructus seminis.

C adfert: aut fructus huius feminis, est indulgentia peccatorum. Quid ergo dicemus? quod Gentes, quae non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam? Quomodo hic dicit, quod Gentes non sectabantur iustitiam, et comprehenderunt iustitiam? Vide ergo si hoc modo possimus respondere: Aliud est sectari: aliud est iustitiam habere. Sectari dicitur ille, qui doctrina & lectione multa assequi aliquid cupit: unde & a sectando Secta appellata sunt huiusmodi doctrinae, quae hominum traditione discuntur. Gentes ergo, quae legem tabulis uel literis scriptam non habuerunt, non dicuntur secuta esse iustitiam, habuerunt tamen iustitiam, quam lex eos naturalis edocuit: Idcirco ergo proximi fuerunt iustitiae, ei quae ex fide est, id est Christo. Israel uero sectans legem iustitiae, in lege non peruenit. Et hic locus sicut supra diximus obseruandus, in uno eodemque uersiculo, diuerse nominat legem. Certum est enim sectabatur legem iustitiae secundum literam, sed in lege non peruenit: quam legem sine dubio spiritus: Neque enim hoc diceret Apostolus, quia legem quam sectabatur, & quam tenebat, & quam habebat, in hac non peruenit. Prima iustitia est cognoscere creatorem: deinde custodire quae praecipit. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Reddit causam, quare non inuenit iustitiam, quia falso in operibus gloriati credere noluerunt. Offenderunt enim in lapide offensionis. Id est, in Christum, quia non crediderunt in eum. Ideo lapis offensionis est, quia cui uiderelicet lapidem non offendit: qui autem caecus, impingit se, quod contigit Iudaeis, quos sua malitia excecauit, ut Christum non agnoscentes crucifigerent. Sed idcirco lapis offensionis & petra scandalum praedictus est Christus: quia multi in natiuitate eius, & passione scandalum patiuntur. Ecce pono in Sion lapidem offensionis & petram scandalum. Sciendum est quod in Esaia propheta hoc testimonium scriptum sit. Copertum est in petra uel in lapide Christum esse significatum. Daniel enim propheta lapidem hunc dicit, qui abscissus a monte sine manibus, percussit & comminuit omnia regna, & repleuit omnem terram, quod euidenter de Christo dictum est. Et in lege petra, de qua fluxerant aquae, Christus est appellatus: Petra autem inquit, erat Christus. Offensio ergo posita in Sion Christus est: Sion uero altitudo est, siue ciuitas ipsa Hierusalem, quae propter notitiam dei non immerito excelsa dicta est, in qua saluator a deo patre positus praedicator, offensus factus est Iudaeis, dum se filium dei praedicat, natum de spiritu sancto ex muliere. Per corpus autem contra scandalum passi sunt, & dicebant: Nonne mater eius & fratres eius apud nos sunt: quomodo ergo hic dicit: quia de caelo descendit? Hae itaque petra scandalum est Iudaeis petra offensionis, quae petra sine dubio corpus intelligitur saluatoris, haec excisa sine manibus, propterea quod sine uiro de spiritu sancto nata est. Omnis qui credit in eum non confundetur. Non Iudaeus solus, sed omnis qui crediderit, de pristinis delictis non confundetur.

CAPVT X.



In his quae nuper exposita sunt, multis testimonijs aduersum Israel usus est Prophetarum, ita ut proferret de Esaia: Nisi dominus sabaoth reliquisset semen &c. propterea solari nunc rursus populum uoles, & per hoc inuitare ad fidem, dicit: Fratres, uoluntas quidem cordis &c. & causam, cur uoluntas sua & obsecratio pro illis apud deum habeatur ostendit. Testimonium enim, inquit perhibeo illis, quod emulatione &c. Quauis, inquit, tot & tanti sint inuoluti peccatorum suorum malis, tamen quia ineffabilis zelus, & emulatione dei est apud illos, haec me commouit causa obsecrare dominum pro ipsis, ut uel in fine aliquando perueniant ad salutem: habent enim zelum dei, sed non secundum scientiam. Et probat, quomodo non secundum

A „ cundum scientiam zelum dei habeant: Quia Ignorantes, inquit, dei iustitiam, suam iustitiam obtulerunt. Non multum ergo prodest habere zelum dei, & non habere scientiam zeli. Denique Iudaei putantes se zelo dei agere, sacrilegi extiterunt in filium dei, quia non secundum scientiam zelati sunt: Sicut Phinees filius Eleazar, qui secundum scientiam zelatus interemit Madianitam pariter & Israelitam fornicantem cumea. Poterat autem dicere & de alijs Apostolus, qui charitatem dei habent, sed non secundum scientiam: Si enim habeat quis affectum erga deum, ignoret autem quia charitas patiens est: benigna enim, non inuidens, non perperam agens, non inflata, non est ambitiosa, non quares quae sua sunt. Haec & his similia si in charitate non habeat, solo affectu diligat deum, competenter & ad ipsum dicitur, quia charitatem dei habet, sed non secundum scientiam. Similiter autem dici potest & de alio, qui fidem dei habet, sed non secundum scientiam, si ignoret quia fides dei sine operibus mortua est. Potest & de alio dici, qui castitatem habet, sed non secundum scientiam: quippe si ab hominibus laudari uult. Et alius abstinens potest dici, sed non secundum scientiam, si propterea ut hominibus appareat. Et sic per singula quaeque quae gerimus. Denique & Apostoli dicebant ad Saluatorem: auge nobis fidem: hoc est, habentes eam fidem quae non est secundum scientiam, habeamus eam fidem quae est secundum scientiam. Interim Iudaeis testimonium perhibet Paulus, quod emulationem dei, licet non secundum scientiam, tamen quia utcumque habeant causam, docet Apostolus, quae obsecratione pro illis offerret deo: Melius est enim habere zelum dei, licet non secundum scientiam, quam penitus non habere. Sed non secundum scientiam. Veteris scilicet legis, quae prophetauit quod crederet totus mundus Christo adueniente: sed non cognouerunt, quia Christus aduenit. Ignorantes iustitiam dei. Ignorantes enim hunc esse Christum, quem promiserat deus, alterum expectandum dicebant, huius iustitias suas, quas ex lege habebant, anteponentes, qui est dei iustitia in fide: iustitia enim ipse est, quia quod promiserat deus, in ipso impleuit. Finis enim legis Christus. Hoc est, perfectionem legis habet, qui credit in Christo: cum enim nullus iustificaretur ex lege, quae nemo implebat legem, nisi qui speraret in promissione Christi, fides posita est, quae cederet pro perfectione legis, ut in omnibus praetermissis fides satisficeret pro tota lege. Moyses enim scripsit. Ipse Moyses distinguit inter utramque iustitiam, fidei scilicet atque factorum, quia altera operibus, altera sola credulitate iustificet accedentem. Quonia qui fecerit ea uiuet in eis. Id est, uindictam legis effugiet, & bona terrae accipiet. Quidam ex hoc loco putant Iudaeos praesentem tantum uitam ex legis operibus meruisse, quod uerum non esse domini uerba declarant, quod de uita interrogatus aeterna, mandata legis opponit, dicens: Si uis in uita uenire serua mandata. Unde intelligimus, quod qui suo tempore legem seruauit, aeternam uitam habuit. Quae autem ex fide est iustitia, sic dicit. Id est Moyses. Ne dixeris in corde &c. Hoc est, nec de passione, neque de ascensione eius, quia a semetipso factum est, in corde tuo debeas dubitare. Quod ergo ait: ne dixeris in corde tuo, exceptis his quae media interferit, hoc est Christum deducere, uel a mortuis reducere, de Deuteronomio uideat assumptum, ubi hoc modo scriptum est: Mandatum hoc quod ego mado tibi hodie, non est superexaltatum a te, nec longe a te: non est in caelo, ut dicas: quis ascendet a nobis in caelum, et accipiet illud nobis, ut audientes faciamus illud: neque trans mare, ut dicas: quis transibit nobis mare, & accipiet illud, ut audientes faciamus illud: uerum iuxta ualde in ore tuo, & in manibus tuis, ut factas illud. Iustitiam hanc dicit esse fidei, si non dubitet de spe dei quae in Christo est, quia ideo passus est, ut expoliatis inferis, uirtute patris deuicta morte resurgens cum animabus ereptis in caelum ascenderet. Sed quid dicit scriptura? Hoc est, ut i ascendamus

Secundum scientiam zelari.

Charitatem habere secundum scientiam.

Luc. 17.

Finem legis Christum esse.

Matth. 19.

Deu. 30.

C ascendamus deducere Christū, confitendo eū nostro ore, quod est quasi cœlū nostrū, et intremus in abyssum nostri cordis, de quo oportet nos reuocare Christum, ut quod corde credimus, ore confiteamur. Hoc scriptū est in Deuteronomio, quia non est longe ab animo nostro uel ore, quod nobis dicitur ut credamus; quāuis enim oculis non uideatur, à natura tamen animorū, & loquendi ratione nō discordat quod credimus. In ipsa enim natura inserta sunt uelut semina, quæ auditu & uoluntate ex cultura fructificant testimonium creatoris, hoc est, uerbum fidei. Nullum opus dicit, sed solam fidē dandam in causam Christi.

Regula fidei. Quia si confitearis in ore tuo dñm Iesum] Quæ superius locutus est, hic illa manifestauit; hanc esse regulā fidei, credere dñm esse Iesum, & non erubescere,

quia deus illum ex mortuis deduxit in cœlū, confiteri. Quod deus illū susci-

Christus resur- taut à mortuis] Certū est quia suscitauit eū, ad iustificationē suā credit; alio qui
git in nobis. quid proderit scire me, & credere, q̄ Iesū deus suscitauit à mortuis, si in me ipso eū non habeā suscitātū? Ego si in nouitate uitæ nō ambulo, & uetustate peccādī

Esa. 45. consuetudinē non fugio, nondū mihi Christus resurrexit à mortuis. Ad hunc autē sensum ea conueniunt quæ sequuntur. Dicit enim scriptura] In Esaia.

Quia omnis qui credit in eū non erubescit] Erubescit autē omnis qui peccat, sicut & Adam peccauit, & erubuit, & abscondit se. Quia ad hūc ruborē peccatī

incurrit, credere non uidetur. Corde enim creditur ad iustitiā] Ergo si fides sufficit ad iustitiā, & confessio ad salutē, inter Iudæū & gentilem credētes nulla discretio est. Omnis qui credit non confundetur] Cum examen coeperit fieri omnium rerū in die iudicij, & omnia falsa cōmentā, uel dogmata in cōfusione deduci, tunc in Christū credētes gaudebunt: uidentes omnibus manife-

D stari, quia quod crediderunt uerū est: aspiciēt enim inter cæteros se gloriosos, & prudentes, qui æstimati fuerant contēptibiles & stulti. Illic em̄ est uera probatio, ubi & remuneratio & condemnatio. Non est enim distinctio Iudæi et

Græci] Generaliter autē confundī propter diffidentiam dicit, aut sublimari causa credulitatis, quia sine Christo apud deū nulla salus, imō pœna est. Diues

in omnes qui inuocant eū] Unus dominus omnium, & abundantiam misericordiae, & salutē habet unde largiatur: nō dixit dñm diuitē credentibus, sed inuocantibus illū; credentibus em̄ sola datur remissio peccatorū. Sequitur autē, ut

Deus diues in uocantibus. precibus deditus liberet à malo, & possit cōsequi quod promisit deus toto corde uigilantibus. Hæ sunt diuitiæ dñi, si iustitia nobis, & ueritas, & sapientia, &

Diuitie domini. sanctificatio, quod totū est Christus dñs, dominetur. Hæ em̄ sunt eius diuitiæ, utpote in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & sciētiae absconditi. Videtur mi-

Inuocationis nomen. hi grande aliquod in scripturis diuinis sub inuocationis nomine designari; nō enim de qualibuscumq̄ uiris, sed in gētibus et præcipuis scribitur, quia Enos primus coepit inuocare nomē dñi. Omnis em̄ quicumq̄ inuocauerit nomen dñi

saluus erit] Apud Iohelē prophetā hoc scriptū est: Quomodo ergo inuocabūt eū, in quē non crediderunt? Christū enim Iudæi nō crediderūt, & ideo nec inuocant eum in quem non crediderunt. In hoc autē arctissima eos conclusione

constringit. Salus, inquit, non est nisi inuocanti; nemo uero inuocat qui non credit; Ergo quia non creditis, nō inuocatis, & quia non inuocatis, non saluamini. Sed quomodo, inquit, credēt ei, quē non audierūt? Possumus sic intelligere, ipsum in carne positū, uel Apostolos eius prædicātes de eo, audire noluerunt. Potest autē & hoc intelligi, quia etiā nunc Christus semper tanq̄ uerbum & ratio unicuiq̄ loquitur in corde, & de pietate doceat, de iustitia, de castitate, de pudicitia, & de omnibus simul uirtutibus protestat, sicut & ipse dicit: Oues

Ioan. 10. meæ

meæ uocem meam audiunt. Sic deniq̄ in corde Pauli loquebatur, ita ut ille diceret: An experimentū eius quæritis qui loquitur in me Christus? Sequitur:

Quomodo autē audiet sine prædicante? In hoc magis prædicantiū sermo num Christum ostendit audiri, in quibus secundū ea quæ supra diximus, Christus loqui & docere monstratur. Quomodo autem prædicabunt nisi mittantur? Difficultas mihi quadam in hoc sermone uidetur exurgere. Si enim ita intelligamus, qd̄ propterea non prædicent, quia non mittantur, nullo autē prædicante non audiāt, non credentes enim nō inuocabunt, non inuocantes non saluabuntur, colligitur ex his, ut causa qua non sunt saluati, ad uitium redeat auctoris, qui non miserit prædicantes. Sed magis ad illum nos, qui rectior est, in intelligentiā tramitē deflectamus, et quod dixit: Quomodo autē prædicabūt nisi mittantur? sic accipiamus, quia dicat Apostolus: Nos præcones & prædicatores Christi non possumus prædicare, nec annuntiandi nobis uirtus ulla subsisteret, nisi adesset nobis ipse qui misit. Quod si prædicantibus audire non uultis, uestra iam culpa est, et si audientes non creditis, & non credentes non inuocatis, salui esse nequitis. Quia ergo missi sunt ad prædicationē, idcirco de his qui ab ipso missi sunt scriptū est: Quam speciosi sunt pedes euāgelizantiū pa-

cem, euāgelizantiū bona] Hoc Propheta dicit Naum, Pedes dicendo, ad uentū significat Apostolorū circūuentū mundum, & regnum dei prædicantiū: Aduentus enim ipsorum illuminauit homines, uisā ostendens, qua itur in pace ad deū. Aut certe pedes in hoc loco pro sensibus posuit. De his pedibus & in Euangelio Saluator ait: Sicut ego dominus & magister laui pedes uestros, & inuicem lauate pedes alterutrum: exemplū enim dedi uobis. Videamus quod sit istud exemplū, quo magistri discipulorum lauari debeant pedes, aut de qua aqua lauari. Si quis inueniat aquā uiuam, & si quis accipiat de baptismo, & aqua illa fiat in eo fons aquæ salientis in uitam æternam: ille de hac aqua doctrinæ spiritualis potest lauari pedes discipulorū, & omnes ex animo ipsorum immunditias sordesq̄ diluere. Et hoc faciēs, datū à magistro impleuit exemplū. Quæ autem bona sint quæ euāgelizant; quāuis hoc ipsum quod dicit euāgelizare, interpretatur bona annuntiare; quæ sint tamen bona quæ bonis addidit, requiramus. Vnū & uerū bonū est deus, cuius imago bonitatis est filius, & spiritus eius qui dicitur bonus: illud ergo unū, quia in deo patre, & filio, & spiritu sancto est, bona nominauit; hoc est enim quod annuntiant Euangelistæ secundū præceptū dei & Saluatoris nostri, dicentis: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Exemplū uero hoc de Esaia uidetur assumptū, sed ibi Propheta ad ipsum dñm euāgelizandi officium retulit. Ita em̄ ait: quia ego ipse qui loquebar ecce assum, quā pulchri in motibus ut pedes euāgelizantis auditū pacis, ut euāgelizantis bona. Verū mihi uidetur Paulus, quia Propheta dixerat, ut pedes euāgelizantis bona, & hoc quasi ex alterius cōparatione cōmemorasse, uelut si diceret, ita adero, ut homo qui euāgelizat pacē, & euāgelizat bonas. Sed non oēs obediunt Euāgelio] Ergo si nec illi oēs obediunt, ad quos isti missi sunt, quāto minus isti ad quos nemo est destinatus? Quis credidit auditū nostrorū? Firmauit exemplo prophético, Iudæos esse contradicētes euāgelicæ ueritatis; hunc autem numerū tangit, qui fidem non recipit, quod ponit Apostolus, quia Esaia dixerit: Domine quis credidit auditū nostrorū? Quis pro rari dictum est. Et obseruare debemus, quod sermo hic scripturis interdum pro raro, interdum pro nullo omnino ponitur. Verbi gratia; Vt cum dicitur, quis sapiens, & intelligit hæc

ubi

ubi

A meæ uocem meam audiunt. Sic deniq̄ in corde Pauli loquebatur, ita ut ille diceret: An experimentū eius quæritis qui loquitur in me Christus? Sequitur:

Quomodo autē audiet sine prædicante? In hoc magis prædicantiū sermo num Christum ostendit audiri, in quibus secundū ea quæ supra diximus, Christus loqui & docere monstratur. Quomodo autem prædicabunt nisi mittantur? Difficultas mihi quadam in hoc sermone uidetur exurgere. Si enim ita intelligamus, qd̄ propterea non prædicent, quia non mittantur, nullo autē prædicante non audiāt, non credentes enim nō inuocabunt, non inuocantes non saluabuntur, colligitur ex his, ut causa qua non sunt saluati, ad uitium redeat auctoris, qui non miserit prædicantes. Sed magis ad illum nos, qui rectior est, in intelligentiā tramitē deflectamus, et quod dixit: Quomodo autē prædicabūt nisi mittantur? sic accipiamus, quia dicat Apostolus: Nos præcones & prædicatores Christi non possumus prædicare, nec annuntiandi nobis uirtus ulla subsisteret, nisi adesset nobis ipse qui misit. Quod si prædicantibus audire non uultis, uestra iam culpa est, et si audientes non creditis, & non credentes non inuocatis, salui esse nequitis. Quia ergo missi sunt ad prædicationē, idcirco de his qui ab ipso missi sunt scriptū est: Quam speciosi sunt pedes euāgelizantiū pacem, euāgelizantiū bona] Hoc Propheta dicit Naum, Pedes dicendo, ad uentū significat Apostolorū circūuentū mundum, & regnum dei prædicantiū: Aduentus enim ipsorum illuminauit homines, uisā ostendens, qua itur in pace ad deū. Aut certe pedes in hoc loco pro sensibus posuit. De his pedibus & in Euangelio Saluator ait: Sicut ego dominus & magister laui pedes uestros, & inuicem lauate pedes alterutrum: exemplū enim dedi uobis. Videamus quod sit istud exemplū, quo magistri discipulorum lauari debeant pedes, aut de qua aqua lauari. Si quis inueniat aquā uiuam, & si quis accipiat de baptismo, & aqua illa fiat in eo fons aquæ salientis in uitam æternam: ille de hac aqua doctrinæ spiritualis potest lauari pedes discipulorū, & omnes ex animo ipsorum immunditias sordesq̄ diluere. Et hoc faciēs, datū à magistro impleuit exemplū. Quæ autem bona sint quæ euāgelizant; quāuis hoc ipsum quod dicit euāgelizare, interpretatur bona annuntiare; quæ sint tamen bona quæ bonis addidit, requiramus. Vnū & uerū bonū est deus, cuius imago bonitatis est filius, & spiritus eius qui dicitur bonus: illud ergo unū, quia in deo patre, & filio, & spiritu sancto est, bona nominauit; hoc est enim quod annuntiant Euangelistæ secundū præceptū dei & Saluatoris nostri, dicentis: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Exemplū uero hoc de Esaia uidetur assumptū, sed ibi Propheta ad ipsum dñm euāgelizandi officium retulit. Ita em̄ ait: quia ego ipse qui loquebar ecce assum, quā pulchri in motibus ut pedes euāgelizantis auditū pacis, ut euāgelizantis bona. Verū mihi uidetur Paulus, quia Propheta dixerat, ut pedes euāgelizantis bona, & hoc quasi ex alterius cōparatione cōmemorasse, uelut si diceret, ita adero, ut homo qui euāgelizat pacē, & euāgelizat bonas. Sed non oēs obediunt Euāgelio] Ergo si nec illi oēs obediunt, ad quos isti missi sunt, quāto minus isti ad quos nemo est destinatus? Quis credidit auditū nostrorū? Firmauit exemplo prophético, Iudæos esse contradicētes euāgelicæ ueritatis; hunc autem numerū tangit, qui fidem non recipit, quod ponit Apostolus, quia Esaia dixerit: Domine quis credidit auditū nostrorū? Quis pro rari dictum est. Et obseruare debemus, quod sermo hic scripturis interdum pro raro, interdum pro nullo omnino ponitur. Verbi gratia; Vt cum dicitur, quis sapiens, & intelligit hæc

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

ubi

1. Cor. 13.

Pedes euāgelizantiū.

Ioan. 13.

Que aqua lauantis pedibus idonea.

Matth. 28.

Esa. 52.

Esa. 52.

Quis

C Vbi uero dicitur: Quis ascendit in cœlum, hoc est Christum deducere; uel quis descendit in abyssum, hoc est Christum à mortuis reducere. Hic quis nullus intelligitur: Nullus enim est qui ascendit in cœlū Christū inde deducere. Nunc ergo domine quis credidit auditui nostro: quod dicit Esaias, rarum quemq; significat. Videtur tamē Esaias hæc ex persona Apostolorū prophetare, quibus creditum fuerat prædicationis officium: Nam & ipsi cum raritatē credentiū de populo Israël uiderent, dicunt ad dominū: Domine quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu est, auditus autem per uerbū dei] Quia nisi dicitur aliquid, nec audiri potest, nec credi. In omnē terram exiuit sonus eorū] Hoc de psalmo XVIII. assumitur, ubi ait: Non sunt loquelæ, nec sermones. In quo pro linguarū, & sermonū uarietate Gentes sine dubio intelliguntur, & dicitur, quia Apostolorū Christi in omnē quidem terrā sonus exierit, in fines uero orbis terræ, nō sonus, sed uerba peruenerint; quod ita intelligi potest, quia terrā imperitos quosq; & indocibiles omnes dicat, ad quos non uerba, in quibus ratio fidei commonetur, & explanatio sapientiæ, sed sonus fidei, communi & simplice prædicatione peruenerit. Finē uero orbis terræ, eruditores quosque appellauerit: Finis enim perfectionē indicat rerum. Ad hos ergo tales nō sonum uocis, sed uerba & rationē peruenisse pronuntiat; quod utiq; audientes sermonem fidei etiā perscrutari possunt. Sed dico: nunquid Israël nō cognouit? Gentes scilicet esse uocatas ad fidē. Videtur ea quæ superius dixit de Gentibus prolocutus: nunc uero, ut sibi moris est, etiā de Israël subiungit, & uult quod inexcusabilis sit Israël, testibus idoneis comprobare. Ipse, inquit, Moy ses dicit] Ex persona dei: Ego ad æmulationē uos adducam in non gentē, de Christianis sine dubio dicens, qui à deo ad æmulationē prioris populi increduli concepti & assumpti sunt. Ad æmulationē uos adducam] Quia per se iudæi in ira missi excruciantur, quando audiūt prophetas, & legē ad nos pertinere, qui Christum credimus. In gentem insipientē] Hoc est, sine lege, & nō adorantē deum uerū. Esaias autē audet & dicit] Dicit Apostolus de Esaiā quia audet & dicit: hoc indicat, quia mortē contemnens, & persecutiones quæ inferebantur, quāuis sciret sibi imminere periculū, audet tamen & prædicat uerbum dei. Et ex persona Christi dicit: Hic Israël carnalis est, hoc est, Abraham filius, sed non secundū fidem: Nam Israël uerus & spiritualis est, qui credendo uidet deum. Inuentus sum ab his, qui me non interrogabāt] Quia non deū sed dæmonia interrogabant, per augures et astrologos, atq; aruspices idolorū. Ad Israël autē quid dicit? Superiora quidē ad Gentes, sequētia uero exponit ad Israël esse referenda. Tota die expandi manus meas] Hoc est, toto tempore mirabilia uel plagas extendi: nec sic crediderunt. Certū est autē, quod gentes erant, quæ Christū nec quærere nouerant, nec de eo interrogare didicerant: inuenerunt tamen quem non quæsiuerunt, quia ipse eos quæsiuit prior. Pastor enim bonus & ouē quæ perierat requisit, & sapientia est quæ dragmā perditā quærens inuenit, iudæi autē interrogant scripturas de eo, & inueniunt quia crux eius iudæis est scandalū. Ideo dicit ad eos: Tota die expandi manus meas, hoc est cum penderet in cruce, illi non solum inuenerunt eum, sed insuper dixerunt ei: Si filius dei es descende nunc de cruce, & credimus. In exēplis autē Hebræorum non habet contradicentem, Apostolus autem secutus

Hebraica uari
ant à Græcis.

LXX. interpretū ueritatem in suis scripturis, sicut illi interpretati sunt, ponit.

CAPVT

A

CAPVT XI.

Dico igitur: Nunquid repulit deus hæreditatem suam? Quia satis illos humiliauerat, modo quasi bonus doctor consolatur eos, ne illos nimium exacerbare uideretur, non omnes, ait, repulit, nisi illos qui non crediderunt. Nam & ego Israëlita sum] Quia non idcirco expulsi sunt, quod genus sunt Israël. Non ergo repulit deus plebem suam, quam præsciuit esse credituram. Et ut hoc probaret exēplo, subiungit, dicens: Nam & ego Israëlita sum. An nescitis in Helia quid dicit scriptura? Ne uideretur paruū, quod exēplo sui non esse repulsam plebem dei docebat Apostolus, ualidiora requirit exempla, dicit: an nescitis &c. In quibus docet, quod Propheta aliquando deo repletus, cum apud deū querelam populi præuaricatoris exponeret, qui non solum prophetas occidisset, & altaria subuertisset, uerum & Heliam, qui uidebatur solus superesse ex prophetis domini, conaretur extinguere. Et ego relictus sum solus, & quæruunt animam meam] Aperta sunt hæc. Ostendit enim non solum Heliam remansisse, qui deuotus deo non adoraue- rit idola, sed multos, qui in fide dei permanserunt. Huic rei & historię cōgruit, quod multi per speluncas occultati sint, propter Achab regem Samariæ, & Iezabel uxorem eius, qui per pseudopphetas credētes dei prophetas persequebantur, & populum ad idololatriam cogebant. Sed quid dicit illi diuinū re- sponsum? Reliqui mihi septem milia uirorum, qui non curuauerunt genua ante Baal] Quid autem & ipse numerus septem milia uirorū indicet, uideamus. Septenarius numerus ad requiē pertinet: in septima enim requieuit deus. Audi ergo, quomodo Christus credentes sibi inuitat ad requiē, & dicit: Venite ad me omnes qui laboratis, & ego reficiam uos. Ad istum ergo septenariū numerum pertinet omnis, qui ueniens ad Christum deposuit onera peccati, & requiem salutis inuenit. Sic igitur & hoc tempore reliquias secundū electionem gratiæ dei saluæ factæ sunt] Reliquias dicens eos, qui ex circumcisione crediderunt, tam apostolorū quibus se quoq; annumerat, quā & cæteros, qui cū ipsis sequuti sunt fidem Christi. Quod dicit secundum electionem gratiæ dei factas esse reliquias, non mihi uidetur esse superflua lectionis adiectio: potuit enim dicere, reliquias per gratiam, & sine electione, & cum electione. Nam omnes quidem qui per fidem saluantur, per gratiam sine dubio saluantur: qui autem per electionē gratiæ saluantur, perfectiores animæ mihi uidentur ostendi. Si autem gratia, non ex operibus] Sciendum est, opera quæ Paulus repudiabat, & frequenter uituperat, non esse opera iustitiæ quæ mandantur in lege, sed ea quibus hi, qui secundum carnem legem custodiunt gloriantur, id est, uel circumcisionem, uel ritus sacrificiorum, uel obseruationem sabbatorū, & neomeniarum. Hæc & eiusmodi ergo sunt opera, ex quibus dicit neminem potuisse saluari, & de quibus in præsentī loco dicit, quia non ex operibus. &c. Alioqui gratia non est gratia] Hoc est, si ex operibus saluæ factæ sunt, non erit gratia, sed merces operis: quia à gratuito munere gratia appellatur. Quid enim? quod quærebat Israël, hoc non est consecutus? In his Apostolus Israël in duas diuisit partes: quarum unam electionem uocat, quæ consecuta sit quod quærebat: Aliam cæteros appellat, qui non solum consecuti non sunt quod quærebant, sed excæcati sunt spiritu compunctionis. Ideo autem totus Israël non est consecutus iustitiam, quia illam non ex fide quærebat, sed ex

3. Reg. 19.

Helias.

Septenarius
numerus re-
quici est.

Reliquias se-
cundum elec-
tionem.

Opera que
Paulus dānet.

Gratia dicta
quod gratuita
sit.

k folis

C solis operibus legis se iustificari putabant, cum maxima legis mandata contemnerent, unde a saluatore arguuntur: Culicem liquentes, camelum autem glutientes. Dedit illis spiritum compunctionis] Hoc est, spiritum erroris uel infidelitatis, seu inuidiæ. Oculos ut non uideant] Quæstio nobis, quomodo de bono digne dictum uideatur, quod ipse dederit oculos residuo Israel, quibus non uideat, & aures quibus non audiat: & uide ne forte hæc magis retributio sit, & merces incredulitatis, secundum ea quæ in superioribus exposuimus, ubi quia non probauerunt deum habere in notitiam, tradidit illos deus in reprobum sensum; hinc etenim oculus & auris cordis, non corporis dicitur, quibus excæcati sunt, & non audiunt, hi utique Christum uidentes in corpore, & audientes doctrinam eius, nec credere operibus quæ uidebant, nec uerbo quod audierunt obedire uoluerunt. Usque in hodiernum diem]

2. Cor. 3. Hoc est, usque conuertantur, sicut de uelamine cordis ad Corinthios dicitur. Vel; Usque in hodiernum diem, hoc est, usque ad consummationem seculi.

„ Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum] Quia in passione Christi lætati sunt pascha comedentes; hoc enim de illis prophetatur, qui saluatorem acetæ & felle potabant. Quod dicit, fiat mensa eorum in laqueum & in captionem, non habetur scriptum in Psalmo, neque in nostris Septuaginta interpretum exemplaribus, neque in Hebræorū. Sed rursus in Psalmo habetur: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum. Apostolus autem non posuit, coram ipsis. Ergo sciendum, quod autoritas Apostolica nunquam Hebræorum exemplaribus fidem facit, nec uerbis semper Interpretum seruit, sed scripturarum sensum uerbis quibus competit explicat; Omne quod appellatur uetus Testamentum mensa est Israël, in qua mensa, si quis uolebat edere uerbum dei, appositis sibi legis & Prophetarum sermonibus pascebatur. Et hanc puto esse mensam, de qua dicit Solomon: Si redieris cœnare ad mensam potentis, intelligibiliter

D intellige quæ apponuntur tibi, & mitte manum tuam, sciens quia talia te parere oportet; Omnis ergo scriptura mensa est sapientiæ. Aliter, fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, hoc impletum est, quando occisi sunt in uindictam crucis pascha manducantes, in laqueum scilicet obsidionis: Siue in laqueum mensa diuinæ scripturæ Iudæis efficitur, quando ea quæ de Christo propheta sunt, non nisi ad literam peruerse interpretantur, in captionem scilicet transmigrationis, quæ sub Tito & Vespasiano facta est. Potest autem & illa captio mensæ huius uideri, quia dominus eos cepit, cum ad eos dixit: Quid uobis uidetur de Christo? Sequitur: Et non potuerunt ei respondere uerbum. Et in retributionem] Hoc est, in mali operis uindictam; fit autem & in scandalum mensa hoc modo. Ex scripturis didicerunt Iudæi, quia Christus in æternum manet: Iesum uero uidentes in carne, & non solum in carne, sed in morte, & morte crucis, scandalizabant in eum, nescientes quia etsi passus est ex infirmitate carnis, sed uiuit ex uirtute dei. Dorsum eorum curuatum est semper] Neque enim debent ultra cœlum despiciere, qui in creatorem cœli peccauerunt; sed deorsum significat fortitudinem Iudæorū ad seruitutem redactam extraneis gentibus. Dico enim, nunquid sic offenderunt ut caderent? Id est, non ita propter improbitatem suam cæcati sunt, ut curari non possint; Sicut & zabulon legimus cecidisse, dicente Esaia Propheta: Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer: Casum apostaticum significauit: non ergo hos sic offendisse dicit, ut caderent, sed offensionis suæ causa ad tempus obtusos. Sed illorum delicto salus est Gentibus, ut illos æmulentur

Matth. 23.
Spiritus compunctio-
nis.
2. Cor. 3.
Psal. 68.
Paulus non ad dictus fuit Hebraicis exemplaribus. Mensa scripturarum.

Iudæis mensa in laqueum est uersa.
Luc. 4.
Esa. 4.

A lentur] Quomodo ex illorum delicto salus Gentibus detur ostendit, hoc est, ut conuersionem Gentium uidentes, & testamentum dei, quod ipsi prius acceperant, illis traditum, & legem & Prophetas apud eos maiore & digniore haberi obseruantia, zelum capiant etiam in nouissimis saltem temporibus. Et sicut nunc illorum lapsus salutem Gentibus dedit, ita Gentium fides & conuersatio, Israël æmulationem conuersionis & salutis conferat; usque adeo illos dilexit, ut propter salutem illorum Gentes uocaret, quo eas uidentes ad regnum dei admitti, uel sic facilius conuertantur.

„ Quod si delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ Gentium, quanto magis plenitudo eorum? Si delictum illorum tantum uobis profuit, ut sine operibus legis uos illis faceret cohæredes: & si pauci eorum credentes, omnes uos ad salutem uocauerunt, quanto magis si omnes crederent prodesse uobis poterant per doctrinam. Considera in his dei sapientiam, quomodo apud deum, ne ipsa quidem delicta & lapsus inutiliter cedunt: Sed cum unusquisque ex propositis in uoluntate, uel libertate delinquat, dispensatione diuinæ sapientiæ hoc ipsum, in quo illi damno suæ negligentia pauperes fiunt, alios diuites facit. Vobis autem dico Gentibus, quamdiu quidem ego sum Gentium Apostolus] Quamdiu in corpore fuero constitutus. Honorificabo ministerium meum] Dum exemplo meo plures eorum saluare contendo. Ostendit Gentibus, quoniam affectu diligat Iudæos: Nam ministerium suum, quod Apostolus Gentium est, honorificet, si propter affectum generis sui data opera etiam Iudæos adquirat ad fidem: honorificatio enim fit, si & illos, ad quos non missus est, lucretur ad uitam. Patribus enim in laude maxima erit, si fratres inuenierit qui perierant. Quid tam dignum, quam ut unusquisque ministerium suum, quod dei prouidentia suscepit, exornet? Exornat autem & illustrat ministerium, qui bene ministrat: sicut ex contrario dehonestat ministerium suum, & notabile facit, qui negligenter & indigne ministrat. Verbi causa, ministerio ecclesiæ Diaconus, inquit, bene ministrat, bonum sibi grande acquirit, & multam fiduciam in fide Christi Iesu: si uero non bene ministrat, hoc est, si non se talem exhibuerit, qualem describit Apostolus: Grauem, non multo uino deditum, non turpis lucri appetitorem, sed habentem ministerium fidei in conscientia pura, non iam bonum grande, sed iam malam sibi pœnam conquirat, tanquam qui contumeliam fecerit diuino ministerio, quod similiter de cæteris et omnibus ecclesiasticis gradibus intelligendum est.

„ Si quo modo ad æmulandum carnem meam prouocem] Hoc est, ut omni modo talem me exhibeam, quatenus me desiderent imitari. Si enim amissio eorum reconciliatio est mundi] Vnde Gentibus assumptio, nisi ex illorum uiuerent morte, ex Iudæis mortuis: Christus uel Apostoli uita fuerunt Gentibus, si quos inde liberauero, ad uestram proficiet uitam. Si ergo, inquit, Israël, huius Gentis abiectio reconciliationem præstitit mundo, & tanta fuit ergo Gentem istam gratia, quæ sublata ab ea, uniuersum mundum deo reconciliare sufficeret; quantum putas tunc merebit mundus, cum etiã gens ista reconciliari meruerit? & quid aliud sit, quod ex reconciliatio ne Israël mundus adquirat, breuiter ostendit, dicens: Vita ex mortuis] Tunc enim erit assumptio Israël, quando iam & mortui uitam recipient, & mundus ex corruptibili incorruptibilis fiet, & mortales immortalitate donentur

Delictum Iudæorum Gentibus prodesse.
Lapsibus non nullorum bene deus nonnumquam utitur.

Presbyteri officium.
1. Timo. 3.

Vita ex mortuis.

C donentur: Absurdum namque uideretur, si cum offensio ipsorum reconcilia-
tionem mundo donauerit, assumptio ipsorum non maius aliquid mundo &
præstantius largiretur. Quod si delibatio sancta est, & massa] Hoc

est, si qui crediderunt pauci sancti sunt, & omnes sancti, si credat. Quod unius
substantiæ est, unum est: Ideoque ostendit, non posse indignos dici ad fidem
hos, quorum iam parentes adepti sunt fidem: quia si pars Iudæorum credidit,
cur & non alia pars posse credere dicatur? Et si radix sancta est, & rami]

Immutatis uerbis eadem repetit, ut sensum commodet duobus exemplis.
Radix patriarcharum, hoc est primi & nouissimi sancti ex ipsis, Radicem uer-
ro hanc quidam Abraham, alij Seth, alij unum aliquem ex patribus po-
nunt. Ego autem radicem aliam, quæ sancta sit, & sanctas primitias nescio,

Radix sancta.

nisi dominum nostrum Iesum Christum: ipse est enim primitiæ omnium, uel
delibatio secundum id, quod alibi de eo dicitur: Qui est primogenitus omnis

Col. I. creaturæ, huic namque radici, omnis qui saluatur inseritur: & hac delibatione
sancta, omnis massa humani generis sanctificatur. Et sicut radix sancta, ma-
nentibus in se ramis sanctificatis pinguedinem præbet, dum per spiritum
suum sanctum adhærentes sibi uiuificat, uerbo excolit, sapientia floridos red-
dit, & in omnium uirtutum plenitudine adferre fructus uberes facit: Ita & ipse

Psal. 51.

dicat de eis: Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei. Etenim si rami qui
fracti sunt, propter incredulitatem fracti sunt, & qui stant fide stant, qui salui
erunt in quo stant, nisi in Iesu Christo: & quis alius est, à quo per incredulita-
tem fracti sunt, nisi ipse cui non crediderunt? Sed tamen ex tempore aduentus
eius multus oleaster inseritur huic radici, uel ramis eius, Apostolis scilicet &

D Prophetis, & qui inseruntur eis, sicut filii radicis pinguedinis Christi.

Quod si aliqui ex ramis fracti sunt] Hoc est, non propter te illi fracti sunt,
sed propter illos tu insertus es, quia illi fracti. Tu autem cum oleaster esses]

Oleaster, olea quidē, sed inculta ac syluestris. Noli gloriari aduersus ramos]

Oleaster.

Hoc est, noli de illorum perditione gaudere, alioquin audies: quia non illi per-
te stant, sed tu per illos; nec illis uitam præstas, sed illi tibi. Dicis ergo fracti

sunt rami, ut ego insererem? Dicis illos ideo fractos, ut tu inseraris: uideam⁹ si

propter ea, & non magis propter incredulitatem suam ceciderunt. Tu autē

Fide stare.

fide sta] Quia Iudæi per diffidentiam lapsi sunt: hos fide dicit stare, quia cum
prius iacerent, credendo stare cœperunt. Noli altum sapere, sed time] Id est,
noli dicere quod fidem Abraham habeas, ultra populum Iudaicum fidelem.

† Deest sensui

tale quid, quæ-

le est: non ad-

uertunt.

Quidam hunc locum non intelligentes, causam uel personas, de qua, uel de
quibus loquitur Apostolus, † putant hanc sapientiam esse prohibitam: quod

si ita est, secundum illos inuenietur sibi ipsi esse contrarius: cum hic ueter,

quod alibi, ut Ephesini & ceteri accipiant, magnis supplicationibus à domi-

no deprecatur: Noli ergo altum sapere, hoc est, noli contra eos esse su-

perbus, sed caue ne tu offendas. Memento quod omnis qui se exaltat, hu-

iliabitur: nam possibile est, etiam te peccare. Si enim deus naturalis

bus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat] Hoc est, si illis non peper-

cit propter incredulitatem, quia ex radice sancta sunt, quanto minus tibi si pec-

caueris? Vide ergo bonitatem & seueritatem dei] Bonum deum Genti-

bus esse testatur: quia cum idola sequerentur, & nec sic requirerent se, ul-

tro uocauit illos, & peccata remisit eis. Iudæis autem seuerus est, & excæcavit
illos, quia donum dei spreuerunt: potest enim deus iterum inserere illos. Apud
homines

A homines quidem impossibile est aridos surculos reformare, apud deum au-

tem omnia possibilis atq; facilia. Nam si tu ex naturali excisus es oleastro]

Quia iam olim patres eorū per naturalem legē degenerauerūt à natura, & per
successiones peccandi consuetudine permanente, quasi naturaliter amari & in

fructuosi esse cœperunt. Et contra naturam insertus es in bonam oliuam]

Contra naturam oliuæ est, inserere oleastrum, quia magis solet ramus radicis
uim mutare, quàm radix ramorum in suam uertere qualitatē. Ideo insertum

dicit oleastrum, ut surculus fructum radicis afferat, socius eius effectus. Oliuā
fidem, per quam Abraham iustificatus est, accipiamus; Oleastrum uero, quia

sterilis & infructuosa natura est, perfidiam significat. Ac per hoc si hi qui sem-

per inimici dei fuerunt, conuersi in fidem Abraham inserti sunt, ex cuius origi-

ne non sunt, quanto magis Iudæi, si post diffidentiam credant, paternæ red-

dendi sunt naturæ, inserti iterum in suam promissionem? Sed nec hoc quidē
lateat nos in hoc loco, quod non eo ordine Apostolus oliuæ & oleastri simili-

tudinem posuit, quo apud agricolas habetur: illi magis oliuam oleastro inse-

rere, & non oliuæ oleastrum solent. Paulus uero apostolica autoritate ordine
commutato, res magis cauſis, quàm causas rebus aptauit. Nolo enim uos

ignorare fratres mysterium hoc] Adhuc ad eos qui ex gentibus credide-
runt, quasi elatos & superbientes aduersus ramos qui fracti sunt, & putantes

quod hoc non dei bonitate, & ineffabili dispensatione sapientiæ eius, sed suis
meritis consecuti sunt, ut illis detractis, ipsi cum essent oleastri insererentur in

bonam oliuam. Mysterium autem dicit arcanum, quod hominibus ignora-

tum est, quare saluatae sunt Gentes, quia occasionem eis salutis etiam cæcitas
præstitit Israël. Est mysterium quod ignorabatur ab his qui insultabant huius-

modi, quomodo in dispersione filiorum Adam, cæteris quibusque gentibus
secundum Angelorum numerum distributis, propria quædam pars facta est

Israël, ad quos & repromissiones honorum, & testamenta, & legislatio facta
est. Manente ergo illa parte domini in statu suo, possibile non erat nos, qui era-

mus gentes, introire in hæreditatem dei, & in scepri eius iura succedere. Se-

quitur: Ut non sitis uobis ipsis sapientes] Hoc est, ne secundum huma-

nam sapientiam dicatis; Nos deus elegit, & illos abiecit. Quia insultare lapsis,
& gloriari aduersus ramos qui confracti sunt, non sit per dei sapientiam, sed

per humanam notabilem, & ignorantem mysterium dei. Quod enim secun-

dum deum sapit, in beneficijs dei non insultat abiectis, sed cum timore gratias

agit misericordiæ largientis. Quia cæcitas ex parte Israël contigit] Id est, nō

omnibus patitur deus, sed aliquibus ex Israël fieri cæcitatē. Aut in tantū Isra-

el & delicta & perfidia occupauerat, ut ueniret tempus, quo gentes omnes ad-

mitterentur in uitam, & ita omnis Israël per fidem solam saluaretur, quomodo

gentium plenitudo, ut æquales essent in Christo, qui æquales fuerant in der-

lictis. Donec plenitudo gentium intraret] Id est, multitudo credentium

ex omni gente. Non omnes omnino gentes, iuxta figuram synechdochen.

Sicut scriptum est: Veniet ex Sion qui eripiat, & auferat iniquitates ex

Iacob] Quod si uis, inquit Apostolus, scire, quomodo etiam post cæcitatē
saluandus sit Israël, audi quomodo scriptū sit: Veniet ex Sion qui eripiat &c.
Sciendum sanè est, quod de Propheta Esaia unum testimonium istud Paulus
assumpsit, pro eo quod dixit Apostolus: ueniet ex Sion, scriptū inueniet pro-
pter Sion. Et quod ait hic, cum abstulero peccatum eorum, ibi omnino scri-

Oliua fides est

Paulus res cau-
sis coaptat.

Esaie 79:

C ptum non est, sed nec apud Hebræos quidem, Apostoli tamen autoritate sumptum est. Verum meminisse debemus, quod præsentē locum Apostolus quasi mysterium haberi uoluit: quo scilicet huiusmodi sensus, fideles quique & perfecti, inter semetipsos uelut mysterium dei silentio tegant, nec passim imperfectis & minus capacibus proferant. *Tob. 12.* Mysterium regis, ait scriptura, celare bonum est. Et hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum] Nouum scilicet testamentum, quod promittit Hieremias, quod non nisi noui, abolitis per baptismum peccatis, accipiunt. Fratres secundum Euangelium inimici propter uos] Causa incredulitatis inimici sunt Euangelio, ut Gentibus error & delictum illorum aperiat uiam ante tempus intrandi ad fidem, sicut supra memorauimus. Hoc dicit, ut non insultet his, quorum delictum profuit Gentibus. Illis enim insultandum est, quorum peccatum obfuit aliquibus. Eadem persequens, adhuc de Israël & Gentibus Apostolus, & ramis olivæ astris, qui insultabant ramis oliuæ defractis, imputans etiam hoc addidit: quia Israël secundum Euangelium quidem inimicus factus est deo, quia non credidit Christo: quantum autem spectat ad honorificentiam patrum, electus & charissimus habetur apud deum. Sed & quod dicit: Propter uos] Quorum saluti scilicet inuidēt, prohibentes Apostolos Gentibus loqui, & persequentes qui adnuntiant Christum. Secundum reliquias uero, quæ saluandæ dicuntur, in quibus electio credentium subsequuta est ex Israël Charissimi propter patres] Quorum scilicet fidem sequentes, credunt in eum, qui suscitauit Christum Iesum à mortuis. Sic enim aliquando & uos non credidistis deo] Post hæc etiam latentes, & profundiores incredulitatis eorum aperit causas, & dicit: Quia sicut uos Gentes quondam non credebatis deo, nec tamen idcirco penitus reliquit uos deus. Sed aliquando ad ultimum misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum] Occasio tamen conferendæ in uos misericordiae populi Israël incredulitas extitit, ita etiam nunchi qui de populo Israël non crediderunt, non usque relinquuntur in incredulitate sua. Sed postquam plenitudinis Gentium impleta fuerit dispensatio, etiam ipsi misericordiam consequentur. Sine poenitentia enim sunt donationes & uocationes] Si crediderint, illis non poterunt imputare peccata, quia deum non poenitet Abrahamæ semini promississe. Concluit enim deus omnia in incredulitate, ut omnium misereatur] Non uel inuoluit, sed ratione, quos inuenit in incredulitate, hoc est, Iudæos omnes, & Gentes conclusit: Quia ante Iudæi peccato res tantum erant, non etiam perfidi. Postquam autem Christo non crediderunt, Gentibus sunt æquales, ut omnes similiter misericordiam consequantur. Hoc est omnia conclusisse in incredulitate, ut tunc decretum donū à deo ueniret, quando omnes diffidentia laborarent, ut gratia muneris esset gratissima. Itaque nemo se iactet: Miserū est enim superbum esse eum, cui ignotum est: O altitudo diuitiarum sapientiae, & scientiae dei] Miratus tantum profundum, nullis præcedentibus meritis Gentes inuoluit, & in perfidia Iudæos derelictos: Vnde exclamat dicens: O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei. Laudat sapientiam dei, quæ tam diu expectauit secundum præscientiam, donec omnes misericordia indigerent, ut hominibus de falsa iactantia gloria tolleretur. Excelsum & immensum deum in diuitijs sapientiae & scientiae suæ, cum omni laude gratiarum actionis testatur: Est enim consilium & iudicium eius incomprehensibile. Nam ab initio sciens conuersa

*Tob. 12.**Inimici Euangelio per incredulitatem.**Conclusa omnia sub peccato.**Sapientia immensa dei.*

A conuersationes & opera hominum, quia neque sola seueritate iustitiae saluari posset humanum genus, neque sola misericordia ad profectum meritorum peruenire, unoquoque tempore decreuit quid esset prædicandum, ante tamen permittens unumquemque sibi: quia natura ipsa duce cognitio iustitiae obtorpuerat, consuetudine delinquendi data lex est, ut humanum genus terroris metu lege frenaretur: quia non se cohibentes rei tenebantur à lege prædicta. Misericordia est, quæ ad se confugientes saluaret, refugientes autem careret ad tempus, ad promissionem eorum Gentes, quæ prius iustitiam dei datam per Moysen sequi noluerant, aduocans, ut horum saluti dum inuident, ipso zelo ad radicis salutaris originem se reformarent promissi in lege. Hæc est altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, qui tam Iudæos quam Gentes manifestata prouidentia adquisiuit ad uitam. Considerans sanctus Apostolus, tantas esse bonitatis dei diuitias, & tantum diuitijs sapientiae opus erga rationabiles agi creaturas, & quod tantum deus diues est in misericordia, & diues in omnes qui inuocant eum, & tantæ sunt bonitates eius, & longanimitates, & sapientiae, repente ut interioribus eas cordis oculis intuens, immensitatem earum perspiciens, stupore simul ac pauore perculsus, exclamat & dicit: O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius: Iudicia dei abyssus multa: ad liquidum enim comprehendere non possunt. Inscrutabilia] Ut scrutari iudicia eius, quibus unamquamque animam, atque naturam rationabilem dispensat, nemo sufficiat. Sed requirendum quare dicat inscrutabilia esse iudicia dei, cum Psalmographus dicat: In labijs meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui. Ad quod ita respondendum est: Nam addendo, oris tui, quæ scripta sunt à prophetis, & quæ facilia sunt ad intelligendum significat. Et inuestigabiles uiae eius] Hoc est, cogitatio dispensationum eius, siue uiae domini, scilicet misericordia & iudicium. Quis enim cognouit sensum domini? An nemo cognouit? Nam in præsentia ipse Paulus sciebat, qui alijs ostēdebat: siue sine lege ipsius per se nemo cognouit, hoc certe de creaturis dicit, quippe cui nihil sit cum creatura comune. Quis enim cognouit sensum domini? hoc in Esaia scriptum habetur. Manifestum est, solum deum esse, qui nouit omnia consilia, & hunc unum esse, qui nullius eget, quia ab ipso sunt omnia, et per hoc consiliū eius à nullo nec metitur, nec comprehenditur, quia inferiora superioris sensum capere non possunt. Denique Iudæis non credentibus impossibile uidebatur, consiliū & uoluntatem dei esse ad redemptionem Gentium. Simili modo & Gentibus arduum & incredulum Iudæos, qui non crediderunt, saluatore posse conuerti, & credere ut saluarentur. Aut quis consiliarius eius fuit? Hoc est, quasi minus ipse consilio sufficiens, indigeret alterius, sed consilij participem nullum quidem inter creaturas esse pronuntiat: consilium uero sapienti necessarium in sapientia sua est, qui est Christus, & in sanctitate est spiritus sanctus. Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Nemo enim aliquid factori suo prior contulit, quippe cum etiam hoc ipsum unusquisque à conditore suscepit. Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia] Vides quomodo in ultimo ostendit, quod in omnibus quæ supra dixerat segregauerit mysterium trinitatis, nam cum dixit: Altitudo diuitiarum, patrem, ex quo omnia dicit esse, significat: Et sapientiae altitudinem, spiritum sanctum, qui etiam alta dei nouit & declarat. Veruntamen quod dicit ex ipso, hoc ipsum quod sumus indicat: Per ipsum autem, quod per eius prouidentiam dispensamur in uita: In ipso uero, quod perfectio omnium, &

*Misericordia dei.**Solus deus diues est.**Iudicia dei abyssus.**Declaratur locus Davidis.**Consiliarius dei quis?**Trinitatis coe probatio.*

Cum, & finis in ipso erit, tunc cum deus erit omnia in omnibus. Ab ipso omnis creatura accipit initium, & per ipsum regitur, & in ipso omnia concluduntur, nec ipse continetur ab ullo. In secula] Propter hoc quod perfectio omnium non intra unum seculum concluditur, sed in multa protenditur. Amen] Ut intelligamus per illum ad istam beatitudinem ueniendum, de qua scriptum est in Apocalypsi.

CAPVT XII.



Quid Paulus in hac epistola egerit.

Obsecro itaque fratres, per misericordiam dei] Non per salutem illorum, nec per Christum obsecrat, quamuis misericordia dei in Christo sit, tamen per misericordiam dei orat illos, per quam ex mortuis uiuere coeperunt, ut memores eius solliciti te agant circa obsequium eius, a quo illis data est, per quem ex impijs gratis iustificati sunt. Cum per omnem textum epistolae in superioribus docuisset Apostolus, quo modo a Iudaeis ad Gentes, a circumsisione ad fidem, a litera ad spiritum, ab umbra ad ueritatem, ab obseruantia carnali, ad obseruantiam spiritualem religionis summa translata sit, & haec ita ad futura prophetica uocibus ostendisset designata: lam nunc spiritualis huius obseruantiae, ad quam cultus dei ritum docuit esse translatus, aggreditur mores & instituta sancire, & ait. Obsecro itaque uos fratres per misericordiam dei] Et haec doceo, non quasi imperans; nihil enim proficit legis imperium, sed quasi qui officium suscepimus reconciliandi uos deo. Quid est autem quod uos obsecro? Ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem] Non animalium, sicut in ueteri lege, quae tamen licet in figura fierent, immaculata offerebant & uiua. Rationabile obsequium uestrum] Omne opus bonum tunc placet deo, si rationabiliter fiat; nam alijs mercede priuatur: utpote si quis hominum causa ieiunet, bonum obsequium insipienter facit. Obsequium hic cultum dicit, qui cultus, quoniam dudum in corporibus mutorum pecorum consistebat, nunc inquit, in corpore rationalis hominis offeratur, & corpora magis uestra quam pecorum, fiant sacrificium deo. Pro uiribus autem explanare tentabimus, quomodo unusquisque rationabili obsequio cultus dei exhibeatur. Si superbiam corporis sui uincat, immolat uitulum: Si iracundiam superet, arietem iugulat: Si libidinem uincat, holocaustum offert hircum; Si uagos & lubricos cogitationum refecit uolatus, columbas, & turtures immolauerit. Nunc autem Paulus obsecrat in Christo credentes, ut corpora sua exhibeant hostiam uiuentem, sanctam, placentem deo. Viuentem dicit hostiam, quae uitam, hoc est Christum, in se gerit. Sanctam dicit, in qua spiritus sanctus habitat, ut Apostolus dicit: An nescitis quia templum dei estis, & spiritus sanctus habitat in uobis? Placentem deo, utpote a peccatis & uitijs separatam. Haec autem omnia rationalis est cultus dei. Potest enim pro tali cultu reddi ratio, & ostendi, quia dignum est deo tales hostias immolare: Arietes autem, & hircos, & uitulos immortalis & incorporeo deo offerri, nulla ratio honesta sinit. Et nolite conformari huic saeculo] In quo ostendit esse quandam formam huius saeculi, & aliam esse saeculi futuri. Vide ergo, ne forte cum uenit ira in cor tuum, conformem te faciat huic saeculo. Similiter autem & concupiscentia mala, & auaritia, ceteraque quibus praesens saeculum delectatur, formam tibi saeculi praesentis imponant. Si uero e contrario mansuetudo, patientia, lenitas, con-

Rationabile obsequium.

Immolare uitulum, hircum, columbam. Viuens hostia.

tas, continentia, fides, ueritas, ceteraque uirtutes habitent in sensu tuo, conformem te futuri saeculi facient, & ita pulchram animae tuae speciem reddent, ut uerbum dei quo despondet eam sibi in misericordia & fide, dicat ad eam: Tota es formosa proxima mea, & macula non est in te. Sed reformamini in nouitate sensus uestri] Renouatur autem sensus noster, per exercitia sapientiae, & meditationem uerbi dei, & legis eius intelligentiam spiritalem, & quanto quis cottidie ex scripturarum proficit lectione, quantoque altius intellectus eius accedit, tanto nouior semper efficitur. Quod bonum, & placitum, & perfectum] Hoc est, quod bonum sit, & melius, & optimum, uerbi causa: Bonum coniugium, melius autem continentia, optimum uirginitas. Dico enim per gratiam, quae data est mihi] Prohibitus humana sapientia, quae praeter legem est, non sensu proprio loqui se dicit, sed autoritate gratiae spiritualis. Haec gratia peritia intelligitur doctrinae dominicae, per quam humilitati studendum tradit: Videndum est quia Paulus, sicut & alias dicit, non in suauis sapientiae carnalis uerbis, sed per gratiam quae sibi data est, loquitur. Est enim multa differentia per gratiam loquentis, & per humanam sapientiam. Denique compertum est, nonnullos eloquentes & eruditos uiros, cum multa in ecclesijs dixerint, & ingentem plausum laudis acceperint, neminem tamen auditorem ex his quae dicta sunt, compunctionem cordis accipere, nec proficere ad fidem, nec ad timorem dei incitari: Saepe autem uiros non magnae eloquentiae, nec compositi, onis sermonis studentes, uerbis simplicibus & incompositis multos infidelium conuertere. Denique scriptum est, quia & Ioseph inuenit gratiam in conspectu principis carceris, & Hester inuenit gratiam apud regem. Reperimus autem nos in quodam secretiore libello scripturarum, quasi angelum quendam gratiae, qui etiam uocabulum ex gratia traheret: Anachel enim dicitur, quod interpretatur gratia dei. Hoc ergo scriptura illa contineat, quod missus esset a domino iste angelus ad Hester, ut ei gratiam daret apud regem. Videamus quid est, quod per gratiam quae data est sibi, Apostolus dicit. Omnibus qui sunt inter uos, non plus inquit, sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem] Videtur adhuc ad superbientes ramos oleastri, & insultantes ramis, qui de bona oliua defracti sunt, etiam hunc aptare sermonem, & dicere eis: Non debere plus, hoc est, superbe sapere, quam oportet sapere. Ego autem dico, quia & haeretici plus sapiunt de Christo, quam oportet sapere, qui negant eum in carne uenisse, & natum esse ex uirgine, sed coeleste ei corpus assignant. Plus uult sapere, qui illa scrutatur quae lex non dicit, unde & Solomon ait: Altiora te ne scrutaris, & maiora te ne quaesieris, sed quae praecipit tibi deus, illa cogita semper. Aperte ostendit hoc nos debere sapere, quod iustitiae terminos non egrediamur, sed sapere inquit, ad sobrietatem, quod in Graeco dicitur σωφροσύνη, in nostris codicibus, hoc est in scripturis diuinis, sobrietas a maioribus interpretatum est: ab alijs tamen eruditjs uiris temperantia ponitur. Sapere ergo ad temperantiam hoc est, ut in omnibus, uel quae agimus, uel loquimur, uel sentimus, temperantiam teneamus. Et unicuique sicut deus diuisit mensuram fidei] Mensuram fidei, uirtutum intelligenda est gratia, quam non nisi fideles accipiunt. Sicut diuisit deus mensuram fidei, hoc est, ut sciat unusquisque & intelligat, quae in eo sit mensura gratiae dei, quam consequi meruit per fidem: Interdum enim accepit quis a deo ut sapiat in opere charitatis: aut ut sapiat in officio uisitandi, aut erga uiduarum & pupillarum defensionem, aut erga hospitalitatis sollicitudinem; haec ergo singula diuisit unicuique deus secundum mensuram fidei,

Can. 4.

Renouari sensus nostros.

Humana sapientia & gratia dei pugnat.

Anachel quid sonet.

Sapere ad sobrietatem.

Eccl. 3.

Mensura fidei

C fidei: Sed si is qui accipit gratiam, ut denuo aliqui horum sapere uelit, & non intelligat mensuram gratiæ sibi datæ, sed uelit sapere de sapientia dei, de uerbo doctrinæ, de profundioris scientiæ ratione, in quo gratiam non accepit, & non tam discere uelit, quàm docere quæ nescit, iste cum minus sapiat, plus uult sapere, quàm oportet: non enim sapit ad temperantiam, ut custodiat unicuique sicut deus diuisit mensuram fidei. Verum ut euidentius adhuc de ijs Apostolus assignaret, introducit exemplum, dicens. Sicut enim in uno corpore
 » multa membra habemus] Per comparisonem corporis eos ad concordiam cohortatur, ne uel hinc moueantur, quia dona accipere diuersa, & omnia habere singuli non poterant, ne superbirent nullius egentes, nec omnes eadem, ut corporis Christi nobis similitudo demonstraretur. Membra autem
 » omnia non eundem actum habent] Non enim potest oculus audire, nec auris uidere, &c. Sic singuli alter alterius membra] Ut præstando alterutrum quod habemus, magis ac magis charitas confirmetur, ordinatissime per hæc componens omne corpus ecclesiæ: ut sicut proprios actus habent, & officijs suis unum quodque deseruit, nec tamen possibile est, ut non consensu mutuo sibi inuicem cedant: Ita inquit, & in ecclesia, quæ est corpus Christi, diuersos singuli habemus actus, uerbi gratia: Alius omne studium erga sapientiam dei, & doctrinam uerbi adhibet, & in meditatione legis diuinæ die ac nocte persistit, & est magni huius corporis oculus. Alius erga ministerium fratrum, & indigentium curam, & est sancti corporis eius manus: Alius studio
 » sus auditor est uerbi, & auris est corporis: alius ad uidendos decumbentes, & requirendos tribulantes, & positos in necessitatibus eruendos est impiger, qui pes sine dubio ecclesiastici appellatur corporis. Et ita inuenies unumquodque propensius erga unum aliquod officium, & specialius operam dare, cætera uero sequentia habere. Quomodo autem corpus istud in Christo sit, id est, in ueritate, & sapientia, & iustitia, & sanctificatione, quæ omnia Christus est, sæpe iam diximus. Habentes autem donationes diuersas] Cum dixisset singulos quosque credentium membra esse unius corporis Christi, nunc quasi diuersorum membrorum diuersitatem operis enumerat, & uerbi causa, uelut oculorum, ita menti, quæ est interior oculus, prophetiæ assignat officium, & alij tanquam manui ministerium ascribit, & alij tanquam linguæ doctrinam tribuit, similiter etiam cætera secundum rationem mensuræ fidei. Nunc autem illa officia deputata membris merito fidei enumerat, ut quod uiderit membrorum, quod sibi deputatum officium est, non pertrepat alteri, cui uideret aliud traditum, sed cõgaudeat ut corpus ecclesiæ sit perfectum. Siue prophetiam secundum rationem fidei] A prophetia incipit, quæ prima probatio est, rationabilem esse fidem nostram, denique credentes accepto spiritu prophetabant pro modo capientis, hoc est, causa quantum exigit propter quæ datur, Prophetia intelligenda est, quam docet Paulus, non illa per quam dicitur, hæc dicit dominus. Siue ministerium in ministrando] Hoc est, ministerium sacerdotale, uel diaconatus officij ministratio, possumus hæc omnia ad illam regulam reuocare, quæ superius est dicta, hoc est, non plus sapere, quàm oportet sapere, ut uerbi causa dicamus: nō debere eum qui ministrat, in ministrando plus sapere quàm oportet sapere: & qui docet, in doctrina non plus sapere quàm oportet sapere: multi enim accepto ministerio, uel accepta doctrina plus sapuerunt quàm oportuit sapere, & elati in arrogantiam, uel in delicias resoluti præcipites corruerunt. Siue qui docet, in doctrina]

Similiter

A Similiter dicitur adiuuari doctorem in doctrina, ut in quantum fides eius est ad docendum, in tantum inspiretur ad tradendam doctrinam cœlestem.
 » Siue qui exhortatur in exhortando] Qui docet maior est eo qui exhortatur: exhortari enim possunt etiam minus periti, lacessit enim fratres ad bonum, aut incredulos ad fidem. Qui tribuit in simplicitate] Qui tribuit indigentibus & præstat, oportet inquit, ut in simplicitate cordis hoc faciat, hoc est, ne uideatur quidem benefacere indigentibus, corde uero laudem quarat ab hominibus. Nō ergo simplicitas est, si aliud agi uideatur in manibus, & aliud quaratur in corde. Qui præest in sollicitudine] Qui præest in ecclesia uel fratribus, debet esse sollicitus, non de secularibus, sed de ecclesiæ necessitatibus: qui ecclesiæ præsumt, recipiant sollicitudinem qualem Apostolus dicit, cõcursus in me quotidianus, sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? Qui miseretur in hilaritate] Videtur fortassis unum atque idem esse, quod supra diximus: qui distribuit in simplicitate, & hic, qui miseretur in hilaritate, sed mihi uidetur unum fortasse opus esse, non tamen & operis ipsius unum effectum: aliud est enim, dare indigenti, & aliud est affectu misericordiæ cum indigente partiri in hilaritate: Hilarem enim datorem diligit deus. Dilectio sine simulatione] Tota puritas debet esse in Christiano, sicut deus pura lux est: fingere enim seruum est, ut diligamus non lingua tantum, sed opere & ueritate, ita ut etiã si necesse fuerit pro nobis inuicem moriamur. Adhærentes bono] Non magnum dicit uitare malum, nisi adhæreat quis bono: nec benignum esse fraternitatis amorem, si non mutuis se obsequijs prauenerint. Obseruandum etiam hoc, quod sicut in alijs dicit: Qui adhæret domino, unus spiritus est: Ita & hic dicit, adhærentes bono, sine dubio ut contingat nobis unum esse cum bono. Charitate fraterna inuicem benigni] Ita uos diligite, quasi ex una matre generati. Honore mutuo prauenerentes] Hoc est quod & dominus docuit, cū notaret Scribas & Phariseos, prima sibi loca in conuiujs uindicantes, ut cum uocatus fueris tu ad cœnam, in nouissimo loco recumbas. Sollicitudine impigri] Ne per seculi sollicitudinem pigri in dei opere efficiamini, uel inertes. Spiritu feruentes] Quia frigidus dominus non amat, & in tepidis nauseatur. Tunc planè spiritu feruemus, si seculo frigeamus. Domino seruientes] Non seculo, nec uitijs, sed omnia propter dominum facientes. Spe gaudentes] Spe gaudet, qui non respicit ea quæ uidentur, sed ea quæ non uidentur expectat, & qui scit, quod non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Orationi instantes] In quo enim non sufficit humana fragilitas, auxilium dei orationibus implorandum est. Necessitatibus sanctorum communicantes] Manifestum est, quia qui preces suas exaudiri uult, æmulus debet esse uitæ sanctorum, ut hoc sit memorem esse & communicatorem, imitari actus illorum. Aliter, memores sanctorum communicantes: hoc est, ministrantes eis, qui propter Christum omnia contemnentes, alienis ad tēpus indigent ministerijs. Hospitalitatem sectantes] Non illud solum ostendit, ut uenientem ad nos hospitem suscipiamus, sed & quaramus & solliciti simus, & sectemur, ac persequamur ubique hospites, ne ubi forte in plateis se deant, ne extra tectum lateant. Recordare Loth, & inuenies, quod non illum hospites, sed ipse quæsierit hospites, & hoc erat hospitalitatem sectari. Benedicite persequentibus uos] Sermo benedictionis in scripturis diuerse inuenitur, nam & benedicere inter homines, uel cætera quæ creauerit inuenitur deus, &

I 2 homines

C homines uel ceteræ creaturæ deum benedicere iubentur; sed dei quidem bene
Benedicere in dictio aliquid muneris semper his, qui ab eo benedicuntur impertit. Homines
scripturis. uero deum benedicere, pro eo quod est laudare, & gratias referre dicunt. Sed
 in hoc prohibet Apostolus, ne pro maledictis maledicta reddam⁹, sed faciam⁹
 quod ipse de semetipso scribit, ubi dicit: Maledicimur, & benedicimus. *Gaur*
 dete cū gaudentib⁹, flete cū flentibus] Non cū illis qui flent mortuos suos iu-
 bemur, aut qui flent damna secularia, scientes quia huius seculi tristitia mortē
 operatur, non sunt ergo lacrimæ cum talibus, sed cū illis flendum est, de qui-
 bus dicit dominus: Beati qui flent, quoniā ipsi consolabunt. *Gaudete cū gau-*
 dentibus, id est gaudio spiritali, in bono proximi, & in conuersatione eius ad
 deum. Id ipsum inuicem de uobis sentientes] Sermo iste nō natura sui, sed
 interpretatione obscurus factus est: hoc est enim quod dicit, ut ita de fratre sen-
 tiamus, ut de nobis ipsis, & ita uelimus proximo, sicut & nobis uolumus, ut
 dominus in Euāgelio dixit: Omnia quæ uultis ut faciant uobis hoīes, eadē &
 uos facite illis, Id ipsum, id est cōpati in fratris tribulatione. Non alta sapiētes,
 sed humilib⁹ consentientes] Alta sapere, supbe sapere est, ut elatio sit in animo
 ut præsumēs forte de incolumitate actus sui, nō condoleat fratri, sed ex p̄bret
 peccatum, quod denotat domin⁹ dicēs: Eijce trabē de oculo tuo, & tūc uidebis
 eijcere festucā de oculo fratris tui; ipsa enim elatio peccatum est. Sed humilib⁹
 cōsentientes, id est, ut deposita superbia alienā causam suā faciat, & suā alienā.
 Nolite esse prudētes apud uosmetipsos] Hoc in Esaia scriptū est, quod hic
 Apostol⁹ quasi suū ponit: nolite in humana sapiētia gloriari, sed stulti estote se-
 culo, ut dño sitis sapiētes, sicut scriptū est: Beat⁹ quē tu erudieris domine, & de
 lege tua docueris eum, Qui sibi prudēs uideē, hic cū arrogātia stult⁹ est; nec po-
 test uerā dei sapiētiam scire, qui suā stultitiā quasi sapiētiam colit, Ergo qui ap̄
 seipsum sapiēs est, nō potest esse sapiēs apud deū. Nulli malū pro malo reddē
 tes] Si malū inferre peccatū est, & reddere malū, nō ut q̄busdā uideē iustū est,
 sed simile peccatū est, & ut ego arbitror etiā grauius; nā ille qui malū prior intur-
 lit, nō sentit malū esse qd fecerat; qui autē reddit malū, eo ipso quod ad ulciscen-
 dū motus est, confessus est sensisse se malū esse quod reddidit. Nemini malū
 pro malo reddētes] Hoc est qd dicit domin⁹: Nisi abundauerit iustitia uestra
 plus q̄ Scribarū & Phariseorū &c. Mandatū em̄ in lege erat: Diliges pximū
 tuū, & odio habebis inimicū tuū. Hæc quantū uideē iustitia est, sed ut abundet
 iustitia Christianorū, docent nō reddere malū pro malo, ut p̄fecti esse possint.
 Prouidētes bona] Prouidere est futura ante oculos habere, ut ea gerant quæ
 possint, postq̄ facta fuerint in reprehensionē nō uenire, sed magis laudi esse,
 siue apud deū, siue apud homines, ne q̄s existimet, quia apud deū illicita nō dē
 splicēt, idcirco nō curandū, si fratri scandalo sint. Hoc ergo præmonet, q̄ illud
 fieri debet, qd & deo nō displicet, & fratris scandalū nō sit. Corā hominib⁹ pro-
 uidet q̄s bona, ut nō placeat singulorū uel uitij, uel morib⁹, alioquin cōtraria
 erit illa Apostoli sentētia, quæ dicit: Ego si hoibus placere uellē, Christi seruus
 nō essem. Si fieri potest qd ex uobis est, &c.] Quod uestrū est, uos cū omni-
 bus pacē habetote, & dicite cū Propheta: Cū his q̄ oderūt pacē eram pacificus.
 Optātes cōuersionē eorū, atq̄ salutem sicut in uobis est ut fieri possit. Quomō
 potest fieri ut pacē cū oībus habeam⁹; & qd faciemus de scriptura quæ dicit: Si
 uidebas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.
 Ideo ergo bene Apostolus addidit, quod ex uobis est, hoc est proposito uestro
 & fidei uestre conuenit: cum malis enim habere pacem et societatem, fidei ue-
 stre proposito, fideq̄ cōuenit. Quāuis et alio in loco possit haberi distinctio:

A Aliud est enim crimina amare, aliud homines diligere: Qui homines, creaturā
 dei diligit; qui crimina diligit, dia boli sectatur inuenta. Qui ergo perfecti sunt,
 hoc ipsum quo oderunt crimina, homines amant, & odio habentes in eis illud
 quod peccant, illud quod deus creauit amare non desinūt. Nō uosmetipsos
 uindictantes, sed date locum iræ] Aut à fugiendo, aut à permittendo noceri,
 hi qui seipos mox uindictant quomodo locum dant? Verbi causa; manum ma-
 nuī non referunt, aut conuicio conuiciū reddunt, iræ illius qui fecit iniuriam,
 pertransendi & euanescendi locum dederunt; Nemo enim ita rabidus inueni-
 tur, qui illata iniuria, si inuicem non recipiat, iterum sæuiat; sed quasi effuso ac
 digesto furore necessario mitescat. Est ergo grande lucrum, ubi & multitudo
 compescitur peccatorum, & iniuriam passi patientia probabilis apud deū. Est
 autē & hoc modo iræ locum dare, pro his quæ inferentur iniurijs, quod hi qui
 peccant secundū Pauli sententiā, iram sibi thesaurizant in die iræ, tunc reddet
 deus unicuiq̄ secundū opera sua. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum] Noli
 illi negare quod deus nulli negat, quamuis sit blasphemus & impius. Non so-
 lum uindictam deo referuari debere ostendit, sed & beneficia dare inimicis.
 Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius] Fortassis isti
 carbones ignis qui congregantur super caput inimici, in adiutoriū ipsius con-
 gregantur. Potest enim fieri, ut animus ferox ac barbarus inimici, si beneficium
 nostrum sentiat, si humanitatē, si affectum, si pietatē uideat, compunctionē cor-
 dis capiat, commissi poenitudinē gerat; & hoc ipso ignis in eo quidam succen-
 datur, qui eum pro commissi conscientia torqueat & adurat: & isti erunt car-
 bones ignis, qui super caput eius ex nostra misericordia, & pietatis opere con-
 gregantur. Aliter, si inimicus bona pro malis recipiens, nulla malitiæ suæ poe-
 nitentia mouetur, ipse sibi thesaurizat iram. Caput uero principale cordis ap-
 pellatur, & merito caput dicitur, cuius intellectu & prudentia membra regun-
 tur uniuersa. Noli uinci à malo, sed uince in bono malum] Vincitur à ma-
 lo, qui à malis prouocatus reddit malū. Bono autem uincit malū, qui acceptis
 malis restituit bona. Certū est enim hanc esse mali naturam, ut ex similibus sui
 augeatur & crescat, sicut ignis, si ei ignē iungas; sicut noctis tenebris si aëris nu-
 bilum sociatur. Bonū uero si adhibeas, exterminatur malum. Contraria nanq̄
 cōtrarijs perimūtur, sicut per aquā ignis extinguitur; per lucē tenebræ fugant.

CAPVT XIII.

Mnibus potestatibus sublimiorib⁹ subditie stote] Omnis hæc
 causa aduersus illos prolata est, qui se putabant ita debere liber-
 tate Christiana uti, ut nulli honorē deferrēt, aut tributa depen-
 derent. Quocūq̄ ergo modo eos humiliare desiderat, ne forte
 propter superbiam magis q̄ propter deū contumeliā patiantur.
 ideoq̄ docet illos humilitate tēpus redimere. Non em̄ est po-
 testas, nisi à deo] Quid, & illa potestas, quæ seruos dei p̄sequitur, fidē impugnat,
 religionē subuertit, à deo est? Ad qd̄ respōdendū, q̄ etiā talis potestas à deo da-
 ta est, ad uindictā quidē malorū, laudē uero bonorū. Itaq̄ q̄ resistit potestati]
 Non hic de illis potestatibus dicit, quæ p̄secutiones inferūt fidei; ibi enim dicit
 deo obtēperare magis oportet quā hominibus, sed de istis cōmunibus
 dicit, quæ non sunt timori boni operis, sed malī, quibus utiq̄ qui resistit, sibi da-
 mnationem pro gestorū suorum qualitate conquirat. Nam qui principan-
 tur non sunt timori boni operis, sed malī] Malus debet timere potestatem;

C Nam bonus non habet quod timeat, quia si iuste occidatur, gloriatur.

» Vis autem non timere potestare? Hoc est, accipe consiliū meū, & nunquā timebis. Quod autem dicit de potestate: Fac quod bonum est] In die iudicij, & habebis laudē ex ea, altius mihi requirendum uidetur: Non enim consuetudo est potestatibus seculi laudari hos, qui nō fuerint criminosi. Nam peccantes quidem puniūt, nec peccantes uero collaudare eis mos est nullus. Ergo sciens Paulus, quod omnes qui in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur:

Secundū quā quisque legem sit iudicandus. VNUM QVENVENQUE ENIM IN IUDICIO ILLA LEX SINE DVBIO ARGVET, SECVNDVM QVAM VIXIT.

Ostendimus autē spiritū sanctū in multis humanā legi locū dedisse. Certum em̄ est, quia in die iudicij habebit etiā ex ipsis legibus laudē apud deū, is qui nihil contra statuta cōmiserit, cum ei dicitur: Euge serue fidelis, intra in gaudiū dñi tui. Et habebis laudē ex illa] Laus ex potestate tunc fit, cum quis innocens inuenitur. Si autē malum feceris, time] Nam in te habet officium si peccaueris, nec tibi proficit ad mercedē, siue sacerdotes portant gladiū spiritualē, sicut Petrus percussit Ananiā, & Paulus Magum. Dei enim minister est tibi in bonum] Quia pro tua sollicitus est quiete, quoniam futurū iudiciū deus statuit, & nullum perire uult in hoc seculo, rectores ordinauit, ut terrore interposito hominibus uelut pædagogis sint erudientes illos, quos seruent, ne in poenā futuri iudicij incidant. Ideo quæ subditi estote non solum propter iram] Recte dixit iram, id est ultionē præsentē: Ira enim iudicium parit, sed & propter iudiciū futurū, ubi accusante conscientia punientur. Ob hoc mihi uidetur dicere: Ideo

D necesse est subditos esse, non solū propter iram, uerum etiā propter conscientia.

Conscientiæ quoque quis subditur, cum habet in se quo accusetur à conscientia. His ergo etiā tributa pendimus, dum adhuc secundū carnē uiuimus, et quæ carnis sunt cogitamus: nam si uineā dñi colamus, & uitam uerā quæ est Christus, exerceamus in nobis, de ista uinea non ministris seculi tributa pendimus, sed ipsi domino fructus in tempore reddimus, secundū quod ipse Saluator in

Lucæ 20. Euangelio dicit: Quia colonis malis uineā tulit, & dabit eam alijs colonis, qui reddent ei fructus in tempore suo. Reddite ergo oībus debita] Potest etiam

Debitum reddere. debitu tuū. Cui tributū, tributū] Hoc est, reddite tributū, cui reddendū est tributum. Tributū est, quod manu tribuitur. Vectigal autē quod uehiculis uehitur.

Vectigal. Primū ea quæ sunt potestatis regiæ debite exolui iubet, quia maior his necessitas est. Cui timorē, timorē] Potestati exhibendū dicit, quia timor prohibet peccatū, deinde à domino, à parēte terreno, ut gratias agat in filio, à seruo Christi

» stiano. Cui honorē, honorē] Potest hic honor circa eos esse, qui sublimes uidentur in mundo, ut uidentes humilitatē seruorū, Christū laudent potius, quā uiderent doctrinā euangelicā. Nemini quicquid debeat] Hic incipit prædicare charitatē. Pacē uult fieri, si potest, cū omnibus, dilectionē uero cum fratribus, & hic tamē honore seruato. Idcirco autē debitores dicit, quia homini qui dignus est honore siue præsentis siue futuro, dignū est & iustū inclinari. Illi em̄ quis inclinatur, à quo honorē accipit, idcirco debitor dicitur: Si em̄ non hoc feceris principi

» tuo, supbie; aut em̄ merito quis, aut ætate honorandus est. Qui em̄ diligit proximum, legē impleuit] Legē datā à Moyse implebit, qui proximum diligit: nam nouæ legis mādātū est etiā inimicos diligēdos, aliter secundū parabolā dñi sine discretione cūctis misericordiā fieri iubētē, oīs homo proximus cōsensus est: Quomodo possit quis legē in uno sermone cōplere plenissimā reddat rationē, dicens:

Dilectio

A Dilectio proximi malū non operatur: & ideo plenitudo legis est dilectio] Ponit enim per singula mandata legis dilectionem, & uide quā facile cuncta complentur. Nunquid enim qui diligit proximum occidere eum potest? non etiam. Et iterū, nunquid qui proximum suum diligit, in uxorem eius aduulterium cōmittit? Nunquid profecto. Sic & in cæteris. Hoc ipsum intelligendū est

» hoc uerbo Rastauratur] Quia in proximi dilectione omnis iustitia recipitur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Hoc in Leuitico scriptum est.

» Et hoc scientes tempus] Hæret cum superioribus, ubi dixit: Subditi estote. Quoniam hora est iam nos de somno surgere] Ut ad perfectiora tendatis: non enim debetis semper paruuli & lactentes esse. Ergo de somno inertia & ignorantia consurgite, iam enim scientia lucet. Nunc enim propior est salus nostra, quā cum credidimus] Quotidie propior est nostra salus, sicut & dominus cum consummationis seculi signa distingueret, dixit: Cum audieritis hæc omnia, alleuate capita uestra, quoniam appropiat redemptio uestra.

» Nox præcessit, dies autem appropinquauit] Comparat diei scientiam, & ignorantiam nocti. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis] Cum ignorantia abijciamus simul & opera ignorantia: & arma lucis, hoc est opera luminis induamus: qui enim male agit odit lucem, qui uero ueritatem facit, uenit ad lucem. Tenebrarum sunt opera uitia carnis, arma uero lucis gesta sunt bona. Boni ergo actus arma lucis sunt: impugnant enim tenebras, quæ sunt uitia carnis. Quæ sint autem opera tenebrarum, quæ abijcienda sint, cōsequenter enumerat & dicit: Non in cōmestationibus] Commestationes autem, sicut inhonesta & luxuriosa conuiuia, quibus necessariō comes est turpissima temulentia, & quid aliud subsequitur, nisi cubilia, & impudicitia: Non in contentione & æmulatione] Recte ab his coerceri monet, quia omnis contentio & zelus inimicitiam parit: hæc enim omnia tenebras uocat, quæ ad lucis præmia peruenire non possunt. Sed induite uos dominum Iesum Christum] Frequenter diximus, Christum sapientiā esse, & iustitiam, & sanctificationem, & ueritatem, & omnes simul uirtutes, quas utique qui assumpserit, Christum dicitur induisse: Si enim hæc omnia Christus, necessariō qui hæc habet, habet & Christum: qui autem hæc habet, carnis curam in concupiscentijs non facit. Et carnis curā ne feceritis in desiderijs] Sic Solomon ait: Post concupiscentias tuas ne eas. In hoc necessaria non prohibuit, sed concupiscentias refecauit.

Leuitici 19.

De somno surgere.

Luc. 12.

Opera tenebrarum.

Christum inducere.

Ecc. 18.

CAPVT XIII.

» Nfirmum autem in fide accipite] Hoc est, Iudæum, nuper in Christum credentē nequaquā offendite, sed adiuuate, ut arundinem quassatam non confringatis. Non in disceptatione] Ne dixeritis ei, uel ne imputeris, quod non oporteat fieri quæ carnaliter obseruat: Nam quo pacto ausi sumus ferre sententiam de alterius corde quod non uidemus? Qui autem infirmus est, olus manducet] Hinc probatur, quia non de Iudæis, ut quidam putat, sed de abstinentibus dicat: nō enim carnes secundū legē mundas, sed sola holera manducabāt. Qui manducat, nō manducantē ne spernat] Habebāt inter se scandala, illi illos quasi carnales iudicabāt, & illi illos tanquā stultos irridebāt, & superstitiosos putabāt. Deus enim illū assumpsit] Hoc est, ita illū deus uocauit in unitatē fidei, sicut & te. Tu quis es qui iudicas? Cuius autoritatis es, ut iudices



Matth. 21.

Nazaræos intelligit.

C ut iudices eum quem non iudicat lex: Vnde Iacobus ait: Qui iudicat fratrem iudicat legem, scilicet sapientiosem se iudicat lege. Cæterum ipse Paulus contra mandatum facientes iudcauit, & alijs iudicandi tribuit facultatem.

» Suo domino stat aut cadit] Hoc est, siue uiuit, siue moritur, quia & ille propter deum abstinet, & ille secundum deum non abstinet. Stabit autem: Potens est enim deus statuere illum] Qui tres pueros leguminibus pastos meliores apparere fecit, quam illos qui de mensa regis edebat: potest & illos facere diutius in corpore stare uel statuere, hoc est, in fide robusta ponere. Nam alius iudicat diem inter diem] Subaudis ieiunare, hoc est, modicum edere. Iudæi in escis diem inter diem iudicare non poterant. Ergo diei ieiunia & abstinentia dicit, quæ non sunt sub certo modo legi redacta. Vnusquisque tantum faciat quantum potest, & quantum mercedis habere uoluerit. Vnde sequitur, ut unusquisque id faciat in tali causa duntaxat, quod melius iudicauerit.

» Et qui manducat, domino manducat] Quia propter deum manducat, ut prædicando Euangelium possit habere uirtutem, per quã conuersi gratias referant deo, non suæ gulæ studens, sed aliorum salutem. Et qui non manducat, domino non manducat] Quia per exemplum illius multi saluantur. Et gratias agit deo, hoc est, non solum labijs, sed exemplis & operibus. Nemo]

Fideliu. Sibi uiuit, & nemo sibi moritur] Quia Christus pro omnibus mortuus est, ut & qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed illi. Cauendum est autem, ne nos econtrario, aut nobis uiuamus manducando, aut propter homines moriamur ieiunando. In hoc enim uixit Christus, & mortuus est] Aduentus Christi & uiuos inueniet, & mortuos suscitabit, quoniam uiuis ostendit uiam salutis, & se obtulit pro eis, mortuos uero liberauit de inferno, tam uiuorum quam mortuorum dominatur, ex perditis enim iterum reformauit sibi illos in seruos. Puto quod duobus modis constat in omnem creaturam Christi dominatio, uno quo uis maiestatis & necessitate potentie dominatur: Altero, quo rationabilis spiritus expectat, ut sponte ueniat, ut uoluntate & non necessitate bonum quærat, et docendo magis quam imperando, inuitando potius quam extorquendo persuadeat. Inde denique usque ad mortem dignatur uolentibus peccato & uitijs immori, dereliqueret exemplum, & propter hoc in presenti loco Apostolus dicit. Idcirco eum mortuum esse, & uixisse, ut & uiuorum, & mortuorum dominetur: uiuorum profecto illorum, qui resurrectionis eius exemplo, nouam & celestem in terris exigunt uitam: mortuorum illorum sine dubio, qui mortificationem Christi in corpore circumferunt, & mortificant membra sua, quæ sunt super terram. Tu autem quid iudicas fratrem tuum? Docet non oportere in hac re iudicare, quia nec continetur in lege, propterea deum iudicem expectemus. Et confitebitur omnis lingua deo] Hoc est, tria genera filiorum Noæ, de Sem enim xxvii. de Cham xxii. de Iapheth xxiii. linguarum, hoc est Lxxii. natæ sunt. Sed in hoc iudicate] Hoc est, ut non carnem manducetis coram abstinate quolibet, uel coram infirmo ludæo in fide.

D

Sibi sapere.
Dominium Christi duplex in homines.

Nam si propter escam frater tuus contristatur] Sed illum non dixit, propter ieiunium, qui aut infirmatur, aut abstinet, tuo exemplo prouoces aut compellas. Iam non secundum charitatem ambulas] Quia in uitijs manducas, quod illi non expedit. Etiam non diligis proximum sicut te, si non illius utilitatem cogitas quasi tuam. Noli cibo tuo illum perdere] Non dixit abstinentia tua, sicut quidam uolunt. Non ergo blasphemetur bonum nostrum] Bonum, hoc est, libertas, quam habemus in domino, ut omnia nobis munda sint, non cauta

Septuaginta lingue unde nata.

A ea ita debemus uti, ut uideamur propter gulam & epulas ambulasse. Bonum nostrum, hoc est doctrina dominica, cum sit bona & salutaris, non debet blasphemari per rem fragilem: blasphematur autem, cum dubitatur de dei creatura. Blaspheatur deus in creaturis.

» Non est enim regnum dei esca & potus] Hoc est, non propter escam iustificamur &c. Sed & hoc notandum, quia non dixerit ieiunium & sobrietas non est regnum dei, sed esca & potus. Sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto] Quæ per abstinentiam facilius custoditur: ubi uero iustitia, sicut se proximum diligendo, ibi & pax: & ubi pax, ibi & gaudium spirituale, quia ex dissensione semper tristitia & molestia generantur. Itaque quæ pacis sunt sectemur] Hoc est, ut non inuicem de huiusmodi iudicemus. Et quæ ædificationis sunt inuicem custodiamus] Hoc est, quæ fratrem non offendunt, ædificat autem abstinentia. Noli propter escam destruere opus dei] Hominem scilicet creatum a deo. Omnia quidem sunt munda] Repetit quod superius dixerat, ne creaturam damnare uideatur. Bonum enim est non manducare carnem, & non bibere uinum] Exponit quid sit, per quod offendi dicebat infirmum, offenditur sensu, scandalizatur fide, quæ est offensio maior. Aut infirmatur] Scilicet pudicitia: Vinum enim & mulieres apostatare faciunt etiam sapientes: quod autem dixit: Habes penes te ipsum] Instans resecat, ne magis in ostentatione sit, quam uirtute quod credimus, uel quod non mordet conscientiam in eo quod facit. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat] Hoc est, qui non suam firmitatem probando se considerat, sed alterius infirmam salutem. Qui autem discernit, si manducauerit damnatus est] Id est, qui se ita disiudicat: id ipsum est enim discretio & iudicium, quia & iudicium discernendo fit, & discretio iudicando: Vel, discernit credens malum esse illud, uel illud manducare, & tamen manducat contra fidem suam, iam damnatus est. Quia non ex fide] Quæ per charitatem operatur, quicquid enim alium destruit, ex fide non est, & idcirco peccatum est.

» quod superius dixerat, ne creaturam damnare uideatur. Bonum enim est non manducare carnem, & non bibere uinum] Exponit quid sit, per quod offendi dicebat infirmum, offenditur sensu, scandalizatur fide, quæ est offensio maior. Aut infirmatur] Scilicet pudicitia: Vinum enim & mulieres apostatare faciunt etiam sapientes: quod autem dixit: Habes penes te ipsum] Instans resecat, ne magis in ostentatione sit, quam uirtute quod credimus, uel quod non mordet conscientiam in eo quod facit. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat] Hoc est, qui non suam firmitatem probando se considerat, sed alterius infirmam salutem. Qui autem discernit, si manducauerit damnatus est] Id est, qui se ita disiudicat: id ipsum est enim discretio & iudicium, quia & iudicium discernendo fit, & discretio iudicando: Vel, discernit credens malum esse illud, uel illud manducare, & tamen manducat contra fidem suam, iam damnatus est. Quia non ex fide] Quæ per charitatem operatur, quicquid enim alium destruit, ex fide non est, & idcirco peccatum est.

» quod superius dixerat, ne creaturam damnare uideatur. Bonum enim est non manducare carnem, & non bibere uinum] Exponit quid sit, per quod offendi dicebat infirmum, offenditur sensu, scandalizatur fide, quæ est offensio maior. Aut infirmatur] Scilicet pudicitia: Vinum enim & mulieres apostatare faciunt etiam sapientes: quod autem dixit: Habes penes te ipsum] Instans resecat, ne magis in ostentatione sit, quam uirtute quod credimus, uel quod non mordet conscientiam in eo quod facit. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat] Hoc est, qui non suam firmitatem probando se considerat, sed alterius infirmam salutem. Qui autem discernit, si manducauerit damnatus est] Id est, qui se ita disiudicat: id ipsum est enim discretio & iudicium, quia & iudicium discernendo fit, & discretio iudicando: Vel, discernit credens malum esse illud, uel illud manducare, & tamen manducat contra fidem suam, iam damnatus est. Quia non ex fide] Quæ per charitatem operatur, quicquid enim alium destruit, ex fide non est, & idcirco peccatum est.

» quod superius dixerat, ne creaturam damnare uideatur. Bonum enim est non manducare carnem, & non bibere uinum] Exponit quid sit, per quod offendi dicebat infirmum, offenditur sensu, scandalizatur fide, quæ est offensio maior. Aut infirmatur] Scilicet pudicitia: Vinum enim & mulieres apostatare faciunt etiam sapientes: quod autem dixit: Habes penes te ipsum] Instans resecat, ne magis in ostentatione sit, quam uirtute quod credimus, uel quod non mordet conscientiam in eo quod facit. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat] Hoc est, qui non suam firmitatem probando se considerat, sed alterius infirmam salutem. Qui autem discernit, si manducauerit damnatus est] Id est, qui se ita disiudicat: id ipsum est enim discretio & iudicium, quia & iudicium discernendo fit, & discretio iudicando: Vel, discernit credens malum esse illud, uel illud manducare, & tamen manducat contra fidem suam, iam damnatus est. Quia non ex fide] Quæ per charitatem operatur, quicquid enim alium destruit, ex fide non est, & idcirco peccatum est.

» quod superius dixerat, ne creaturam damnare uideatur. Bonum enim est non manducare carnem, & non bibere uinum] Exponit quid sit, per quod offendi dicebat infirmum, offenditur sensu, scandalizatur fide, quæ est offensio maior. Aut infirmatur] Scilicet pudicitia: Vinum enim & mulieres apostatare faciunt etiam sapientes: quod autem dixit: Habes penes te ipsum] Instans resecat, ne magis in ostentatione sit, quam uirtute quod credimus, uel quod non mordet conscientiam in eo quod facit. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat] Hoc est, qui non suam firmitatem probando se considerat, sed alterius infirmam salutem. Qui autem discernit, si manducauerit damnatus est] Id est, qui se ita disiudicat: id ipsum est enim discretio & iudicium, quia & iudicium discernendo fit, & discretio iudicando: Vel, discernit credens malum esse illud, uel illud manducare, & tamen manducat contra fidem suam, iam damnatus est. Quia non ex fide] Quæ per charitatem operatur, quicquid enim alium destruit, ex fide non est, & idcirco peccatum est.

» quod superius dixerat, ne creaturam damnare uideatur. Bonum enim est non manducare carnem, & non bibere uinum] Exponit quid sit, per quod offendi dicebat infirmum, offenditur sensu, scandalizatur fide, quæ est offensio maior. Aut infirmatur] Scilicet pudicitia: Vinum enim & mulieres apostatare faciunt etiam sapientes: quod autem dixit: Habes penes te ipsum] Instans resecat, ne magis in ostentatione sit, quam uirtute quod credimus, uel quod non mordet conscientiam in eo quod facit. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat] Hoc est, qui non suam firmitatem probando se considerat, sed alterius infirmam salutem. Qui autem discernit, si manducauerit damnatus est] Id est, qui se ita disiudicat: id ipsum est enim discretio & iudicium, quia & iudicium discernendo fit, & discretio iudicando: Vel, discernit credens malum esse illud, uel illud manducare, & tamen manducat contra fidem suam, iam damnatus est. Quia non ex fide] Quæ per charitatem operatur, quicquid enim alium destruit, ex fide non est, & idcirco peccatum est.

CAPUT XV.

» **I**T non nobis placere] Id est, ut propria commoda querentes, nostram faciamus uoluntatem. Ad bonam ædificationem] Ostendit modum placendi & causam, ne ad uanam gloriam placeamus, simul & cum dicit: Bonam ædificationem esse ostendit & malam, ut est illud: Aedificabitur ad manducandum idolothita. Etenim Christus non sibi placuit] Ideo uos qui membra Christi estis, non debetis placere uobismetipsis. Imitator & discipulus Christi, non querit suum commodum: ille enim ob aliorum salutem etiam mortuus est, & impropria amarissima subportauit dicentium: Vah qui destruebas templum dei &c. Quod si requiras cur exemplum, quod e Psalmo protulit, ita habeat, quasi impropria, quæ improprietur deo, ceciderint super Christum. Ita possumus explanare, quod sicut dixit: Qui me recipit, recipit eum qui me misit. Ita & hoc accipi potest: quia qui mihi improprietur, improprietur ei qui misit me. Vt per patientiam & consolationem scripturarum] Per scripturarum consolationem & solatia, spem futurorum patientissime expectamus, sicut scriptum est: Pax multa diligentibus nomen tuum, m & non est


» **I**T non nobis placere] Id est, ut propria commoda querentes, nostram faciamus uoluntatem. Ad bonam ædificationem] Ostendit modum placendi & causam, ne ad uanam gloriam placeamus, simul & cum dicit: Bonam ædificationem esse ostendit & malam, ut est illud: Aedificabitur ad manducandum idolothita. Etenim Christus non sibi placuit] Ideo uos qui membra Christi estis, non debetis placere uobismetipsis. Imitator & discipulus Christi, non querit suum commodum: ille enim ob aliorum salutem etiam mortuus est, & impropria amarissima subportauit dicentium: Vah qui destruebas templum dei &c. Quod si requiras cur exemplum, quod e Psalmo protulit, ita habeat, quasi impropria, quæ improprietur deo, ceciderint super Christum. Ita possumus explanare, quod sicut dixit: Qui me recipit, recipit eum qui me misit. Ita & hoc accipi potest: quia qui mihi improprietur, improprietur ei qui misit me. Vt per patientiam & consolationem scripturarum] Per scripturarum consolationem & solatia, spem futurorum patientissime expectamus, sicut scriptum est: Pax multa diligentibus nomen tuum, m & non est

» **I**T non nobis placere] Id est, ut propria commoda querentes, nostram faciamus uoluntatem. Ad bonam ædificationem] Ostendit modum placendi & causam, ne ad uanam gloriam placeamus, simul & cum dicit: Bonam ædificationem esse ostendit & malam, ut est illud: Aedificabitur ad manducandum idolothita. Etenim Christus non sibi placuit] Ideo uos qui membra Christi estis, non debetis placere uobismetipsis. Imitator & discipulus Christi, non querit suum commodum: ille enim ob aliorum salutem etiam mortuus est, & impropria amarissima subportauit dicentium: Vah qui destruebas templum dei &c. Quod si requiras cur exemplum, quod e Psalmo protulit, ita habeat, quasi impropria, quæ improprietur deo, ceciderint super Christum. Ita possumus explanare, quod sicut dixit: Qui me recipit, recipit eum qui me misit. Ita & hoc accipi potest: quia qui mihi improprietur, improprietur ei qui misit me. Vt per patientiam & consolationem scripturarum] Per scripturarum consolationem & solatia, spem futurorum patientissime expectamus, sicut scriptum est: Pax multa diligentibus nomen tuum, m & non est

C & non est in illis scandalum: Hoc est, qui consolatione legis utuntur, moueri nulla tentatione possunt, ut per exempla patientiæ & consolationis eorum, quæ scripta sunt, speremus consolationem & in presentibus, & sicut Lazarus in futuro. Magni etenim causæ solatiū est, si quod nos patimur, dominum nostrū & sanctos eius sciamus esse perpeffos. Itē & consolationē scripturarū, id est, ut ipsa exhortatione proficiamus ad spem, non diffidentes de promissis, si adhuc
Consolatio scripturarum.
 „ tardent. Spem habeamus] Id est promissionis, ut spes præmiij, solatiū sit
 „ laboris. Secundum Iesum Christum] Ut unusquisq; quærat alterius salutē
 „ quasi suam, sicut Christus sua morte omnes saluauit à morte. In uno ore hor
 „ norificetis deum] Vnum os dicitur, ubi unus atq; idem per diuersorum ora
 „ sensus & sermo procedit. Propter quod suscipite inuicem] Propter hono
 „ rē dei inuicem onera uestra portate, & sic adimplebitis legē Christi; qui nos sus
 „ cepit in se, cum essemus impij, quanto ergo magis nos inuicem, ut similes nos
 „ stri sustinere debemus? Dico enim Iesum Christum ministrum fuisse circū
 „ cisionis] Iterum utrumq; populum ad unitatem hortatur. Consentio uobis
 „ ò Iudæi, quia Christus uobis promissus, ad uos uenerit primum, & Gentes
 „ propter misericordiam dei uocatae sunt, tamen unum estis corpus effecti; Non
 „ enim uenit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem
 „ pro multis. Ad confirmandas promissiones patrum] Ut uidelicet impletet
 „ quod promisit patribus; cui plus dimittitur, plus diligit. Sicut scriptum est:
 „ Propter hoc confitebor tibi in Gentibus domine] Hoc est, faciam Gentes
 „ confiteri tibi in Gentibus domine. Vox Christi est ad patrē, Tulitq; Iudæis ar
 „ rogantiam, cum de Gentium salute dicit esse prædictum; Christus autem in
 „ Gentibus confitesur eos misericordiam consecutos, quia & ipsi sunt in corpo
 „ re eius per baptismum. Latamini Gentes] Hoc in Deuteronomio scriptū
 „ est. Cum plebe eius] Hoc est, cum Israël. Erit radix Iesse] Radix Iesse,
 „ est arbor David, quæ fructum fecit per ramum, qui est Maria uirgo, quæ Chri
 „ stum genuit. Deus autem spei repleat uos omni gaudio] Omne gaudium
 „ fidelium, in spe debet esse futura. Deus spei, id est in quo speratur uita futura:
 „ Ibi autem omne gaudium, ubi pax est; nullum uero in dissensione gaudium,
 „ sed uniuersa moestitia. In uirtute spiritus sancti] Si enim qui credit uirtute
 „ spiritus sancti munitur, certum est, quod plenitudinem gaudij semper habe
 „ at, & plenitudinem pacis. Aliter: Et uirtute spiritus sancti, quia abundantia
 „ spei in spiritus uirtutibus consistit, & signis. Certus sum autem & ipse de uo
 „ bis] Bonus doctor laudando prouocat ad profectum, ut erubescāt tales non
 „ esse, quales ab Apostolo esse putabantur. Et repleti omni scientia] Hoc
 „ est, ueteris & noui Testamēti. Audacius autem scripsi uobis] Ideo magis
 „ scribendi fidutiam habui, quia noui uos ut prudentes cito accipere rationem,
 „ sicut scriptum est: Argue sapientem, & amabit te. Tanquam commemorans]
 „ Hoc est, recordans uos esse prudentes, siue ut non ignaros doceo, sed ut scien
 „ tes commemoro. Propter gratiam quæ data est] Non propter commoda
 „ terrena, uel laudem, sed ut impleam officium quod accepi. Sanctificans Euā
 „ gelium] Meo exemplo sanctum esse demonstrans; quidam enim ut humanū
 „ contemnunt, quod prædicant ut diuinum, & ita fit, ut res sancta uideatur esse
 „ non sancta, cum non perficitur sancte. Vnde dicitur: sanctificate ieiunium,
 „ hoc est, sanctum facite, siue monstrate. Ut fiat oblatio Gentium accepta] Ut
 „ exemplo meo Gentes efficiantur hostia deo accepta, non igne sanctificata,
 „ uel suscepta,

A uel suscepta, sed spiritu sancto, sicut scriptum est: Quia sedit super Apostolos *Act. 2.*
 „ quasi ignis, & uisæ sunt illis uariæ linguæ. Habeo igitur gloriam in Christo]
 „ Sciendum sanè est, quia hic Latini gloriam pro gloriatione posterunt: Qui glo
 „ riatur, in domino gloriatur. Gloriam igitur habeo ad dominum, licet apud ho
 „ mines infamer, & maculer. Non enim audeo aliquid loqui eorū, quæ per
 „ me non efficit Christus] Non ausus sum dicere, aliquid me in his duntaxat
 „ rebus propria uirtute fecisse, & nō omnia per me esse dominū operatū. Signa *Signa.*
 „ minora, hoc est sanitates uiuorum, Prodigia, maiora, ueluti est suscitatio mor
 „ tuorum. Signa uocantur, in quibus sit aliquid mirabile, indicant quoq; aliquid
 „ futurum. Prodigia uero, in quibus tantummodo mirabile aliquid ostenditur.
 „ Sed sicut scriptum est] Ostendit suum laborē ante prædictum. Videbūt] *Esā. 52.*
 „ Videtur Christus in Apostolis per uirtutes, quas in eius nomine faciebant.
 „ Propter quod & impediēbar plurimum uenire ad uos] Fundaui ecclesias
 „ occupatione detentus, in his regionibus, Achaia & Macedonia, uel ab Hieru
 „ salem in Illyricū. Sed cum proficisci cœpero in Hispaniam] Vtrum uero in
 „ Hispaniam uenerit, incertum habetur. Spero quod præteriens Iudæam, uos,
 „ & à uobis deducar illuc] Quia ita uos exhibetis, ut nec apud uos locum aut
 „ necessitatem habeam diutius remorandi: ideo & ex parte illis fuisse dicit, quia
 „ credere non indigebant, sed tantummodo confirmari; siue ideo ex parte, quia
 „ nulla magnitudo temporis faciat charitatem. Nunc igitur proficiscar in Hie
 „ rusalem ministrare sanctis] Sancti erant in Hierusalem, qui omnibus suis di
 „ stractis, & ante Apostolorū pedes depositis, orationi, & delectationi, ac doctri
 „ næ uacabant. Probauerunt enim Macedones] Probauerunt autem hoc sibi
 „ utile fore, si collationem aliquam sumptuum facerent sanctis. Quod autem
 „ placuit Macedoniae & Achaia] Subtiliter ac uerecunde dum Corinthios lau
 „ dat, hortatur Romanos; facilius enim deuotæ mentes ad benefaciendum exem
 „ plis, quam sermonibus inuitantur. Quomodo si spiritualium eorum partici
 „ pes facti sunt Gentiles] Id est, doctrinæ & orationis, reliqui doctores ex
 „ ipsis habebant, & socij fuerāt pinguedinis radices: ideo & unusquisq; qui quo
 „ abundat, debet alteri impartire. In abundantia benedictionis Christi ueniā] *Exempla effi
 „ caciſſima ad
 „ persuadendū.*
 „ Quia abundantius in aduentu meo Christus in uobis benedicetur: siue benedi
 „ ctionis, id est gratiæ Christi. Obsequij mei oblatio] Id est, elemosyna quā
 „ porto. Accepta] Gratia. Ut cum gaudio ueniam ad uos] Si uidelicet san
 „ cti acceperint hanc elemosynam. Ut refrigerer uobiscum] Non corporale
 „ utiq; requiem quærit Paulus, sed illam quæ consolationem habet ex deo, sicut *Qualem requi
 „ em Paulus
 „ quæſierit.*
 „ & ipse in primis huius Epistolæ partibus dixit: Consolari in uobis, per eam
 „ quæ inuicem est fidem uestram atq; meam. Deus autem pacis sit cum omni
 „ bus uobis] Deus pacis Christus est, qui non nisi in pacificis habitat. Pulchre
 „ autem in pace finiuit, duobus populis ad pacis concordiam reuocatis.

CAPVT XVI.



Commendo uobis Phœben sororem nostrā, quæ est in mini
 „ sterio ecclesiæ, quæ est Cenchris] Hoc iam quasi finito textu
 „ Epistolæ, ut solet cōmendationis, uel salutatiōis gratia subter
 „ adnexuit. Quæ est in ministerio ecclesiæ] Sicut etiā nūc in
 „ orientalibus locis Diaconis se mulieres in suo sexu ministrare
 „ uidentur, in baptismo siue in ministerio uerbi, quia priuatim
 „ docuisse foeminas inuenim⁹, sicut Priscilla, cuius uir Aquila uocabat, hij duo
 „ *Fœminas do
 „ cuiſe nonnū
 „ quam.
 „ Priscilla.*

Cæsum Paulum uirgis, uino, oleoq; & alijs rebus medicati sunt: hanc ministrã esse ecclesiæ Cenchrus ait: & quia multis adiutorio fuit, etiã ipsa ad adiuuandũ peregrinationis causa dicit. Cenchrus portus Corinthi, quia oēs qui ad Corinthum ueniunt, mansionem Cenchrus habent. Vt assistatis ei] Siue sumptibus, siue solatio adiuuetis eam. Adiutores meos] Id est, in opere doctrinæ. Omnes autem quos salutat, intelligimus ex hominibus fuisse peregrinis, per quorum exempla ac doctrinam, non absurde existimamus credidisse Romanos. Qui est primitiu⁹ Asiæ] Hoc est, qui primus credidit Christo in ecclesia. Quæ multum laborauit in uobis] Docet & in hoc debere etiam foeminas laborare pro ecclesijs dei: Nam & laborant, cum docent adolescentulas sobrias esse, diligere uiros suos, filios enutrire, pudicas esse, castas, domum bene regentes, benignas, subditas uiris suis, hospitio recipere, sanctorum pedes lauare. Cognatos meos] Potest quidem fieri, ut & secundum carnem isti cognati fuerint Pauli, & ante ipsum crediderint in Christo. Et nobiles habitati sunt in Apostolis Christi, de quibus possibile est & illud intelligi, quod fortassis ex illis Septuaginta duobus, qui & Apostoli nominati sunt fuerint, & ideo nobiles suorum & in Apostolis dicat, & in his Apostolis, qui ante eum fuerunt. Concaptiuos] Tolerando ab Iudæis persecutiones. Salutate Ampliatum] Hunc quasi amicum salutat, sed in domino amicum, non tantum qui interfuerit labori eius, aut captiuitati. Adiutorem meum] Adiutor autem Apostoli in Christo, non alius intelligitur, quam Apostolici operis particeps. Probum in domino] Hoc est, probatum, qui in multis tribulationibus probatus est. Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo] Quoniam nihil otiosum & in literis Apostolicis additur, uel minuitur, istos qui sunt uel de domo, uel de familia Aristoboli, non frustra, neque dilectos, neque probos, neque adiutores in Christo nominat, sed forte qui nihil tale habebant in meritis, idcirco eos solo titulo salutationis honorauit. Aristobolus iste intelligitur congregator fuisse fratrum in Christo. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo] Videntur quidem plures fuisse ex domo, uel familia Narcissi, sed non omnes in domino fuisse, & ideo addidit, eos salutandos esse, qui sunt in domino. Salutate Rufum] Huc usque Iudæos, nunc Romanos salutat. Et matrem eius & meam] Aetate, non partu. Salutate Asyncritum &c.] De istis simplex est saluatio, nec aliquid eis insigne laudis adiungitur. Suo exemplo nos docet, quales amicos debeamus nostris literis salutare, non diuites seculi facultatibus, uel dignitatibus honoratos, sed gratia ac fide locupletes. Herman] Puto autem quod Hermas iste sit scriptor libelli illius, qui Pastor appellatur, quæ scriptura ualde mihi utilis uidetur, & ut puto diuinitus inspirata, quod uero nihil ei laudis ascripsit, illud declarat, post multa peccata ad poenitentiam fuisse conuersum. Salutate Philologum] Hii homines unanimis intelliguntur fuisse, quos hac causa simul salutat, quorum meritum ex his, qui simul cum eis erant dinoscitur, sanctos nuncupat eos, ut merito illos salutare uideatur. In osculo sancto] Ex hoc sermone, alijsq; nonnullis similibus, mos ecclesijs traditus est, ut post orationem osculo se inuicem suscipiant fratres. Hoc autem osculum sanctum appellat Apostolus, quo nomine illud docet, ut casta sint oscula, quæ in ecclesijs dantur; tum deinde ut simulata non sint, sicut fuerunt Iudæ, qui osculum labijs dabat, & perditionem corde

A corde tractabat. Osculum uero fidelis primo, ut diximus, castum sit, tum deinde pacem in se, simplicitatemque habeat, in charitate non ficta.

» Fratres, obsecro uos, ut obseruetis eos, qui dissensiones, & offendicula præter doctrinam, quam uos didicistis, faciunt] Alienus uobis sit, nec omnino recipiatur inter uos qui certamina commouet, qui serit iurgia, qui lites excitat, & studia contentionis exercet. Qui enim tales sunt, Christo domino nostro, qui est nostra pax, non seruiunt. De illis dicit, qui ex circumcisione illo tempore uenerant, ieiunia & abstinentiam destruentes, & neomenias, & sabbata, & cæteras ferias uentris gratia prædicabant, dissentientes ab Apostolica doctrina, & fratribus offendicula præparantes. Vestra enim obedientia in omni loco diuulgata est] Hoc est, si illis obedistis, quibus obedire non debuistis, quanto magis nobis obedire debetis? Subtiliter sanè Paulus indiscretam & facilem Romanorum obedientiam notat, eamq; asserit ubique non laudatam, sed peruulgatam: sed ne eos rursum, si pro hoc apertius castigaret, inobedientes efficeret, addidit: In uobis igitur gaudeo] Gaudet Paulus super obedientes, certus, quod cum docuerit eos non uulgari obedientia, quam incaute omnibus præbent uti debere, sed illa sola qua obedire oportet deo magis q̄ hominibus, relictis cæteris ipsa sola utantur. Volo enim uos sapientes esse in bono] Simile est hoc illi dicto, quod ad Corinthios scribit, dicens: Malitia paruuli estote, ut sensibus perfecti sitis. Sed & illud quod dominus ait: quia filij huius seculi prudentiores sunt, quam filij lucis in generatione sua: huic conuenit dicto: Filij autem seculi huius prudentiores sunt in malitia, pro eo quod aliquid semper profundius & subtilius inueniunt in ea, unde plus noceant, & uementius lædant. In bono autem stulti sunt: uix enim inueniunt quid faciãt boni. E contrario uero Paulus uult nos sapientes esse in bono, hoc est, semper plus inuenire aliquid, plus exquirere, et profundius cogitare quid faciamus boni: Ita ut etiam si impediamur per alicuius malitiam ab opere bono, nos si sapientes sumus excogitemus, quomodo si bonum opus non possumus, uel sermonem bonum proferamus, quia si nec hoc licet, uotum saltem bonum, & animum demonstramus. Sic ergo sapientes esse in bono debemus: simplices in malo. Ut si pulsamur malitia & iniuria, non simus callidi & uersuti, artes & argumenta quærentes, quibus reddere malum pro malo, & nequitiam pro nequitia debeamus. Sed in tali loco meminisse debemus illius sententia, quæ dicit: Si quis uult sapiens esse apud deum, stultus fiat in hoc mundo. Simus ergo stulti, accipientes iniuriam, & non reddentes, ut sapientes simus apud deum, qui dixit: Mihi uindictam, & ego retribuam, dicit dominus. Quomodo potest idem ipse & sapiens esse, & stultus? Respice ad artes istas, quæ in usu hominum habentur, quomodo ille, qui uerbi causa sapientissimus grammaticus, in arte fabrili insipientissimus: Vel rursus sapientissimus gubernator, quomodo in arte medicinæ inuenitur insipiens: sic ergo possibile est, in his quæ ad deum pertinent esse sapientem, & in his quæ ad seculum pertinent insipientem. Deus autem pacis conterat Satanam] Vt est illud: Dedi uobis potestatem calcandi super scorpiones, & serpentes. Sub pedibus uestris uelociter] Hoc est, sensibus mundis & simplicibus. Videtur mihi in hoc loco dixisse Satanam omnem spiritum, qui credentibus aduersatur. Satanus enim nostra in lingua Aduersarius interpretatur. Quicquid ergo animæ tendenti ad deum resistit & aduersatur, & quicquid

Sapientē esse in bono.

1. Cor. 14.

Lucæ 16.

1. Cor. 3.

Ezech. 9.

Lucæ 10:

Satanas

C paci eius contrarium est, hoc ei Satanas esse nominatur. Ideo deniq; præmisit, dicens: Deus pacis, hoc est, deus cui pax placet, conterat eum, qui contrarius est paci, & dissensiones operatur. Salutat uos Timotheus] Huc usq; salutatores, nunc salutatores dicit. Videtur mihi de his, quos sequestrauit ab omni catalogo salutantiu, plus aliquid sensisse. Deniq; Timotheum adiutorem suum dicit, & omnes simul cognatos suos: Et quidẽ de Timotheo plenissime refertur in Actibus Apostolorum, quod fuerit Derbensis, cuiusdam filius mulieris Iudææ fidelis, ex patre gentili. Lucium quidam perhibent esse Lucam, qui Euangelium scripsit, pro eo quod soleant nomina interdum secundum patriam declinationem, interdum etiam secundum græcam, Romanâq; proferri. Sospiter uero qui his iungitur, suspicor quod sit in Actibus Apostolorum scriptus: Sospiter pater Pyrrhi Beroënsis: Hi cognati sunt fide catholica Paulo. Iason autem Thessalonicensis erat. Ego Tertius] Proprium nomen est, non ordinis, sicut ex Græco codice euidenter cognoscitur, ubi scriptum est: *ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἐγὼ Τέρτιος*, qui scripsi epistolam in domino, id est, in adiutorio domini. Salutat uos Caius] Fertur maiorum traditione, quod hic Caius primus Episcopus fuerit Thessalonicensis ecclesiæ. Hospes meus] Cum quo maneo nunc in hospitio. Erastus arcarius ciuitatis] Ipsum puto esse Erastum, quem dicit, quia remansit Corintho, uidetur dispensator ciuitatis ostendi: Sed non puto quod ex hoc officio magnopere Paulus mentionẽ eius in Epistola sua fecerit, nisi forte aliquid in eo amplius sensit, & arcarium eum, id est, dispensatorem illius ciuitatis dixerit, cuius artifex & conditor deus, & ideo nec nomen posuerit cuius ciuitatis, sed tantum eum arcarium nominauerit. Gratia domini nostri Iesu Christi] Sciendum sanè est, quia omne quod habent homines à deo gratia est: nihil enim ex debito habent: quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei. Itẽ: Gratia domini nostri Iesu Christi: Hæc est subscriptio manus eius in omnibus epistolis, & in ea etiam commemorat beneficia Christi. Et autem qui potens est uos confirmare iuxta Euangelium meum] Subaudi commendo uos, hæretq; cum superioribus, ubi dixit: Commendo uobis Phœben sororem nostram &c. Duas mihi causas Paulus uidetur ostendere, quibus roborantur hi, qui in fide Euangelij confirmantur: unam qua eis prædicatio Pauli, quæ est & Christi prædicatio innotescit: & aliam qua reuelatur eis sacramentum, quod omnium temporibus seculorum in silentio habitum est. Nunc uero] Hoc est, in aduentu Christi, & præsentia corporali manifestum est & apertum, & quantum expectat non sine idoneis testibus, sed scripturis prophetis astipulantibus declaratum existit, ut per prædicationem quidem Euangelij Gentes ad obedientiam fidei uocarentur. Ex reuelatione uero sacramenti agniti à dei sapientia gloria & claritas soli sapienti deo redderetur in secula seculorum. Mysterij, absconditæ uocationis Gentium ad fidem Christi: Quod temporibus æternis in silentio fuit: quod scirent quidem prophætæ, ex scripturis enim prophetis manifestatur: sed hominibus, id est, uulgo non manifestauerint, nec patefecerint, sed silentio texerint. Secundum præceptum æterni dei] Usquo quo tempus adesset ut uerbum caro fieret, & habitaret in nobis, & manifestaretur omnibus Gentibus ad obedientiam fidei. Soli sapienti deo] Sapientem deum non ita accipias, quasi quæ sapientia fecerit sapientem, ut inter homines habetur. Sapiens enim inter homines dicitur unusquisq; ex participatione sapientiæ, deus uero non quasi qui ex sapientia sapiens factus sit, sed qui autor & genitor sapientiæ, sapiens appellatur. Merito soli sapienti deo: Solus enim ita sapiens deus, ut sapientiam

A sapientiam ipse magis genuerit, quum ex sapientia factus sit sapiens. Cui gloria] Recte ei gloria per Iesum Christum refertur, qui ita sapientem esse solum deum, ut ipse sapientiam genuerit Christum Iesum qui est dei uirtus, & dei sapientia declarauit. In secula seculorum] Moris est diuinæ scripturæ, immensitatem per hoc temporum designare. Amen] Aut quasi ad confirmationem omnium quæ superius scripta sunt in fine posuit, per quod uernaculo Hebræorū sermone uera & fidelia esse, quæ sunt scripta signaret. Achaia, frater meus, uel dominus quis, Andronicus, decorus quod standum, Apelles, congregaris eos, Apollo, mirabilis. Arethe, distentio. Aquila, dolens, uel parturiens. Arabes, humiles, uel campestres. Appia, continens, uel libertas. Arastus, frater uidens, uel mons operis amplioris. Aristarchus, suscitans coronam. Aristobolus, suscitans dolore germen. Archippus, longitudo operis. Barnabas, filius consolationis, Bythinia, filia speciosa. Corinthus, oris ipse. Corinthij, ciues, siue decuriones eorū. Claudius, spes tranquillitatis. Cilicia, coetus, uelluctus, uel assumptio, uel uocatio lametabilis. Colceia, uox facta. Crispus, sciens. Chloës, inuestigates, uel oēs, sed meli⁹ conclusio, uel consumptio. Damascus sanguinis pot⁹. Demas, silens. Erastus, frater meus uidens. Epaphroditus, frugifer. Epaphra, uidens, uel recens. Euodia, apprehendentem dominum. Ephelum, uoluntas eius, siue consilium meum. Philetus, declinans. Philologum, ore principium. Galatia, magnifica, uel translatio. Iunia, incipiens. Iulium, incipientem. Lucius, ipse suscitans. Onesimus, respondens. Philippenses, os lampadum. Persida, tentans. Priscilla, agnoscens. Philemon, mire donatus. Paulus, mirabilis. Quartus, plangens superflue. Saulus, tentatio respicientis, uel securitas. Saul, expetitus, uel petitio. Sylvanus, missus. Sodomia, pecus silens. Sosthenis, gaudium da mihi. Sospiter, narrans. Sospitruus, saluans dispersos. Thessalonenses, festinantes. Tharsis, exploratio gaudij. Tertius, adiungens, uel applicans se. Thessalonicam, festinam umbram statuere. Tyberius, uisio eius, siue bonitas eius. Tyranni, continentes. Timotheus, beneficus. Titus, quærens, uel bonum. Tychicus, tacens. Urbanus, luce gaudens.

COLLECTANEORVM IN EPISTOLA
PAULI AD ROMANOS
FINIS.

C SEDVLII SCOTI HY

BERNIENSIS, IN EPISTOLAM PAV
LI AD CORINTHIOS PRIO
REM, COLLECTANEVM.

AVLVVS uocatus Apostolus] Quod nomen suum praeponit Epistolis, autoritatis esse noscendum est: Sicut reges longe positi, his qui sub eorum potestate sunt scribunt, ut quia minoribus epistolas mittunt, sua his nomina praeposant. Vocatus] In uia, uel Beniamin, uel in praesentia dei. Porro quod ait, Apostolus, cuius autem? Christi Iesu, tale mihi uidetur, quasi dixisset, Praefectus praetorij Augusti Caesaris, Magister exercitus Tyberij Caesaris: Vt enim iudices huius seculi, qui nobiliores esse uidentur, ex regibus quibus seruiunt, & ex dignitate qua intumescunt uocabula fortiuntur, ita & Apostolus grandem inter Christianos sibi uindicans dignitatem, Apostolum se Christi titulo praenotauit, ut & ipsa lecturos nominis autoritate terreret, indicans omnes qui in Christo crederent, debere sibi esse subiectos. Et Sosthenes frater] Hunc idcirco secum scribentem inducit, quia & ipsis doctor erat, & pro his ualde sollicitus. Ecclesiam dei] Notat ecclesiam quae non est dei, ut odium ecclesiam malignantium. Cum omnibus qui inuocant nomen domini] Hoc est, non solum opto ut gratia & pax uobis multiplicetur uocatis sanctis, sed omnibus qui inuocant nomen domini nostri. In omni loco] In tota Corinthia. Ipsorum] Id est, Corinthiorum. Et nostro] Quia nostrum est quod ipsorum est. Aliter, inuocare nomen domini proprie est sacerdotum. Vnde scriptum est: Et Samuel inter eos qui inuocant nomen eius; Quem sacerdotem fuisse probat, quia Heli sacerdoti successit, & hostias offerebat, & de eo dominus ait: Suscitabo mihi fidelem sacerdotem, qui licet non ex genere Aaron, tamen de tribu Leui in Paralipomenon fuisse describitur. Hieronymus in tractatu libri Esaiae: In epistola quam scripsit Paulus ad Corinthios, cum ad unius scribatur populum ciuitatis, pro uarietate habitantium, id est sanctorum, & peccatorum; nunc laudat eos, nunc corripit, nunc dolet, nunc reprehendit; nunc prouocat ad continentiam, nuptias non recusat, retrahit ab idololatria, instruit in resurrectionem, digamiae porrigit manum, ne locum tribuat fornicationi. Gratias ago deo meo] Vt solet, primum prouocat profectum laudando, & dicit se quidem gaudere de eorum scientia: sed scire illos debere, quia uera scientia non inflat, neque dissentit. Sicut testimonium Christi confirmatum est in uobis] Testimonium Christi est totum Euangelium, uel illud: Omnis Scriba doctus in regno caelorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & uetera. Ita ut nihil uobis desit] Vnde Solomon ait: Venerunt mihi omnia bona cum illa. Expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi] Ille uere expectat aduentum domini, qui in omnibus praeparatus est. Ideo autem reuelatio dicitur aduentus domini, quia modo absconditum est a nobis. Qui & confirmabit uos] Sua scilicet doctrina. Vsq; in finem] Vel uestrae praesentis uitae, siue perfectionis. Sine crimine] Principali. Fidelis deus] Qui reddet uobis mercedem

Psal. 25.

D
Psal. 98.Summa coru
que tractan
tur in epistola
CorinthiorumTestimonium
Christi.

Acedem sicut promisit. Per quem uocati estis] Vt: Nemo uenit ad me, nisi Ioan. 6.
pater traxerit eum. In societatem filij eius] Si enim socij fuerimus passio-
num, erimus socij in gloria. Obsecro autem uos fratres] Huc usq; cum lau-
de praefatio, hinc iam contra dissensiones aggreditur, ut idem ipse dicit: Vnum
sit uerbum, & unus sensus in omnibus uobis. Schismata] Contentiones pro do-
ctoribus. Significatum est mihi ab his qui sunt Chloes] Queritur quomo-
do Apostolus credit de absentibus, cum scriptum sit: Ne credas auditui uano.
Sed hanc gratiam ipse habebat, ut sciret quid absentes agerent, ut ad Colossen-
ses dicit: Et si corpore absens, spiritu tamen praesens. Chloes, ciuitas Colos-
sensium est. Ego quidem sum Pauli] In Apostolorum personis hoc de pseu-
doapostolis dicit, qui per sapientiam mundi circumueniebant eos, ut unus-
quisque se dicit esse huius, cuius doctrinam diligebat, cum diuersas doctrinas ha-
beret. Si ergo de ueris Apostolis non permittit dici, quanto magis de falsis di-
ci non licebit? Item. Ego quidem sum Pauli] Hac causa prohibitum est,
duos Episcopos esse in una ciuitate, ut Hieronymus dicit in tractatu epistolae
ad Titum. Ego autem Christi] Pauci dicebant, quod omnes dici debuerunt.
Diuisus est Christus? Diuisum corpus, cum membra dissentiant. Nun-
quid Paulus crucifixus est pro uobis? Ideo in solo Christo gloriandum uo-
bis est, quia ipse uobis haec duo, id est crucem, & baptismum tribuit, non Pau-
lus, nec Apollo. Gratias ago deo meo, quod neminem uestrum baptizauit]
Idcirco neminem uestrum baptizauit, ne quis me putaret in meo nomine
baptizasse. Nisi Crispum & Caium] Qui se non dicunt in meo nomine
baptizatos. Non enim misit me Christus baptizare] Non usurpauit mi-
ra facere, qui potui implere maiora. Item: Qui ad maiora mittitur, minora
non agit. Sed Euangelizare] Quod maius est, ut portet nomen
meum coram regibus & Gentibus. Non in sapientia uerbi] Mundanae phi-
losophiae, in qua uos gloriamini. Ne euacuetur crux Christi] Id est, ut non
eloquentiae fides crucis Christi deputetur: Quia crucem Christi euacuat, qui
aures hominum delectatione permulcet; quia auribus sapientium huius seculi
displicet dicere dominum, qui fecit caelum & terram, posse crucifigi, & tamen
si hoc dici euitetur, euacuat crux Christi. His autem qui salui fiunt] Id est, no-
bis. Virtus dei est] Quia diabolus superauit, & mortem. Perdam sapien-
tiam sapientium] In Esaia sic legitur: Peribit enim sapientia a sapientibus e-
ius, & intellectus prudentium eius abscondetur. Vbi sapiens? Subauditur
apparebit; sapiens, ex Gentibus. Scriba? Doctor legis ex Iudaeis. Con-
quisitor huius seculi? Qui quaerit de occultis naturis huius seculi. Na quia
in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum] Factura mun-
di dei sapientia est fabricata, in qua per sapientiam naturalem, quae ad hoc da-
ta & creata fuerat, debuit cognosci ipse qui fecerat: sed quoniam non cogno-
uerunt homines, alia illis succurritur medicina. Ergo per sapientiam suam, in-
telligendum, per naturalem sapientiam, quae ad hoc data est ut cognoscatur de-
us, quae naturalis sapientia, & dei sapientia dici potest, quod a deo sit creata,
aut certe dei sapientia fons est & creatrix naturalis in hominibus sapientiae.
Placuit deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes] Non quod
uere stultitia sit praedicationis crucis, sed quia secundum putationem infidelium
sic haberetur. Quoniam Iudaei signa petunt] Vt ad Christum dicunt: quod
signum ostendis nobis? Hoc autem faciunt ex consuetudine Prophetarum,
qui saepe signa ipsis faciebant Iudaeis. Et Graeci sapientiam] Artis scilicet
dialecticae

Chloes.

Duobus Epi-
scopis in una
ciuitate esse
non licet.Non misum
Paulum ad
baptizandum.Crucem Chri-
sti euacuari.

Esa. 29.

Naturalis sapi-
entia.

Matth. 24.

C dialecticæ & humanæ sapientiæ. Iudæis quidem scandalum] Iudæi scanda-
 lizantur, si audiunt Christum à se crucifixum. Siue scandalum illis est audire
 Christum mori potuisse, quæ illi quasi immortalem spectant, dicebant enim:
 Nos audiuius ex lege, quia Christus manet in æternum. Non intelligentes,
 quia primum illum pati oportebat, & sic intrare gloriam suam. Gentibus au-
 tem stultitiam] Hoc est, deū credere crucifixū. Ipsi uero uocatis] Id est
 credentibus ex utriusq;. Christum dei uirtutem] Iudæis petentibus signa,
 quæ de uicta morte hominem reuocant ad uitam. Et dei sapientiā] Græcis
 quærentibus sapientiā, quæ nos à dominatione diaboli liberauit. Quia quod
 stultum est dei] Velle crucifigi. Sapientius est hominib[us] Quia crux Chri-
 sti diabolum fefellit, & uicit, hominesq; liberauit, quod nemo hominum per
 sapientiā suam potuit. Et quod infirmum est dei] Id est, mori for-
 tius est hominibus: quod enim nec gigantes euadere potuerunt, infirmitas
 crucifixi euasit. Videte enim uocationem uestram] Ac si diceret,
 uidete eos per quos uocati estis ad fidem, quod nō sapientes, sed stulti, & pesca-
 tores erant, quādo & ipsi uocati sunt. Aliter: Videte uocationem uestram, hoc
 est, in uobis ipsis o Corinthij probate quod dico, quod stultos uos uocauit, &
 non sapientes. Quia non multi sapientes] Hoc contra illos ait oblique,
 qui se legis peritos, & fortiores Apostolis, & nobiliores ex sacerdotali stirpe
 descendere iactabant. Sed quæ stulta sunt mundi] Stulta, id est corda, uel in-
 genia. Ut confundat sapientes] Id est, seculares, dum non ipsos elegit. Et
 ea quæ non sunt] Id est, sapientiā, fortia, nobilia. Vt ea quæ sunt] Talia,
 hoc est, sapientiā, fortia, nobilia dissiparet. Qui factus est nobis sapientiā]
D Qui sibi semper sapientiā fuit, nobis factus est sapientiā, ut nos faceret sapien-
 tes, & iustos, & sanctos. In domino gloriatur] Non em̄ sibi, sed deo dona
 quæ accepit reputet.

CAPVT II.



I T ego cum uenissem ad uos fratres, ueni non cum eminentia
 sermonum] Noluī pomposum eloquentiæ sermonem iac-
 tate in prædicatione diuina mysteriorū dei, hoc est, incarnati-
 onem Christi, & uocationem Gentium. Et hunc crucifixū]
 Quod stultū apud homines uidet esse. E ego in infirmitate]
 Non iactantia, sed humilitate, seu quod nec plagas, & uindi-
 ctam potenter in aliquos dedi. Timore] Ne uos Christum negaretis. Et
 tremore] Ne meo aliq; exēplo offenderē uos. Et sermo meus] Id est, quo-
 tidiana exhortatio. Prædicatio mea] Publica coram populo doctrina. Nō
 in persuasione humanæ sapientiæ] Quia Dialectici erant Corinthij, noluit
 apud illos disputatione uti, ne hoc quoq; illis noua aliqua Philosophia uideret-
 ur, sed magis illis uirtutes & miracula monstrauit. Sapientiā autē loquimur
 inter perfectos] Ac si diceret, ne putetis nos sapientiā nō habere, quia nos habe-
 mus sapientiā diuinā, sed uos eam nunc capere non potestis, quia adhuc
 lacte nutrimini, & in fide paruuli comprobamini. Neque principum] Hoc
 est, regum, uel Philosophorum, qui in hoc seculo primatum tenere uidentur.
 Dei sapientiā] Christum qui est absconditus ab incredulis & insipien-
 tibus. Quia nemo principū huius seculi cognouit] Hoc est, Pilatus, et Cal-
 phas, & Herodes, & principes Sacerdotum, uel dæmones. Vnde Apostolus de
 principibus & potestatibus huius seculi dicit. Si em̄ cognouissent, nunq; do-
 minum

Corinthij dia-
 lectice studiosi

A minū maiestatis crucifixissent] Et cōtra Marcus Euangelista de dæmonibus Principes
 ait: sciebant em̄ ipsum esse. Si dæmones sciebant, quomodo potestates ignora-
 bant? Quibusdā uidetur principes & potestates huius seculi, Iudæorū maiores
 & principes dixisse, qui iuxta Petri Apostoli dicta, ignorauerūt quod maleface-
 rēt: ait em̄: Scio fratres, quia per ignorantia fecistis hoc malū, sicut & Principes ue-
 stri, Iudæorū Principes hī fuerūt, nō tamē huius seculi Principes dici potuerūt,
 quippe qui in potestate redacti fuerāt Romanorū, profitētes nō se habere re-
 gē nisi Cæsare: Hī autē Principes, quos alio loco signauit Apostol[us] dicens: Nō
 est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principes & po-
 testates, aduersus mūdi tenebrarū harū rectores. Si ergo hī sunt principes, qui
 nesciētes dominū maiestatis Christū esse illū fixerūt, quomō à dæmonib[us] po-
 tuīt sciri? nō aliter scierūt dæmones, q̄ sciebant Principes huius seculi: Sciebāt
 em̄ ipsum esse, qui pmissus erat in lege per signa pphetiæ, non tamē mysteriū
 eius, quod filius dei erat, ex æterno sciebāt, neq; sacramentū incarnationis. Nun-
 quā dominum maiestatis crucifixissent] Pro unitate personæ, & deus dicitur
 crucifix[us], & filius hoīs esse in coelis, cū quādo ista dicebāt domin[us] esset in cor-
 pore. Quod oculus nō uidit] In Esaiā hic habet: A seculo non audierūt auri-
 bus, neq; ceperūt, oculus nō uidit deus absq; te, quæ preparasti expectan-
 tibus te. Ergo memoratorū principū mens hæc uidere nō potuit, quia credere no-
 luerunt. Quidā sanē dicūt, oculus nō uidit, Virginē peperisse: nō auris audiuit
 illud: Tūc iusti fulgebūt sicut sol: Qui habet, inq; t, aures audiēdi audiat. Nec in
 cor hoīs ascendit, cohæredes Christi futuros. Quid uidet oculus? colores: quid
 audit auris? crimina: quid in cor hoīs ascendit? sapientiā. Præcellent[us] est autē o-
 mnib[us], quod præstat deus diligentib[us] se in uitā æternā. Itē quid est, quod Apostol[us]
 dicit ex Esaiā Propheta, quod oculus nō uidit? Hoc sensu Apostol[us] dixisse credē-
 dus est, quod carnalibus oculis, & aure carnali, & cogitatione mortali, nō pos-
 sunt spiritualia cōprehendi, dicit enim Apostolus: Nobis autē reuelat deus per
 spiritum suum: Si autē reuelatū est Apostolo, intelligere debemus, quod & ille
 alijs reuelauit, nobis autē reuelauit deus per spiritū suum, hoc est, nō merito no-
 stro, sed sua gratia, quia per fidem accepimus spiritū sanctum, qui uoluntate
 dei nobis ostendit. Sancti uidebunt, quod Paulus testatur: nobis autē reuelauit
 per spiritū sanctum, quod futuri sumus, ut Ioannes testatur, quia eum uidebi-
 mus sicut est. Quis enim scit hominū, quæ hominis sunt] Id est, quæ cogita-
 tiones uersantur in homine. Nisi spiritus hominis] Hoc est, conscientia, ut
 Hieronymus exponit. Non doctis humanæ sapientiæ uerbis] Quæ uobis
 annūtiāmus, nō à Philosophis, uel Grammaticis, sed à spiritu dei eruditi sum[us].
 Spiritualibus] Hoīb[us], qui capere possunt. Spiritualia] Documēta. Cō-
 parantes] Prædicātes. Animalis autē homo &c.] Qui spiritū dei non habet,
 animalis est, qui ritu animalis uiuit, sola cōmoda carnis sectans: animalis em̄
 habet animā, nō habet intellectū, ideo nō percipit quæ sunt spiritus dei, id est,
 spiritualia, quæ spiritus docet, uerbi gratia: quomō Christus incarnatus sit, uel
 quod gratiæ credētib[us] cōfert crux Christi. Stultitia em̄ est illi] Primo stultitia
 est illi, quādo audit natū dñm, & passum, & resurrexisse: secundo, contemnere
 quæ tua sunt: tertio præbere maxillā, & cætera similiter. Spiritus autē omnia
 dijudicat] Quia omnia discernit, & intelligit, & sensus illius non intelligitur
 ab hoīe carnali. Quis enim cognouit sensum domini] Nisi uidelicet spiritu-
 alis homo? Nos autē sensum domini habem[us]. Dū spirituales sum[us]: hoc autē di-
 cit, ne putarēt quod ille deficeret ad docēdū, cū ipsi imbecilles essent ad audiēdū.

Reuelatum de
 um per spiritū
 quid sit.

Stultitiam esse
 pleriq; fidem
 Christi.
 Rom. 11.



Escam dare.

Fides sine doctrina marcescit.

D

Ignem probationum nostram.

Ignis tribulationis.

Eccl. 27.

IT ego fratres non potui uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Infirmis in fide, & contentiosis. Quasi paruulis. Non aetate carnali, sed in Christo. Si ergo paruuli adhuc illi sunt qui omnem malitiam abiecerunt, quia nondum sunt in uirtute perfecti, quid de illis censendum est, quibus omnis malitia dominatur? Lac] Rudem doctrinam. Non escam] Obscura mysteria, solidamque doctrinam. Aemulationes] In mente zelus. Contentiones] Verbo erga magistros. Secundum hominem] Carnalem conuersationem, non secundum deum. Nonne homines estis? Vult eos plus esse, quam homines. Quid est ergo Apollo? Si nos nihil sumus, uel quos ministros ipsi constituimus, quanto magis pseudoapostoli, quibus credidistis? Et unicuique sicut dominus dedit] Hoc ipsum non ex nobis, sed dei donum est, ut per manus meas signa fierent, quae uos excitarent ad fidem: & Apollo sua uos doctrina firmaret, quia sicut pluuia sine aqua, sic fides sine doctrina marcescit. Si ergo & pluuia & fons dei est, quod nobis ascribitis, quasi aliquid nostrae uirtute fecerimus? Ego plantaui] Fide. Apollo rigauit] Baptismo, uel doctrina. Sed deus incrementum dedit] In bonis operibus. Ita neque qui plantat est aliquid] Nisi dominus incrementum dederit, sine causa laboramus. Nos mercenarii sumus, in agro alieno alienis utimur ferramentis, nihil habemus proprium, nisi mercedem nostrae laboris. Dei enim sumus adiutores] Plantantes & rigantes uineta eius. Dei edificatio estis] Hoc est, templum dei. Alius superaedificat] Id est, Apollo, uel alius quilibet doctor. Quomodo superaedificat: ut diligenter doceat, et rationabiliter. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere] Non est alius Christus, quem possit uobis aliquid praedicare, praeter Iesum, cui fide firmissima credidistis. Aurum, argentum & lapides preciosos] In ecclesia tria genera sunt bonorum, hoc est, bonum, & melius & optimum. Quod autem primo aurum posuit, ut sermo melius texeret, id ad fortitudinem, non ad speciem comparauit: quia argentum fortius auro, ideo meliori ponit loco. Tria est contrarium genera malorum, malum, peius, pessimum, quae lignis, foeno, stipulae comparantur: Aut certe aurum, poenitentia significat; argentum coniugatos; lapides preciosi uirgines. Item, ligna uirginitas, sed imperfecta; foenum, irrationabile matrimonium; stipula poenitentia, sed non uera. Item aurum, cogitationes bonas; argentum, sermones iustos; lapides preciosi, opera perfecta; ligna, uana opera non integra; materia; foenum, uanas cogitationes, quae materia sunt fructuum; stipula, otiosa uerba, arida, sine fructu. Et uniuersumque opus quale sit ignis probabit] Aurum & argentum non solum non ardebunt per ignem, sed & splendidiora radiabunt; ligna uero et concremabunt. Sed examinatione iudicij igni uoluit comparare, iuxta consuetudinem scripturarum, sic tamen quasi per ignem, quia igne purgatorio iudicij probabit. Augustinus autem aliter exponit: Est quidem ignis tentatio tribulationis, de quo dicitur: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Iste ignis in hac interim uita facit, quod Apostolus dicit: sic accidet duobus fidelibus, uni cogitati quae sunt dei, quomodo placeat deo, hoc est, aedificati aurum, argentum, lapides preciosos; Alteri cogitati quae sunt mundi, quomodo placeat uxori, id est, aedificati ligna, foenum, stipula, illius opus exurit, quia ea dilexit, quorum amore cruciaretur. Exurit autem tamen huius, quia sine dolore non pereunt, quae cum amore possessa sunt. Sed quoniam alterutra conditione proposita, eis potius maluit carere, quam Christo, nec timore amittendi talia deserit Christum, quamuis doleat cum amittit: saluus est quidem, sic tamen quasi per ignem, quia uirtus eius dolor rerum quas dilexerat, amissarum, non subuertit fundamenti stabilitatem. Nemo uos seducat] Ac si diceret, dum templum dei estis, nemo uos

Anemo uos uiolet per mundanam sapientiam. Si quis uideat sapientem esse in hoc seculo] In humana sapientia. Stultus fiat] Hoc est, credat deum crucifixum, quod stultitia est Gentibus, percutiunt praebere alteram maxillam, non reddat malum pro malo, quae omnia quasi stulta esse uidentur. Sapientia enim huius mundi] Haec est, malum pro malo reddere, uel Philosophorum inflata scientia atque uetosa. Nescitis quoniam templum dei estis? Ac si diceret: Ideo aurum, & argentum, & lapides preciosos superaedificare, quia templum dei estis, & dum non bene aedificas priuabis, quanto magis uiolans peribit uiolat uero corpus suum peccando, siue ecclesiam per malam doctrinam seducendo, siue exemplum peruersum ostendendo. Reprehendat sapientes] Ad effugiendam manum dei nulla suffragabit illorum astutia. Siue hoc sub Christo impletur, quando uincebat scribas & pharisaeos, astute tentantes eum in quaestionibus. Nemo gloriatur] Ut est illud: Maledictus qui habet spiritum in homine, in doctore Paulo, & Apolo, & pseudoapostolo. Siue uita] Dum per illam seruitis deo, ut mereamini uitam futuram. Seu mors] Quae porta est per quam itur ad regnum. Ergo omnia creata sunt propter sanctos, quae cum nihil habeant, cuncta possident.

Sapientia mundi.

Hierem. 17.

Mors ad uitam porta.

CAPVT IIII.

T ministros Christi] Non ut fundamentum. Hic iam] Id est, in ministerio praedicationis, uel in praesenti seculo. Quaritur] A nobis dispensatoribus. Ut fidelis quis inueniatur] Hoc est, ut unusquisque dispensator fidelis fiat. Ac si diceret: hoc tantum quae rimus, ut fideles inueniamur, & non quarimus laudari a uobis: unde subiicit: Mihi autem pro minimo est, ut a uobis iudicem] Laudis dignus. Aut ab humano die] Sed domini die, id est die iudicij: non ab humano die, in praesenti seculo iudicari, hoc est laudari appeto. Sed neque me ipsum iudico] Hoc est, ego qui conscientiam meam optime noui, neque alijs me excellentior esse iudico. Nihil enim mihi conscius sum] Unde super omnes debeam gloriari. **B** Si hoc Paulus dicit, quod a nobis dici debeat cogitandum est. Sed non in hoc iustificatus sum] In quo me quidam laudat: quia ita quisque aliena laude non iustificatur, ut nec maculatur infamia; unicuique apud deum quod est, non quod dicitur imputatur. Occulta tenebrarum] Id est, opera quae in tenebris aguntur. Propter uos] Propter uestram utilitatem. Nihil enim mihi conscius sum] Id est, in aliquo criminali peccato, postquam per gratiam Saluatoris liberatus sum, et ab omni peccato purgatus. Sed non in hoc iustificatus sum] Licet non sim mihi conscius in aliquo capitali crimine, non tamen ob hoc perfectam iustitiam mihi uindico, propter leuia et minima peccata, quibus nullus sanctus in praesentis uitae curriculo carere potest. Ne supra quae scriptum est] Ut supra scripsi: qui gloriatur, in domino gloriatur. Et: nemo gloriatur in homine. Et: nolite iudicare ante tempus. Quis enim te discernit? Alijs scilicet melior esse: aut quis te discernit a massa perditionis, nisi deus? non merita tua, neque scientia, & tanquam respondentem, fides mea me discernit, merita mea, propositum meum, statim occurrit Apostolus: Quid autem habes quod non accepisti? Quid habes ex teipso nisi peccatum? Iam saturati estis. Doctrina. Diuites] In sapientia. Sine nobis regnatis] Non indigentes nostra doctrina, exemploque. Nos stulti] Ironice loquitur: aut increpantis affectu pronuntiandum est. Utinam regnaueritis] Id est, utinam non essetis falsa gloriacione decepti, forsitan simul regnassetis. Puto enim, quod deus nos] Non ut uos qui regnatis Apostolos nouissimos, nos omnium ultimos ad Gentes tanquam ad mortem direxit. Nouissimos autem dicit tempore, non merito. Sed quidam ex uobis putant nos esse nouissimos Apostolos, nec dignitatis merito primis Apostolis comparandos, qui praesentem in carne dominum comitati sunt. Primi autem Apostoli Prophetam intelligunt, qui missi sunt a

Praeter peccatum nihil ex nobis habemus.

Nouissimi Apostoli.

C deo, Nouissimi uero duodecim Apostoli, aut primi duodecim Apostoli, qui ante passioē suā à dño electi sunt. Nouissimi autē Paulus, & Barnabas, & Apol/ lo, q̄ postea sunt electi. Vel nouissimos, nō ad ordinē, sed ad ministratiōē p̄ti net, quasi dixisset nouissimos esse miseros, & ultimos omnīū, sicut statim subiū git: Spectaculū facti sumus] Omnes spectāt nostras iniurias. Et angelis, & hoībus] Bonis uidelicet & malis. Nos stulti, p̄pter Christū] Hoc est, in tor mētis positi, p̄ Christo, Ironice quæ uidet cōfirmare negat, & quæ uidet nega re, cōfirmat. Vos autē prudētes in Christo] Ut putatis. Nos infirmi] Dum nolumus reddere malū pro malo. Vos nobiles] Vobis nobilitatē terrenā uin dicatis. Vsq̄ in hanc horā] A quo tēpore cōpimus predicare usq̄ nunc. Itē uos autē prudētes in Christo, hoc est, uos ita uultis Christiani esse, ut prudentiā seculi teneatis. Peripsema] Abiecti, humillimi. Peripsema rasura, aut limatu ra cuiuscūq̄ rei. Nō ut confundā uos hęc scribo] Ac si diceret: nō pro glori atione operū meorū honorū hęc dico, sed hęc potius cōmemoro, ne uos glo riemini in mūdāna sapientia, poterāt cōfundi de sua gloria, si eos nō reuelaret; nō em̄ ruborē illorū cupiebat, sed p̄fectionē. Decē milia] Finitus numerus pro infinito. Pædagogorū] Doctorū, nutrientiū & custodientiū uos in fide Christi. Ego uos genui] In nouā uitam reformauī. Imitatores mei estote] Quia honorū filiorū est bonus imitari parentes. Qui uos cōmonefaciat uias meas] Et meis literis, & suo exēplo docebit; aliud em̄ sine alio perfectū esse nō potest. Tanq̄ nō uenturus essem ad uos] Hinc incipit causam fornicationis arguere. Inflatī sunt quidā] In humana scilicet sapiētia; quia omni peccato, & uiro accipiēt uxore patris sui uos cōsentitis. Et in sapiētia humana uos con tenditis, quasi nō peccata essent. Virtutē] Operū & fidei. Non em̄ in sermo ne] Nihil enim p̄dest doctrina sine iustitiæ operibus, ei qui nō facit quod fa ciendū docet. Regnū dei] Id est, acquisitiō regni dei. Quid uultis?] Beni gnus magister est, qui discipulorum correptionē in eorum posuit uoluntate. In uirga ueniā] Id est, uindicta; quali uirga Petrus ad Ananiā & Saphirā: & ipse Paulus ad Magū usus est.

Peripsema.
Docere sine exemplo per se nō sufficit

CAPVT V.

Inflatī estis] Quia uana sciētia inflamini, & curā d̄ his qui pereūt nō habetis, ut aut corrigant, aut ab ecclesia separēt. Et nō magis luxistis] Quia boni pastores semp pro populū peccatis flent. Præsens autē spiritu] Præsentiē dicit spiritu, ne ex solo auditu absentē damnare putare; secundū illud Helisai dicentis ad Giezi: nōne spiritus meus tecum erat in uia? Cum uirtute dñi nostri] Qui pro me erit præsens, literarū mearū autoritate, per quæ dñi quoq̄ uirtus assistere iudicetur. Tradere huiusmodi hominē Sa tanæ] Id est, tortori diabolo, ut tormēto carnis spiritus saluaret; Oportebat em̄ ut per diabolu sanaretur, qui per diabolu peccauit. Non bona gloria uestra] Dicēdo, Ego sum Pauli, &c. Non bona, dum nō corrigitis adulteriū. Totam massam] Ecclesiæ. Corripit] In Græco, fermentat. Vetus fermentū] For nicationē. Ut sitis noua conspersio] Ut in gratia sacri baptismatis consper gamini, sicut cōspergitur farina aqua. Azymi] Sine fermēto peccati. Etem̄ pascha nostrū] Ideo debetis azymi esse, quia iudæi quādo agnū immolabant, azyma cōmedebant, sic & nos debemus. Sed in azymis synceritatis] Similitudine Hebræorum; quia ipsi postquam immolabatur agnus, & post diem pas chæ azyma comedebant per septem dies; sic nos uero agno immolato, tota ui ta nostra

4. Reg. 4.
Tradere Sa tanæ.
In Græco legi tur supor.
Azymis uesci.

A ta nostra, quæ septem diebus peragitur, azymis bonorum operum uescamur. Et ueritatis] Id est, æquitatis iudici; Si enim lactuca erat cū filijs Israël pro fermento, ne cibum insulsum comederent, pro celeritate ambulandi, sic æqui tas iudici & synceritatis cum Christianis. Scripsi uobis] Pro scribo. Vel ideo præteritum dicit, quia cum legerent, tempus scribendi præteritum esset. Non utiq̄ fornicarijs huius mundi] Quod luce clarius est: Ab illis enim o lim separati estis, & idcirco nolite iterum illis commisceri. Si quis frater no minatur] Id est, solo nomine appellatur, cum fornicator detegatur, aut fur, ab hoc separari iubemur. Qui foris sunt] Infideles extra ecclesiam. Qui in tus sunt] Hoc est, fideles intra ecclesiam. Eos autem qui foris sunt deus iu dicabit] Foris ecclesiam sunt hæretici, iudæi, gentiles.

CAPVT VI.

Non uultis] Vdet aliquis uestrum, negociū habens aduersus alterū, iudicari apud infimos? Notandum, quod aliquādo Apostolus in me dia causa quam agit, quosdam inserat sensus, et de latere iactat: quibus explicitis rursū reuertit. Audet ergo aliq̄s uestrū &c. contra scilicet præceptū domini dicentis: Si quis uult tecū con tendere iudicio, tunicā tuam dimitte ei, & palliū. An nescitis quoniā sancti de hoc mundo iudicabūt? Sicut dominus Apostolis promisit, dicens: Sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Is rael, omnibus hoc promittens, qui Apostolos fuerint imitati. Si ergo sancti de hoc mundo iudicabunt, cur de minimis uestris negotijs non iudicant? In uobis iudicabitur] Id est, per uos. Angelos iudicabimus] Illi angeli iu dicabuntur in iudicio, in cōparatione sanctorū hominū ad adquirendū multos ad uitā per celestē doctrinā. Qui contēptibiles sunt in ecclesia] Hoc est, qui minimi sunt in ecclesia; aut certe qui iniurias suas contēnunt; ac si diceret, q̄ mē nores sunt in ecclesijs, & nullis magnorū donorū pollent, ipsi de terrenis nego tijs iudicēt; quatenus per quos nequeūt maiora, minora bona suppleant, quos contēptibiles nominat, & tamē sapiētes uocat, cum dicit. Sic nō est inter uos sapiēs quisq̄] Qua ex re qd aliud colligit, nisi ut hi causas terrenas examinēt, q̄ exteriorū rerū sapiētia accipiūt? Qui autē spiritualibus addicti sunt, terrenis non debēt negotijs implicari; Ac si apertius diceret, qui penetrare intima sapi entia nequeūt, saltē necessaria foris operētur. Itē contēptibiles, q̄ minores sunt in doctrina, quos dona spiritualia non exornāt. Vel contēptibiles, id est, sancti qui à uobis despiciunt. Ad uerecundiā uestrā dico] Nam erubescere debetis eō q̄ nemo sit inter uos tam sapiens, qui nouerit causas inter fratres discernere. Et hoc apud infideles] Duplex peccatū est, & q̄ iudicio contenditis, & quia apud infideles ad iurgā puocatis. Iam qdem omnino delictū est in uobis] Ideo hoc iterat: Nā potuit putare, iudiciū habere aduersus alterū non esse pecca tū, sed tantūmodo peccatū esse extra ecclesiam uelle iudicari, nisi adiūgeret: Iam quidē omnino delictū est inter uos, quia iudicia habetis uobiscū] Et ne q̄s hoc ita excusaret, & diceret, iustū se habere negociū, & iniquitatē se pati, quam uellet à se iudiciū sentētia amoueri, cōtinuo talibus cogitationib⁹ uel excusatio nibus occurrit, & ait: Quare nō magis iniuriā accepistis? Ut impleret illud: Si q̄s uult cōtendere iudicio tecū, & tunicā tuā tollere, dimitte ei & palliū: Sed tamē talia negotia p̄ infirmos iudicari in ecclesia secundū indulgentiā cōcessit fratribus inter fratres iudicātib⁹; extra ecclesiam uero iudicari terribiliter uetat. Sed uos

Lactuce Israēlitarum.
Forte tradat.
Matth. 19.
Iudices rerum humanarum.
Iudicia Christi non agnoscunt.
Matth. 5.

C Sed uos fraudatis] Cum illatam iniuriam secundum præceptum Euangelij, & domini exemplum, patienter sustinere deberetis, uos econtrario non solum non suffertis, sed etiam non facientibus irrogatis. Et hoc fratribus] Id est, uobis, quibus nec quidem uicem reddere inimicis concessum est. An nescitis, quia iniqui regnum dei non possidebunt?] Ac si diceret: dum iniqui regnum dei non possidebunt, nolite uos ipsi iniqui fieri fraudando, & iniuriam faciend. Nolite errare] Hoc est, seduci, existimantes de multis, & non etiam de uno peccato puniendos. Aut nolite errare, uosmetipsos, & alios iniquos putantes regnum dei possidere. Et hoc aliquando fuistis] Sed nunc non estis. Nolite ergo timere de præteritis, tantum ne post baptismum criminum aliquid committatis. Molles sunt, cum quibus uirile perficitur scelus, & quorum uirilisa in pueritia castrabantur, ut semper essent imberbes, & muliebria, hoc est, mollia corpora haberent. Hi ergo apud gentiles in honorem Matris deorum castrabantur: ut Augustinus in libro septimo de Ciuitate dei ostendit, dicens: His autem amputatur uirilitas, ut nec conuertantur in foemina, nec uiri relinquuntur. Et iterum de mollibus: Eidem Matri magnæ contra omnem uirorum, in mulierumque uerecundiam consecrati sunt, qui usque in extremum diem madidis capillis, & facie dealbata, fluentibus membris, incessu foemineo per plateas uicosque Carthaginis, etiam à populis; unde turpiter uiuerent, exigebant: Nihil Varro dicere uoluit, nec usquam legisse me commemorari. Defecit interpretatio, erubuit ratio, conticuit oratio. Sed abluti estis] Scilicet per baptismum. Sed sanctificati estis] Per spiritum sanctum ac uerbum. Sed iustificati estis] In bonis operibus. In nomine domini] Id est, in confessione nominis domini. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt] Quæ de fornicatione tractat, uult materiam fornicationis, id est, gulæ intemperantiam ostendere simul atque destruere. Licet ergo nobis manducare & bibere, sed si subiecerimus nos commestationibus, ipsum licitum perducet nos ad illicitum, hoc est, ad fornicationem; ita & de omnibus intelligendum est, quæcumque peccata non sunt, occasiones possunt tamen dare delictorum. Sed ego sub nullius redigar potestatem] Id est, cibi & rei licitæ redigar potestate, hoc est, non mei dominabitur: non enim sic succumbam ut seruiam. Paulus cui cuncta licent, sub nullius potestate se redigit, quia semetipsum à licitis restringendo, ea quæ delectata premerent, despecta transcendit. Esca uentri] Id est, conuenit uel creata est. Sed domino] Hoc est, ad seruiendum domino, uel ut sit templum domino. Et dominus corpori] Quasi proprio templo. Deus autem suscitauit dominum Iesum] Quia caput nostrum suscitauit, & nos quoque membra eius, si per sanctitatem fuerimus, suscitabit. Ergo debemus membra nostra sanctificare, ut in eo manere mereamur. Corpora uestra membra Christi sunt] Quia omnis ecclesia corpus est Christi, singuli autem membra, caput autem Christus est. Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis?] Abscindens me à corpore Christi, faciam membra meretricis: Non dixit fornicatoris, ut ostenderet eum eiusdem esse criminis & nominis, cuius illa est: apud homines enim minus uidetur uiri quam mulieris admissum: Corporis unitate per immunditiam. Erunt enim, inquit, duo in carne una] Hæc est prima prophetia Adam. Quomodo autem cum uxore licita, sic & cum meretrice una caro efficitur, propter amorem illicitum. In carne una] Propter conjugalem connexionem, aut in generando & concipiendo filio. Fugite fornicationem] Id est, mente, & loco, ut fugit Ioseph. Omne peccatum quodcumque fecerit homo

Molles qui.

† Hæsternum.

Materia fornicationis est gula.

Admissum uiri leuius mulieris. Gen. 2.

A homo] Nunc ostendit quantum reatum fornicatio habet, quæ illis per consuetudinem leuis uidebatur. Quid si homo seipsum occiderit? quid si ebriosus & gulosus fuerit: nunquid in corpus suum non peccat? Fornicatio est, foras exire à legitimo coniugio. Omne autem peccatum potest ab uno committi, qui membrum dici potest, non tamen corpus: in fornicatione autem duo pereunt, etiam totum corpus est: grande ergo malum est, in quo duæ animæ pereunt uel moriuntur. Vult ergo grauari fornicationis causam, quæ illis per consuetudinem leuissima uidebatur. Aut in corpus suum peccat: quia hoc uitium magis uoluntatem carnis præstat, quam cætera uitia, lege Augustinum. Corpus uero templum dei est: deum ergo decet habitare in domo sua, non peccatum, nec diabolus. Quod si in uobis spiritus sanctus est, scitote quod non ad fornicationem facta sunt membra uestra, sed ad laudem dei, uel ad seruiendum deo. Non estis uestri] Qui non est suus, non debet sibi uiuere, sed illi cuius sanguine emptus est. Empti enim estis] Non auro, non argento, sed sanguine Christi. Sanguis ægrorum alijs nocet, sanguis uero Christi mundum redemit. Glorificate deum] Hoc est, agite ut glorificetur deus per opera uestra. Et portate] Spiritum scilicet sanctum, cuius superius membra uestra templum dei esse testati sumus.

Fornicatio unde.

1. Petr. 1.

CAPUT VII.

B **D**E quibus autem scripsistis mihi] Huc usque gratis docuit, nunc ad interrogata respondet: Nunc autem incipit de coniugijs tractare, ante enim expugnauit illicita, quam de licitis loqueretur: Corinthij namque ad Paulum epistolam miserant, ut illos doceret, si post acceptam fidem licitum esset uxores dimittere, aut quomodo uxores licite haberentur. Bonum est homini mulierem non tangere] Bonum fuerat illud quod uobis in primordio prædicaui, hoc est, secundum coniugij usum non tangere mulierem, sed quoniam multos continentes huic doctrinæ loco scripsistis refragari, concedatur remedium ne fornicando moriantur. Ergo Apostoli hoc exemplo in primis uirginitas & continentia prædicanda est. Sed obijcere amatores luxuriæ solent, ut quid ergo prima dei benedictio: Crescite & multiplicamini? concessit ut terra scilicet repleretur, quia iam impleta est, debemus ab incontinentia nos temperare. Suam non alienam. Vxorem] Non uxores, similiter autem & uxor uirum, in hoc optimum legitimumque coniugium uidetur, quando hi ambo secundum Apostolum in sua uoluntate fiunt. Mulier sui corporis potestatem non habet] Scilicet ad continentiam carnis, nisi ex consensu uiri. Nolite fraudare] A debito coniugij. Ad tempus] Hoc est, specialibus alternisque diebus, aut quadragesimali tempore, uel ad tempus orationis, siue per dies purificationis. Ne tentet uos Satanas] Ne uno se subtrahente alter fornicetur, & Satanas tentandi locum inueniat. Secundum intelligentiam] Infirmis hoc indulgeo, non perfectis præcipio, qui omnes homines uelim me imitari. Si cut meipsum] Id est, uiduum, seu castum, uirginemque, quod magis creditur. Alius quidem sic] In castitate. Alius uero sic] In matrimonio. Melius est enim nubere] Ante uotum: dicit autem, melius esse nubere, in comparatione deterioris ac peioris rei, nisi culpa scilicet ad coniugium ueniant: si tamen nondum meliora deuouerunt, quam uiri uel ardore effrenatæ libidinis, uel infernali igne

Non tangere mulierem.

Suam uxorem habere.

C nali igne post fornicationem. His autem dico, qui matrimonio] Proprie loquitur ad coniunctos, ne dimitterent uxores, & alias ducerent, aut pulchras, aut diuites, sicut Iudæi faciebant. Non ego sed dominus] Qui dixit: Qui dimiserit uxorem sine causa, facit eam moechari. Manere in nuptam] Id est, ut non nubat alij uiro. Aut uiro reconciliari] Quia melius est, si ad uirum suum reuertatur, quam ut alij uiro nubat. Nam cæteris] Qui uidelicet neque ambo Christiani sunt: quapropter scilicet ut dimittatur cõiunx infidelis, ut in consequentibus Apostolus dicit, quamuis melius sit non dimittere. Attamen non licet secundum præceptum domini ut dimittatur coniunx, nisi causa fornicationis; Fornicatio est etiam ipsa infidelitas. Dicimus autem, permisit causa fornicationis uxorem dimitti; sed quia permisit, non iussit, dedit locum Apostolo monendi, ut qui uoluerit non dimittat uxorem infidelem, quia sic fornicasse possit fidelis fieri. Alioquin filij uestri immundi essent] Ac si dixisset, si permitterem uirum infidelem cum filijs suis discedere à muliere fidelis, filij ipsius uiri immundi essent. Itẽ si ambo infideles essetis, necessariõ filij uos imitarentur, nunc autem forsitan fidelem imitabuntur. Nũc autem sancti sunt] Quia fideles per prædicationem suorum parentum. Item, filij uestri immundi essent, si infidelem parentem comitarentur iam non baptizati, aut si baptizati essent, ex Christianitate in paganismum transirent infidelem parentem sectãdo. Nõ ergo ab inuicem discedant. Non est enim seruituti deditus frater] Hoc est, ut seruiat, & pereat propter alterum infidelem: non enim ita ligatus est in huiusmodi causa, quasi uere illi seruire necesse sit, & propter alterum interire. In pace enim uocauit uos] Cæterum non ad dissidium sumus uocati, ultro ergo discedere non debemus. Ad id autem redit quod prædixit, ne discedendi præparetur occasio. Nisi unicuique sicut dominus diuisit] Nisi hoc unum scis, quod unicuique est, sicut dominus illi diuisit. Sicut uocauit deus] Siue cõ fidelis cõiuge, siue etiã cõ infideli, siue sine uxore, siue in præputio, siue in circuncisione, siue seruus, siue liber. Ita ambulet] Hoc est, conuerset. Circuncisus aliquis uocatus est] Infert subito parabolam circuncisus, Ethnici, serui, & liberi, & sub metaphora eorum de nuptis disputat, & in nuptis. Ac primum quia nonnullos hanc intelligentiam reprehensuros arbitror, interrogare libet, quæ sit consequentia, ut de maritis & uxoribus disputans repente transiret ad comparationem Iudæi & Ethnici, serui & liberi, & rursum hac disputatione finita, rediret ad uirgines, dicens. De uirginibus autem præceptum domini non habeo] Ergo circuncisus aliquis uocatus est, id est, castus sine muliere, quoniam instar circuncisionis est non habere uxorem, dum mulier quasi membrum corporis est uiri, & una sunt caro. At uero uxorem habere instar præputij est: quia sicut plenitudo corporis est in præputio, ita in coniugali consortio. Non adducat præputium] Id est, uxorem, ut dixim⁹. Aliter: Non putet se superflue circuncisum, ne de hoc poeniteat; fuit em̄ necessariũ suo tẽpore. Siue hoc modo nõ adducat præputiũ, ut q̄s sine legis ceremonijs uiuat, quia cum quibusdam Apostoli permittebant opera legalia custodiri, ne subito à lege retracti scandalum paterentur. Non circundatur] Hoc est, non dimittat uxorem. Circuncisio nihil est] Id est, uirginitas, uel castitas, sine bonis operibus. Et præputium nihil est] Coniugium absq̄ operibus. Seruus uocatus es] Id est, coniugatus. De libertate] Id est, de continentia. Sed & si potes liber fieri] Hoc est, si potes habere dissidij occasionem, & repellere eam abs te, magis utere legitimo coniugio. Seruus coniugatus, libertus est domini

Permittit quædam Paulus, non iubet.

Vocationi obtemperandũ.

Uxorem habere instar est præputij.

Circuncisione uirginitas est figurata.

A mini, quoniam enim fuit in coniugio in paganismo, tunc seruus fuit, quia non legitimo usus est coniugio: quoniam uero ad fidem Christi uocatus est, libertus domini est, dum legitimo coniugio utitur: Nam libertus est, liber de seruo factus. Similiter & quilibet] Id est, à coniugio seruus est Christi, quia uirgines & conjugales seruiunt Christo. Nolite fieri hominum serui] Dum scilicet Christi sanguine empti estis. De uirginibus autem præceptum non habeo] Scriptis respondet, quia illi dicebant: ubi præcepta est uirginitas: ut superfluum demonstrarẽt, quod sub præcepto non est. Ita uirginitatem prætulimus, ut tamen nuptiarum ordinem seruemus: quia si dominus uirginitatem imperaret, condemnare uideretur coniugium, & seminarium hominum excideret, unde uirginitas procreata est. Quare præceptum domini de uirginibus nõ habuit, quia maioris mercedis est quod non cogitur, sed offertur. Existimo enim] Hic existimo non pro dubio ponitur, sed pro certo. Propter instantem necessitatem] Id est, dolorem parturiendi, & seruitutis in matrimonio. Quoniam bonum est homini] Duplex bonum est, & sollicitudinibus mundi carere, & uirginitatis præmium expectare. Noli quærere solutionem] Nisi forte ex consensu illius. Solutus es ab uxore] Per continentiam, uel morte ipsius. Et si acceperis uxorem, non peccasti] Id est, ante uotum uirginitatis. Et si nupserit uirgo, nõ peccabit] Id est, antequam uouerit uirginitatem, quia nuptiæ per se peccatum non habent, sed per sollicitudinem seculi sæpe peccatum incurrunt. Aliter illos dicit non peccare si nubant, quia nondum uouerunt deo castitatem, cæterum qui uel in corde suo promisit, si aliud fecerit, habet damnationẽ: quia primã fidẽ irritam fecit, quod enim erat licitum, per uotum sibi fecit illicitum, sicut Ananias & Saphira. Tribulationem carnis habet] Maledicto Eux subiacentes per sollicitudinem seculi, tribulationẽ & tristitiam patientes. Huiusmodi] Id est, uirgines nubentes. Ego autem uobis parco] Hoc suadeo uobis, quod minus laboris, & quod plus præmij habet. Itaq; dico fratres] Hic omnes ad continentiam hortatur. Fratres autem dicit, ut libentius audiant. Tempus breuiatum est] Dicamus breue, etiam si noningentis uiueremus annis, ut antiqui homines, tamen breue putãdum esset, quod haberet aliquando finem: nunc uero quod breuis sit, non tam lætitia, quam tribulatio nuptiarum, quid accipimus uxores quas cogimur amittere: Quasi non habentes] Ille uxorem habens, sed quasi non habet, qui sic studet placere coniugi, ut tamen non displiceat creatori. Flet quoq; sed tanquam si non flet] Qui sic temporalibus damnis affligitur, ut tamen de æternis lucris semper animum consoletur. Gaudet quoq; tanquam si non gaudeat] Qui sic temporalibus bonis hilarescit, ut tamen semper perpetua tormenta consideret, & in hoc quod mentem gaudio subleuet, hanc continuo pondere prouidi timoris premat. Emit quoq; quasi non possidens] Qui & ad usum terrena præparat, & tamen cauta cogitatione præuidet, quod hæc ciuitas derelinquat. Mundo quoq; utitur, sed quasi non utatur] Qui & necessaria cuncta exterius ad uitæ suæ ministerium redigit, & tamen hæc non sinit suæ menti dominari, sed ut subiecta foris seruiat, & nunq; intentionẽ animi ad aliena tendentis frangant. Aliter: Sunt qui patiuntur labores, & pressuram in presenti quasi non paterentur: quia ista in breui spatio pertransibunt, & finientur. Sic & sequentia exponi possunt. Præterit enim figura huius mundi] Hoc seculum quasi umbra pertransit: nolite ergo de eo multum esse solliciti, ne possessionem perdatis æternam, & figuram quærentes incipiatis amittere ueritatem: Hic enim

Virginitas nõ est præcepta. Coniugium seminarium hominum est.

Licita quedã per uota redduntur illicita.

Breue est quod finem aliquid quando sortitur.

Vti quibusdã tanquam non utamur.

C Hic enim mundus imago futuri est, si ergo talis est imago, ipsa ueritas qualis est: Vnde si hoc tam impense diligitis, quanto magis illud impensius amare debetis: nam secundum hoc nos dimissuros quotidiana morientium exempla testantur: An forte nos solos esse credamus immortales, quasi non simus ex hominibus generati. Item: præterit enim figura huius mundi. Si mundus transit, quo uniuersa clauduntur, imò figura & conuersatio huius mundi quasi nubes præterit, & inter cætera mundi opera, & nuptiæ præteribunt. Si enim mors finis est nuptiarum, cur necessitatem in utilitatem non uertimus? diuisa est mulier & uirgo, id est, dissimiles sunt. Vt sit sancta & corpore & spiritu] Quid prodest carnem habere uirginem, si mentem quis nupserit, ut sit fræuens oratio: impedit enim coniugium iugitatem orationis. Si quis] Id est, pater. Turpem se uideri existimat] Turpis uidebitur, si cum ad perfectam ætatem peruenerit, neutrum deliberet, uel uirginitatem seruare, uel nubere, si nubere uolenti non permittat, & illa fuerit fornicata. Quod uult] Id est, pater uel filia faciat, id est pater non peccat, si ipsa puella nubat. Qui autem statuit in corde suo] Id est, si pater quisque disposuit. Firmus] Id est, dum consentit ei filia sua. Non habens] Id est, pater. Necessitatem] Quia non cogitur à filia sua, ut daret eam uiro. Potestatem autem habet] Ipse pater. Sux uoluntatis] Vt faciat quod uoluerit de filia sua. Iudicauit] Præfatus pater. Aliter ut Hieronymus exponit: Si quis, hoc est, quisquis homo super uirginem, id est, carnem propriam suam, quid uult ipse homo, id est, uirginitatem an coniugium, quia liberum arbitrium habet, non peccat, quia matrimonium non est peccatum. Statuit] Id est, permanere in uirginitate. Non habens necessitatem, quia non cogitur à carnali uoluptate. Potestatem habet, id est, facere quod uult. Mulier uincta est legi] Nunc incipit de digamis & uiduis. Liberata est] A uinculo conjugali libera facta secundum legem post mortem uiri, si nec tunc potuerit se continere. Cui uoluerit nubat] Tantummodo Christiano, non Gentili, tantum in domino propter continentiam. Puto enim quod & ego spiritum dei habeam] Ideo sic loquitur, quasi dubie, ne iactanter de se loqui uideatur. Spiritum dei habeo] Hoc est, nolite contemnere, quia non ex me hoc ipsum est quod dico, sed spiritus dei est, qui loquitur in me, quem contemnere non expedit.

CAPVT VIII.



D E his autem quæ idolis immolantur] Subaudis dico, de quibus scripsistis mihi. Hic autem Paulus scriptis Corinthiorum respondet, quia illi Epistolam scripserunt ad eum, ut scirent quid facerent: Nam alij eorum in templis idolorum idolothyta manducabant, ut contemnerent idolum: Quidam uero qui erant infirmi in fide & conscientia, non audebant manducare, & contristabantur ualde alios uidentes coram se manducare, qui dicebant: quia omnis creatura bona sit, & nihil sit idolum, & hac imagine magis quam ratione ueritatis errabant. Idolothytum, id est, idolum occisum, uel immolatum. *oia* grace, occido. Itaque solas carnes immolatas hoc nomine significabant. Scimus quia omnes scientiam habemus] Hoc est, non plus illi sciunt qui inflati sunt, quam uos. Scimus] Id est

Idolothytum quid sit.

A Id est, quod nihil sit idolum. Scientia autem sine charitate inflat per superbiam. Illa scientia inflat, quæ ex sensu proprio & humano descendit, & quæ coniecturis magis utitur quam exemplis. Charitas uero ædificat] Quia non querit quæ sua sunt, sed quæ ædificant fratres. Illius ergo charitas ædificat qui dicit: Licet me non impediatur manducare idolothyta, tamen propter idolum, ne alijs displiceat, non manducabo. Quod si quis se existimat scire aliquid, nondum cognouit] Hoc est, si quis sibi uideatur sapiens, & si quem inflat scientia. Quemadmodum oporteat eum scire] Id est, sine elatione cum humilitate, & charitate. Si quis autem diligit deum] Ille diligit deum, qui ædificat fratres. Hic cognitus est ab eo] Hic diligitur à deo, ut est illud: Nouit dominus qui sunt eius. De escis autem, quæ idolis immolantur scimus] Nuncrepetit quod superius dixerat, & quid sit euidentius ostendit. Quia nihil est idolum] Siue in cælo, id est, Angeli: aut sydera cæli, ut Saturnus: siue in terra, ut idola. Sed non in omnibus est scientia] Non omnes sciunt quod propter contemptum idoli hoc facitis, sed putant uos propter uenerationem hoc facere. In conscientia usque adhuc idoli, quasi idolothytum manducant] Adhuc si habent in conscientia idolothytum, quomodo antequam crederent manducabant. Et conscientia ipsius, cum sit infirma, coinquinatur] Declinando ad idololatriam per malum exemplum uestrum, aut putando aliquid religionis esse in uescendis idolothytis. Esca autem nos non commendat deo] Sed charitas ædificans fratres. Qui habet scientiam in idolo] Hoc est, quod idolum nihil sit, & quod munda sit omnis uisibilis creatura, nonne conscientia eius id putabit, quod idolis immolare sit licitum? Aedificabitur] Corroborabitur, suscitabitur. Et peribit infirmus] Dum contra fidem & conscientiam manducat: Omne autem quod ex fide non est peccatum est. In tua conscientia] Quia firmiter credis idolum non esse. Percutientes conscientiam eorum infirmam] Nondum ualidam in fide Christi. Non manducabo carnem in æternum] Dat exemplum de se, sed tamen quod licitum erat non facit, ne alijs offendiculum faceret.

Quæ scientia inflat.

2. Timot. 2.

Scientia habet in idolo.

CAPVT IX.



N On sum liberus] Liber sum omnia uisibilia manducare, dum Apostolis dicitur: Manducate quæ apud illos sunt. Non sum Apostolus] Ita legendum est: Nunquid non sum Apostolus? Suum illis exemplum replicat, quod cum habuisset omnia in potestate, noluerit facere quod illi licebat, propter aliorum salutem. Opus meum] Id est, apostolatus mei opus. Et si alijs non sum Apostolus] Id est iudæis, ad quos non sum missus, siue cæteris gentibus præter uos. Nam signaculum] Indicium Apostolatus est, quod uos per me credidistis, signis & uirtutibus prouocati. Mea defensio] Mea defensio apud illos qui dicent: qualis est Paulus, utrum Apostolus est, an non? Hic respondebitur quod Paulus Apostolus sit Corinthiorum. Nunquid non habemus] Ego & Barnabas? Potestatem] Nobis à deo concessam. Manducandi] De uestris: ut dignus est operarius mercede sua. Mulieres] In Græco sorores, non mulieres legitur. Circuducendi] Per prouincias ad ministrandum. Sicut & cæteri Apostoli] Nonnullos contemnit, sed suum dat exemplum: illi enim fidelioribus prædicabant, & apud iudæos antiqua consuetudo

Libertus non sua scandalis aliorum conhercetur.

2. Cor. 12.

C Consuetudo erat, ut necessaria doctoribus à discipulis præberentur, quod gentes adhuc rudes poterat scandalizare. Quis plantat unquam? Per com-
 Psal. 79. parationem uineæ & gregis, populum uult intelligi, sicut scriptum est: Vi-
 Hierem. 3. neam de Aegypto transtulisti. Et: Dabo uobis pastores secundum cor meum.
 Deut. 25. Non alligabis os] Hoc est, non fraudes doctorem cibo & uestimento.
 Boui trituran] Id est, doctore, triticum uirtutum à palea uitiorum separan-
 ti. Quoniam in spe] Debet fructum laboris sperare. Qui arat] Id est, præ-
 dicat. Si alij potestatis uestræ participes sunt] Pseudoapostoli, qui nihil uti-
 litatis præstiterant. Ne quod offendiculum demus Euangelio Christi] Ne
 per nos pseudoapostolis occasio cupiditatis detur, aut ne alij dicant, quod cau-
 sa auaritiæ prædicemus Euangelium Christi. In sacrario] In templo, uel in ta-
 bernaculo. Quæ de sacrario sunt edunt] Quia quæ offerebant filij Israël ad
 templum, hi qui in templo erant manducabāt. Et qui altario deseruiunt] Id
 est, Sacerdotes & Leuitæ. Gloriam meam] Præmium quo gloriatum sum,
 non comedere de Euangelio. Euacuet] Si necessaria ministret. Si enim
 euangelizauero, non est mihi gloria] Hoc est, si euangelizauero ut ista fiant
 in me, id est, si propterea euangelizauero, ut ad illa perueniam, & finem Euan-
 gelij in cibo, & potu, & uestimento locauro. Sed quare non est gloria?
 Neccitas enim mihi, inquit, incumbit] Id est, ut ideo euangelizem. Væ
 enim mihi, inquit, si non euangelizauero] Sed quomodo debet euangeliza-
 re? scilicet ut in ipso Euangelio, & in regno dei ponat mercedem: ita enim po-
 test non coactus euangelizare, sed uolens. Si enim, inquit, uolens hoc facio,
 mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est] Id est, si coar-
 ctus inopia earum rerum, quæ temporalis uitæ sunt, necessariò prædico Euan-
 gelium, alij per me habent mercedem Euangelij, qui Euangelium ipsum me
 prædicante diligunt: ego autem non habeo, qui non ipsum Euangelium dili-
 go, sed eius pretium in illis temporibus constitutum, quod nefas est fieri, ut
 non tanquam filius ministret quisque Euangelium, sed tanquam seruus, cui
 dispensatio credita est, ut tanquam alienum erogat, nihil inde ipse capiat præ-
 ter cibaria, quæ de participatione sustentaculū miseræ seruitutis dantur extrin-
 secus. Quanquam alio loco & dispensatorem se dicat. Potest enim & seruus
 in filiorum numerum adoptatus, eam rem, in qua coheredis sortem meruit,
 fideliter dispensare participibus suis. Sed nunc ubi ait: dispensatio mihi credi-
 ta est, talem dispensationem intelligi uoluit, qui alienum dispensat, unde ipse
 nihil accipiat. Ut non abutar potestate mea] Siue, ne utar potestate qui
 accepi uiuere de fructu Euangelij, siue dum uoluerò accipere, uilem faciam
 potestatem meam, cum propter uentrem docere existimor. Nam cum li-
 ber essem] Id est, licita edendo propter doctrinam. Ab omnibus] Id est,
 necessitatibus. Omnium me seruum feci] Omnibus compassus sum.
 Et factus sum Iudæis Iudæus] Circumcidendo scilicet Timotheum, quod
 tempore gratiæ sciebat esse superfluum. Tanq̃ sub lege essem] Id est, caput
 radendo, & purificando se in tēplo. Tanq̃ sine lege essem] Quia non tam le-
 galibus doctrinis quam rationabilibus argumentis illos ad fidei credulitatem
 Paulus. prouocabā, sicut dicit in actib⁹ Apostolorū: Circumui aras uestras, et inueni arā
 Act. 17. in quo scriptū erat, ignoto deo. Cū q̃ de eorū superstitione sermonē fuisset or-
 ditus, tanquam & ipse sine lege esset, sub occasione prophanī illius tituli fidem
 Christi intulit, dicens: quod ignorantēs uos colitis, hoc ego annuntio uobis:
 Et post pauca, uelut si diuinæ legis penitus esset ignarus, gentilis poëta uersum
 potius

Præcones uer-
 bi Christi non
 querant escā.


Væ nisi euan-
 gelizauero.

Dispensationē
 creditam esse
 alicui.

Legalia quæ-
 dam impleuit
 Paulus.

A potius quam Moyse aut Christi maluit proferre sententiā: Et sicut quidam, in-
 quiens, uestrorū poëtarum dixit: Ipsius enim genus sumus. Factus sum in-
 firmis infirmus] Dicens de matrimonio, reuertitur in idipsum, & sic propter
 infirmos olera māducaui, cum possim securus carnibus uesci. Omnia omni-
 bus factus sum] Ac si diceret: ut in breui comprehendā quod per partes dixi,
 omnia omnibus factus sum, non mentientis astutia, sed compatientis affectu:
 Id est, non omnia mala hominum fallaciter agendo, sed aliorum malis tanquā
 si sua essent, misericordē medicinā procurando, hæc alijs faciens quæ sibi ab a-
 lijs fieri uellet, si hoc illi opus esset. Ut particeps eius] Id est, mercedis eius
 efficiar. Nescitis quod hi qui in stadio currunt] Stadium, est octaua pars mi-
 liarij, CXXV, passus habens: Passus uero quinq̃ habet pedes. Hic autem sta-
 dio cursum iustitiæ uel fidei comparauit. Brauium, est lamina argentea ad pal-
 mæ mensuram, quæ à rege militibus datur: & est sermo Græcus. Sic currite]
 Per uiam mandatorū in abstinentia, cæterisq̃ uirtutibus, sicut in teatro qui-
 dem omnes currunt, sed unus accipit palmam. Curramus credendo, sperādo,
 desiderando, corpus castigando. Ut comprehendatis] Coronā uitæ æternæ,
 de qua ipse dicit: Reposita est mihi corona iustitiæ. Non quasi in incertum]
 Non enim in incertū currit, qui ad cœlestē Hierosolymā festinat. Incertum ue-
 ro est, qui in stadio currunt, utrum percipiāt palmā, an non. Non quasi aëra
 caudens] Hoc est, non inania conlectans, sicut qui in agone contendit, aërem
 uerberat telis.

CAPVT X.

B  Olo enim uos ignorare fratres] Hic comparat duas plebes, ue-
 teris uidelicet & noui testamenti, & exemplo prioris terret se-
 cundū populū. Quod patres nostri omnes sub nube fuerūt] Patres sub nu-
 be, hoc est, diuino auxilio sumus. Et omnes in Moyse] Id est, in merito & po-
 testate Moyse, mystice in Christo. Baptizati sunt in nube] Baptizati sunt fi-
 gurāliter, quia nubes propriū humorē portabat: mystice in nube, id est, in spiri-
 tu sancto. Et in mari] Mystice, in baptismo. Escā spiritualē] Ideo manna
 spiritualis dicitur, quia spiritualiter per angelos ministratū fuit: Ut, Panē
 angelorū manducauit homo. Siue quia figurauit spiritualia, id est, corpus Chri-
 sti: Similiter & potus dicitur spiritualis. Bibebant autē de spiritali cōsequēte
 eos petra] Quia Christus postmodū secutus, cuius figurā tunc petra gerebat:
 idcirco dixit, consequente eos petra. Alij putant, q̃ fluuius secutus sit eos per
 desertū. Sicut illi cōcupierūt] Carnē, ut: adhuc esca eorū erat in ore ipsorū. Exod. 32.
 Et surrexerunt ludere] Id est, uitulum adorare. Et ceciderunt] Per An-
 gelū hoc factū est. Neq̃ tentemus dominū] Dicētes: Nunquid potest deus
 parare mensam in deserto? Et à serpētibus perierūt] Propter quos æneus ser-
 pens factus est: Neq̃ murmuraueritis] In tribulationibus pro Christo. Ab
 exterminatore] Id est, ab angelo percutiente eos in extremis castris per ignē,
 cui plagæ succurrit Aaron cum turribulo offerens pro eis. Ad correctio-
 nem nostram

Paulus poëta
 rum testimo-
 nijs usus.

Omnia omni-
 bus fieri.

Stadium octa-
 ua pars mi-
 liarij.

Brauium.
 Agon Christi
 norum.

Patres sub nu-
 be fuit.

Spiritualis
 cibus.

Exod. 32.

Num. 25.
 Num. 21.
 Hierem. 8.

Cnem nostram] Si enim paruulis adhuc & rudibus non pepercit, quanto magis nobis, qui legem perfectionis accepimus non parcat, si talia fecerimus?

In quos finis seculorum deuenit] Id est, in quos tota perfectio temporum cadit, uel qui sumus in fine seculi. Itaque qui se existimat stare] Id est, forti conscientia manducando idolothyta: nunc incipit reuerti ad superiora. Videat ne cadat] Offendendo infirmum. Tentatio uos non adprehendit, nisi humana]

Tentatio non adprehendit uos.

Id est, quæ per fragilitatem, & inscientiam sit, & non ex consilio & perseverantia: humanum est enim peccare, diabolicum est perseverare. Aliter: tentatio uos non adprehendit nisi humana. Dicitur nobis pugnam carnem non sustinentibus per beatum Apostolum, cum his, inter quos fornicatio nominatur: tentatio uos non adprehendit nisi humana: non enim meremur mentis robore conquisito grauiore pugnas nequitiarum celestium experiri, qui carnem fragilem resistentem spiritui nostro subiugare non quiuimus. Quod Apostoli testimonium non intelligentes quidam, posuerunt pro indicatio optatum modum. Id est, tentatio uos non adprehendat nisi humana, quod ab ipso dici manifestum est, non optantis, sed pronuntiantis, uel exprobrantis affectu.

Fidelis autem deus est] Qui se pollicitus est sui nominis causa in tribulationibus adfuturum, ut ibi: Multa tribulationes iustorum, & de omnibus his liberauit eos dominus. Sed faciet cum tentatione etiam prouentum] Illud faciet prouenire, quod possitis sustinere. Fugite ab idololatri cultura] Non uescendo idolothytis. Quasi prudentibus loquor] Suadet ut prudentibus, quo libentius audiatur. Nonne comunicatio est sanguinis Christi? Sicut ipse ait: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Quasi dixisset: Sicut e contrario calix idolorum dæmonum comunicatio, ita & panis idolothyti dæmonum participatio esse monstratur.

Vnum panem esse nos.

Quoniam unum panis] Sicut enim panis ex multis granis copulatur, sic nos ex multis gentibus, fidelibusque in unum corpus Christi congregamur.

Vnum corpus multi sumus] Si cum idololatriæ de uno pane comedimus, unum cum illis corpus efficiamur. Videte Israël secundum carnem] Id est hospitalis Israël, carnalis Israël, carnales hostias offerebat, spiritualis spiritualia sacrificia offert Christo. Nonne qui edunt hostias, sicut illi edentes hostias, participes fiebant diuini altaris, ita isti similiter idolorum? Quid ergo dico? Præuenit, ne quis diceret: Ergo dicis uim aliquam habere idolum, uel posse pollueret: non, inquit, idolum insensibile polluit, sed dæmones qui templis præsidet, ad homines defraudandos, & suo seruitio mancipandos. An æmulamur dominum? Nunquid non irritamus eum ad zelum contra nos, & ad iracundiã prouocamus hoc facientes. Nunquid fortiores illo sumus? Hoc est, nunquid possumus furorem eius sustinere pro hoc malo quod facimus? Aliter, an æmulamur dominum? id est, nunquid exemplum domini habemus, qui conuersatus in carne, nunquid comedit idolothyta? Nunquid fortiores illo sumus fide & scientia, ut faciamus quod dominus ipse non fecit, nec manducauit, quasi diligentiores deo essemus? Omnia mihi licent] Id est, omnia quæ lege non prohibentur, licent: quia per se non habent peccatum, sed non semper expediunt: quia occasionem nonnunquam generant delinquendi, uel offendendi fratres. Omne autem quod expedit licet, non omne quod licet expedit.

Manducare omne quod in macello uendatur.

Omne quod in macello uenit manducate] Si uultis manducare carnes, saltim de macello comportate, tantum ne in idolo comedatis, & nolite interrogare, utrum immolata sint, ne cognoscentes uos omnia, immolata esse respondeant, & non

A & non possitis propter conscientiam manducare. Domini est terra, & plenitudo eius] Sed domini sunt munda omnia simpliciter utentibus, & plenitudo eius, id est, omnia quæ in terra sunt. Et ibitis] Non dixit, ite: quia tunc debet Christianus ire ad infidelem, si nouit esse profectum, id est, si scit posse eum lucrari. Nolite manducare] Ne quis putet illa uos quasi sancta comedere. Propter eum] Infidelẽ. Non tuam] Qui fortis es. Sed alterius] Infirmi, ne uel uos blasphemet, uel ipse idolis immolata comedat. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? Omnia licent, hoc est, ad quæ profectum utar libertate mea, ut me alius reprehendat? Ab infideli conscientia] Id est, uituperantis. Iudicetur] Id est, blasphemetur: Si enim idola detestamur, quare idolothytis uescimur? Si ergo gratiæ participo, non ideo sub gratia sumus, ut libertatis specie occasionem demus infidelibus blasphemandi. Quid adhuc blasphemor? Id est, irritando contra me blasphemiam, non me oportet blasphemiam præbere de beneficijs dei. Pro eo quod gratias ago] Id est, manduco idolothyta cum gratiarum actione. Omnia in gloriam dei facite] Hoc est, nihil faciatis, nisi in quo glorificetur deus. Sine offensione estote] Quia & Iudæi tanquam dei idololatriæ scandalum patientes credere non audebant: Gentes uero cum in colendis idolis infirmabantur, & Christiani tali destruebantur exemplo. Sicut & ego omnibus placeo per omnia] Cur alibi dicit: Si hominibus placerem, seruus Christi non essem? Placet ergo Paulus, & non placet: placet exhibendo pietatem, & non placet, quoniam nulli consentit in malis. Quid mihi utile est] Id est, carnalibus commodis.

Quando prædicandum sit infidelibus.

Gal. 1.

CAPVT XI.

Mitatores mei estote] Sine offensione estote, sicut & ego sum. Laudo autem uos] Quid est quod subito laudat, quos ante uituperauit? Idem ubi legis præcepta non habet, blandimentis prouocat ad rationem. Aut prophetans uelato capite] Id est, futura prædicans: ideo autem non uelato capite uel præcipitur orare, quia nulla potestas mulieris debet esse super uirum. Mulier uero uelato capite] Dum illa sub potestate uiri est. Deturpat caput suum] Notat consuetudinem Corinthiorum, qua mulieres eorum in tecto capite ad ecclesias ueniebant, gloriantes in crinibus, quod non solum inhonestum erat, sed etiam concupiscentiæ fomenta præstabat uidentibus, & uiri comam nutrent indifferenter, & uesciebantur in templis, & inflati sapientia seculari, resurrectionem carnis negarent. Quoniam imago est, & gloria dei] Ergo sicut inter imaginem, & eum cuius imago est, nullum uelamen interponitur: ita uir non debet uelamen habere, quia nulla creatura inter ipsum & deum interposita est, si generaliter ad naturalem uiri gloriam respexeris. Sed mulier propter uirum] Id est, adiutorium uiri, ut: Faciamus ei adiutorium simile sibi. Propter Angelos] Id est, sacerdotes, uel ministros altaris, uel omnem clerum, qui dei præcepta annuntiat, sicut scriptum est: Quia angelus domini exercituum est, ne uidelicet carnali concupiscentia eorum impediatur sensus: siue propter honorem Angelorum, qui ecclesiæ assistere perhibentur. Item Hieronymus in expositione Ezechielis: Cumque ingredientur portas atrij in interioribus, Cidares lineas habent super capita sua. Si uirorum est, secundum Apostolum non operire caput, uidetur esse contrarium quomodo

Prophetare uelato capite.

Angeli.

C do nunc sacerdotes capite tenus, uel cidare operi uidentur. Sed si legamus diligentius, ex prioribus soluentur praesentia: Supra enim dicitur, quando ministrant in portis atrij interioribus & intrinsecus: si enim ingrediamur ad sancta, & stemus in conspectu domini, capita nostra operire debemus: quia non iustificabit in conspectu tuo omnis uiuens. Denique & foeminalibus utimur intrinsecus, ne ulla in conspectu domini pollutae conscientiae & operis nuptialis turpitudine appareat. Veruntamen neque uir sine muliere, neque mulier sine uiro in domino] Consolatur eas, ne nimium mulieres grauasse uideatur, & dicit, quod nec alterum tantum deus elegit, ut alterum reprobaret: quia non pro uno, sed pro utroque sexu Christus passus est. In domino] Id est, in fide & unitate domini. Aliter: Nec uir sine muliere, nec mulier sine uiro nasci potest, & hoc in domino, id est, in potestate domini. Vos ipsi iudicate] In ipsorum iudicio ponit, ut ex sua conscientia conuincantur. Ignominia est illi] Comam uidelicet nutrire ad similitudinem mulieris, licet Nazarai, ut comam nutrirent, ex dei praecocepto deuotissime faciebant. Si quis autem uidetur contentiosus esse] Praeuenit illos, ne quis diceret, ubi hoc scriptum est: uel ne alijs argumentis huic rationi resisterent, ac si diceret: Nos diximus quae nobis honesta uidebantur & iusta: si quis autem nolens ad quietem ueritati, querit quid respondeat, sciat se responsione indignum, qui magis contendere paratus est, quam doceri. Talem consuetudinem] Siue contendendi, siue talia faciendi. Hoc autem praecipiens] Id est, qui primus hortatur de ordine uirorum & mulierum. Non laudo] De consequenti causam dicit. Sed in deterius conuenitis] Hic enim tria principalia peccata in eis reprehendit, ut in sequentibus demonstrat, quod cibum corporalem in ecclesia sumebant, quod ante communionem corporis Christi ipso cibo uescebantur, quod nihil pauperibus dabant, & quod contentiosi erant. Oportet enim haereses esse] Non quod haereses deo placeant, sed quod per eas fideles exercentur, ut qui deo noti sunt, hominibus manifestentur: Vnde enim gubernator laudabitur, si nauis in portu, uel in tranquillitate consistat: Vt & qui probati sunt] Siue doctores in resistendo, siue fideles in permanendo. Suam cenam praesumit] Quia ante sacrificium edebant, & pauperibus nihil afferebant, neque impertiebant. Apud Corinthios quondam, ut alij asserunt, praua inualuit consuetudo, ecclesias passim dehonestare conuiujs, in quibus uescebantur ante dominicam oblationem, quam cenam noctibus adorabant, cumque diuites ebrii ad Eucharistiam uenirent, uexabantur inopes fame. Mos uero iste, ut referunt, de gentili adhuc superstitione ueniebat, unde etiam in quibusdam locis per Aegypti, uel Syriae loca, die sabbati nocte post cenam dicitur ad ecclesiam conueniri. Aut ecclesiam dei contemnitis] Facientes eam triclinium epularum. Accepit panem] Id est, in conuiuium, ut uos facitis: Hinc iam de sacramentis quasi oblitos commemorat, quam magnum sit huius mysterij sacramentum. Hoc facite, & dixit, accipite, hoc est corpus meum] Quasi dixisset Paulus: Cauete ne illud corpus indigne comedatis, dum corpus Christi est: Indigne hoc comedetis, si pauperes confundatis, sique escam aliquam ante spiritualem & dominicam cenam sumatis. Hoc facite in meam commemorationem] Suam memoriam nobis reliquit, quemadmodum si quis peregre proficiscens, aliquod pignus ei quem diligit derelinquat, ut quotienscunque illud uiderit, possit eius beneficia & amicitias recordari, quonia ille si perfecte dilexit, sine ingenti desiderio & fletu illud non potest uidere. Hic est calix noui testamenti] Quia uetus

Nazarei comam nutriunt.

Oportet haereses esse.

Post cenam ad ecclesiam conuenire Aegyptiorum est.

Memoria Christi.

A uetus hoc per sanguinem brutorum animalium portendebatur. Ideo autem calix testamenti uocatur, quia testatus est, post paululum passionem futuram, & nunc testificatur factam. In meo sanguine] Vetus & nouum per sanguinem dedicatur, quia sine morte firmum esse non potest testamentum, secundum Epistolam ad Hebraeos. Reus erit corporis & sanguinis domini] Quasi si illum occiderit, ut Iudaei, qui tanti mysterij sacramentum pro uili deipexerunt. Probet autem] Id est, mundet: nam si in linteum, uel in uas sordidum nemo illud mittere audeat, quanto magis in cor pollutum? Non diiudicans corpus domini] Id est, non discernens ipsum a cibo communi. Ideo inter uos multi infirmi] Id est, dolore totius corporis. Et agri] Id est, imbecilles quibusdam membris, ut caeci & claudi: Erat igitur praesens correptio & nunc est, & multi talia patiuntur, sed putamus consuetudinem esse potius, quam culpam. Tribus sane causis infirmitates adueniunt corporales: Aut ex tetatione, sicut Iob & Tobias: Aut ex peccato, sicut Assa regi, qui dolore pedum a grotas mortuus est, quem ei dominus immisit, quia amicitiam Benadab regis Syriae habebat: Aut ex aliqua intemperantia, ut Timotheo, & his qui iubentur medicum honorare. Huic tantum causae humana potest succurrere medicina. Dum autem iudicamur a domino] Id est, per aliquam praesentem infirmitatem corripiamur. Correptio paternae pietatis est, ut poeniteamus, ne cum infidelibus mundi damnemur. Inuicem expectate] Id est, usquequo sacrificium accipiat. In iudicium] Id est, in uindictam. Caetera uero] Id est, de ipsius mysterij sacramentis.

Calix noui testamenti.

Heb. 9.

Dijudicare corp. domini.

Morbi unde accidant.

B E spiritualibus autem] Nunc de diuisionibus gratiarum praedicat, & de uolentibus nouis loqui linguis. Ad simula chra muta] Hoc dicit, ut cognoscant, qui ante misericordiam illius fuerunt, muta adorando idola: & ut sciant, quanta munera illis per spiritum sanctum collata sunt. Prout ducebamini] Id est, a magistris & aruspibus & Philosophis. Nemo in spiritu dicit anathema Iesu] Quia fortasse alij per spiritum diaboli dixerunt anathema Iesu, quasi dixisset, si aliquis dixerit anathema Iesum, non spiritu dei, sed spiritu diabolico loquitur. Anathema, perditio, detestatio interpretatur. Iesum tamen in spiritu dei loquitur, quamdiu Paganus est. Et nemo potest dicere dominum Iesum] Id est, corde, ore, opere. Mos est scripturarum dicta pro factis ponere: ergo dicere, inuocare est, uel credere dominum Iesum, hoc est, ut ipse sit seruus domini Iesu, ac dominus eius Iesus. Nisi in spiritu sancto] Id est, in dono spiritus sancti: Vnde statim differit, quibus & quot donis Iesum quisque fateatur, dicens: Diuisiones autem gratiarum sunt, idem autem spiritus] Ne tot putarentur spiritus, quot sunt dona. Gratiarum uocabulum, spiritui gratis inspiranti omnia dona conuenit. Et diuisiones ministracionum sunt, idem autem dominus] Dominus, qui seruis suis diuersas ministraciones, & ecclesiastica officia largitur. Et diuisiones operationum sunt, idem uero deus, qui operatur omnia in omnibus] Id est, insignium uirtutum ac miraculorum deo nomen competit, qui potentialiter haec per suos electissimos operatur. Haec itaque tria nomina, id est, spiritus, & dominus, & deus, spiritui sancto conueniunt,

Anathema. Dicta pro factis.

Gratie.

Conueniunt, qui gratis & non merito cuncta spirando ac seruis ministrat, & potentialiter quasi deus perficit. Manifestatio spiritus] Vnumquodque donum, per quod se manifestat. Ad utilitatem] Non ad inanem gloriam, ut uultis uarijs loqui linguis, sed ad utilitatem incredulorum & infidelium. Sermo sapientiae] Sapientia pertinet ad intellectum aeternorum. Scientia] Scientia uero, ad ea quae sensibus corporis exprimuntur. Gratia curatio] num] Vt quis curet aegros. Operatio uirtutum] Opus uirtutum est, daemones eijcere, uel mortuos suscitare. Alij discretio spirituum] Vt quisque sciat, quod spiritus suggerit aliquid agendum esse, uel non. Alij interpretatio sermonum] Hoc est, ex alia in aliam linguam, aut difficultium sermonum explanatio. Operatur unus atque idem spiritus] Potest unus esse, licet diuersus, ut unus mihi illam rem heri donauit, uel ministravit, & unus hodie: nam talis locutio etiam de diuersis personis potest conuenienter intelligi, sed ne diuersus spiritus aliqua successione temporis, uel sui mutatione intelligeretur, signanter ab Apostolo hoc additum est. Atque idem spiritus] Ne quia diuersa sunt dona, diuersus spiritus ac uarijs putaretur. Sed unus & idem semper sine ulla mutabilitate cum patre & filio manens prout uult, non ait, ut homines mererentur, quia dona diuersa & indignis tribuuntur, ut est illud: Nonne in tuo nomine daemonia eiecimus? Et sicut alibi scriptum est: Spiritus ubi uult spirat. Sicut enim corpus unum est] Per comparationem corporis ostendit, non naturam membrorum, sed officia esse diuersa, & neminem curare debere cuius sit officij, dum omnes eodem spiritu animentur. Et omnes unum spiritum potauerunt] Id est, doctrinam spiritus, quam Christus fluminibus aquae comparauit, dicens: Qui credit in me, flumina de uentre eius fluent aquae uivae. Ita & Christus] Notandum quod tota ecclesia cum suo capite Christus appellatur: nam ut corpus non est unum membrum, ita non potest totum corpus unum officium agere, hoc est, ut totum corpus uel uideat, uel audiat, sed unumquodque membrum suum officium habet. Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore] Pes ecclesiae dici solet, qui ad intercedendum egreditur. Manus ille, qui operatur. Os ille, qui docet, uel qui loquitur linguis. Num ideo non est de corpore? Decebat enim non esse de corpore ecclesiae, qui hanc, quam alij acceperant, gratiam non habebant. Si totum corpus oculus] Hoc est, si omnes doctores sunt. Vbi auditus? Id est, ubi sunt auditores? Si totum auditus] Si omnes sunt auditores. Vbi odoratus? Hoc est, quis erit boni odoris, malitiae discretor? Nunc autem posuit deus membra] Id est, in prima conditione hominis. Non potest oculus] Id est, uir theoriae uita. Dicere manui] Homini actualis uita. Ideo inuicem indigemus, ut magis ac magis charitas confirmetur: Nam si unus omnia haberet, aduersus caeteros inflaretur. Infirmiora membra] Venter, & caetera in testina. Necessaria] Id est, dum uitam corporis custodiunt. Itaque membra, quae spernit in ecclesia, maioris utilitatis approbantur, si in corpore sine manibus pedibusque uiuit, sine intestino omnino non uiuitur. Abundantior circumdamus honorem] Dum cautius uestimentis & diligentius custodiuntur. Quae autem honesta sunt] Id est, quae per se pulchra sunt, ut caput & manus. Ei cui deest] Id est, honestas. Abundantior honorem tribuit] Hoc est, minoribus ecclesiae membris maiora dona concedens, ut qui honore minor erat, gratia abundet. Si dixerit auris] Id est, sapiens auditor.

A auditor. Oculus] Doctor, quicquid futura prouidet. Vt non sint schismata in corpore] Id est, ut pro inuicem solliciti simus, dum altero indigemus. Siue latatur] Incolumitate. Congaudent omnia membra] Vt Sallustij dicitur. us ait: Cordelante uultus floret. Vos autem estis corpus Christi] Nunc physicam similitudinem mystice explanat. Secundo Prophetas] Noui testamenti, ut fuit Achab, & filij Philippi. Deinde uirtutes] Facientes maiora signa, ut mortuos suscitare. Gratias curationum] Vt leprosos mundare. Opitulationes] Id est, elemosynae erga pauperes. Gubernationes] Ecclesiarum dei. Nunquid omnes Apostoli? Sicut nec totum corpus oculus est. Quod enim in singulis hominibus uniuersa dona spiritus sancti esse non possunt, non spiritus sancti, sed hominis infirmitati deputandum est. Aemulaminij] Id est, imitemini. Charismata meliora] Id est, dona meliora, quam loqui linguis. Et adhuc excellentiorem uiam uobis demonstrato] Id est, charitatem, per quam peruenitur ad deum.

CAPVT XIII.

S linguis hominum loquar & Angelorum] Id est, non solum omnium linguis, sed etiam si quae Angelorum lingua. Et nouerim mysteria omnia] Id est, notitia omnium secretorum, hic & futuro. Et omnem scientiam] Id est, ueteris & noui testamenti. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas] Hoc est, si non propter deum, sed propter gloriam humanam. Et tradidero corpus meum ita ut ardeam] Id est, in martyrium, si in ipso martyrio aduersus fratrem retineam iram; contemnens eum, qui iussit nos malitiam proximi obliuisci, & in ipsa etiam morte prauaricator existens. Charitas patiens est] Quia multa mala aequanimiter tolerat. Benigna] Etiam inimicis. Charitas non aemulatur] Bona alterius. Non agit perperam] Id est, contra rationem, ut Gennadius dicit. Vel perperam, uitiose, sed quod multis. Non irritatur] Ad iurgiam. Non cogitat malum] Non solum non facit, sed nec cogitat. Congaudet autem ueritati] Quia ut se diligens, caeterum per hoc quod rectum alijs conspicit, quasi de augmento proprii profectus hilarescit. Omnia suffert] Suffert iniurias, satisfaciens credit. Omnia sperat] Eius emendationem, & donec corrigatur patienter expectat. Aliter, omnia sperat, id est, praemia. Omnia credit] Promissa a deo, ac retributa malis & bonis. Omnia sustinet] Id est, promissa. Charitas nunquam excidet, siue prophetiae euacuabuntur] Superueniente enim completionem, cessabit prophetia, quia nihil futurum erit. Siue linguarum cessabunt, quia tunc non necessariae erunt. Siue scientia destruetur] Id est, imperfecta & dubia. Cum essem paruulus, loquebar ut paruulus, sapiebam ut paruulus, cogitabam ut paruulus: Cum autem factus sum uir, euacuauit quae erant paruuli] Hic physice loquitur. Nam praesens tempus aetatis paruuli comparat, futurum uero tempus uiro perfecto. Videmus nunc per speculum] Nostrae scilicet mentis, uel diuinae scripturae. In aenigmate] Id est, obscuritate. Tunc autem facie] Nostrae mentis. Ad faciem] Dei. Tunc autem cognoscam] Deum, & quae sunt dei. In tantum cognosco, quantum

Cum potest de deo mens humana cognoscere: Nullus enim deum, sicut est, sci re potest. Item, tunc cognoscā, hoc est, si me perfecte dominus nouit. Ita tunc ego, in quantum creatura potest intellectualis, quæ sunt diuina cognoscā.

Tunc cognoscā, sicut & cognitus sum. Non ait, in tantum cognoscā, sicut quantum à deo cognitus sum, sed, sicut & cognitus sum; & sicut non æqualitas, sed similitudo ostenditur. Tria hæc in presenti tria hæc, in futuro sola charitas permanebit. Maius est Ergo quod semper erit, quàm quod aliquando cessabit.

CAPVT XIII.

Emulemini spiritualia Id est, spiritualia dona uos querere non prohibeo, id est, etiam loqui linguis. Sed magis ut prophetetis exhortor Id est, predicetis. Ideo autem predicatio prophetia dicitur, sicut enim prophetia in tribus temporibus continetur, ita & predicatio in presenti corrigit, & preteritas passiones sanctorum in memoriam reuocat, & de poenis, præmijsque futuris terret ac solatur. Qui enim loquitur lingua Id est, ignota qualibet lingua. Non hominibus loquitur Dum non intelligunt, quia barbara est. Sed deo Qui intelligit, siue dum per hoc ipse magnificatur. Nemo enim audit Id est, intelligit. Spiritu enim loquitur mysteria Spiritualis dono præditus, uel suo spiritu loquitur. Loquitur adificationem, exhortationem, consolationem Exposuit quot modis intelligenda sit prophetia. Quicumque ergo hæc habet, propheta dicendus est. Adificationem] Suadendo fidem. Exhortationem] Exempla sanctorum patrum proponendo. Consolationem] Præmia cœlestis regni promittendo. Seipsum adificat Dum solus ipse intelligit uel glorificatur. Ecclesiam adificat Dum multis proficit. Nisi interpretetur] Ex ignota lingua in aliquam notam. Maior est enim qui prophetat, quàm qui loquitur] Lingua, sicut profectu, sic & merito maior est. Nunc autem fratres si uenero ad uos lingua loquens] Suo exemplo hortatur eos, illud non pro magno querere, quod non prodest ecclesiæ. Quid uobis prodero, nisi uobis loquar, aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? In reuelatione, in allegorico sensu, cum aliquid ex futuris reuelatur, sicut ipse Paulus dicit: Patres nostri sub nube fuerunt, quod significat baptismi sacramentum. Aut in scientia] Id est, tropologico uel morali sensu, ut omnis uir orans uel prophetans uelato capite, deturpat caput suum. Aut in prophetia] Id est, anagogico sensu, ut est illud: Nolumus autem uos ignorare fratres de dormientibus: Vbi futuram corporum resurrectionem prophetat. Aut in doctrina] Id est, in historia secundum literam, ut est, In hoc enim uixit Christus, & mortuus est, & resurrexit, ut uiuentium, & mortuorum dominetur, ubi nuda historia docetur. Eritis enim in aëra loquentes] Hoc est, si etiam tam multa loquamini, ut genera sunt linguarum, quid proderit? cum omnia in aëra soluantur, & nulli proficiant, & nihil eorum sine uoce est: Proprium est enim uniuscuiusque lingue habere uocem. Ero cui loquar barbarus] Omnis enim sermo, qui non intelligitur, barbarus iudicatur. Et ideo qui loquitur lingua Id est, ignota. Oret ut interpretetur] Oratio hoc loco oris eloquutio intelligitur. Sic ergo loquatur, ut grammatica uerba quæ diciturus sit intelligantur, uel

uel oret ut illi interpretandi gratia donetur. Nam si orem lingua] Mihi ignota. Nunc diuertit sermonem ad seipsum. Si enim sine fructu est] Mens in ipso homine, si absente mente & intellectus spiritus oret, quanto magis quæ ignorantur ab auditoribus dici non prodest? Mens autem mea sine fructu est] Dum non intelligo quod loquor: Est autem spiritus uis quædam animæ mente inferior, ubi corporalium rerum similitudine exprimuntur. Orabo spiritu] Oratio hoc loco oris narratio intelligitur. Ergo orabo spiritu, hoc est ignota lingua in spiritu meo expressa eloquar. Orabo & mente] Id est, intellectu mentis meæ alijs predicabo: Qui enim interpretatur, necesse est ut ipse prius intelligat quod alijs diciturus est. Non ergo sufficit, ut quis solo spiritu aliena lingua loquatur, nisi mens & intellectus accesserit, quatenus ipse cognoscat quid loquatur, aut alijs interpretando patefaciat. Cæterum si benedixeris spiritu] Id est, sine interpretatione, quatenus alijs clarescat quod loqueris. Qui supplet locum idiotæ] Quod ipse diceret. Idiotæ, id est, nuper baptizati, & qui nullam præter propriam intelligit linguam, quod proprium est auditoribus. Quomodo dicit Amen? Hoc est, quomodo tuæ benedictioni perhibebit testimonium, uel consensum, cum ignoret ipsius lingue qualitatem? Nam tu quid bene gratias agis] Quod superius dixerat, si benedixeris spiritu, hoc ipsum exponit: Nam benedicere spiritu, est gratias agere, licet ignota idiotis lingua. Gratias ago deo, quod omnium uestrum linguis loquor] Hoc ideo dicit, ne putaret quod ipse linguas ignoraret, & propterea linguas condemnaret. Sed in ecclesia uolo sensu meo quinque uerba loqui] Mauult pauca uerba lucida sensu recto loqui, quàm innumerabilia obscura & incognita, quæ auditores non adificant: quia meliora sunt pauca uerba quæ profunt, quàm multa quæ non profunt. Nolite pueri effici sensibus] Ac si diceret: puerilis est uariarum linguarum cupiditas, in qua sola delectatio est, non utilitas, nisi accedat interpretatio. Aut nolite pueri effici sensibus, sed sci re debetis quare datae sunt lingue. In lege scriptum est] Legem uocat prophetiam Esaiæ. Quoniam in alijs linguis] Ideo hoc dicit, ut ostendat, quod in isto tempore linguis alijs non indiget, dum multi fideles sunt, & unaquæque lingua doctorem habet ex se. Nam lingue in principio ideo datae sunt, ut infideles crederent ipsarum admiratione, atque sua lingua docerentur. Vnde sequitur: Ita que lingue in signum sunt non fidelibus] Hic ergo ostenditur crescente fide signa cessare, quando infidelium causa danda esse predicantur. Prophetia] Id est, predicationes. Non infidelibus] Qui adhuc non recipiunt. Sed fidelibus] Dum recipiunt & credunt. Nonne dicent quod infantis? Sicut Iudæi Apostolis dixerunt: Nonne musto repleti sunt istis? Occulta cordis eius] Quoniam eius conscientia per doctrinam pulsatur. Manifesta fiunt] Sibi ipsi in sua conscientia, aut alijs pure confitendo. Quid ergo est fratres? Id est, quid ergo faciendum, uel quid diffinimus esse tenendum? Psalmum habet] Id est, intellectum psalmi, uel nihil habet nisi cantare psalmum. Doctrinam habet] Historica gesta narrans, uel sermone quotidiano moribus res corrigit. Apocalypsin habet] Reuelationem mysteriorum, aut si aliter qua uisio illi reueletur. Interpretationem habet] Ea quæ obscura sunt dilucidans. Linguam habet] Id est, uarijs loquens linguis. Et unus interpretet] Unusquislibet ex ipsis tribus. Sibi autem loquatur] Id est, in sua conscientia. Et deo] Qui scit. Quod si alij reuelatum fuerit] Si sentit sedens plus quam ille qui predicat. Ut omnes discant] Tacendo. Et omnes exhortentur] Predicando. Et spiritus

C. Et spiritus prophetarum prophetis subiectus est] Quia spiritualis gratia, quae fuit in prophetis subiecta est nobis Apostolis, & Apostolicis uiris, ac praedicatoribus, siue spiritus humilitatis & charitatis, qui est in prophetis, id est, praedicatoribus debet subiectus esse alijs prophetis, id est, praedicatoribus, & idcirco alterutrum sibi inuicem cedant: Vt uno loquente prior taceat, quia deus qui in ipsis est, non est dissensionis, sed pacis. Itaque per haec omnia hortatur eos ad concordiam, ne magnitudine donorum & sapientiae nascantur discordiae.

An a uobis uerbum dei processit] Nunquid a uobis doctrina Christi inuicem sumpsit? Aut in solos uos deuenit? Id est, ut neminem praeter uos sinatis praedicare? Propheta] Id est praedicator. Aut spiritualis] Id est linguis loquens.

Si quis autem ignorat, ignorabitur] Ex hoc probatis uerum esse prophetam, si ista cognouerit, si quis autem ignorat haec, ignorabitur: & a nobis & a deo, dicente eis, qui se in eius nomine prophetasse dicent: nescio uos.

Matth. 5.

uestra honeste] Nihil peruerso ordine, aut per contentionem, aut inanem gloriam faciatis. Mulieres uestrae taceant] Supra dixit, prophetae duo aut tres diuident: scilicet ne putarentur foeminae in hoc concludi, ideo subiungit & dicit: mulieres taceant. Sicut & lex dicit, ut in Genesi: Sub uiri potestate eris, & erit reuersio tua ad uirum tuum, & ipse tui dominabitur. Turpe est enim mulieres in ecclesia loqui. Alibi autem concedit eas docere suam prudentiam & castitatem, sed hoc priuatim.

Gen. 3.

Mulieres quid docent.

CAPVT XV.

D. Resurrectio.



Notum autem uobis facio] Nunc de resurrectione incipit differere, quam quidam Corinthiorum negabant, Quod & accipi] Per reuelationem. Secundum scripturas] Prophetias, ut: traditus est propter iniquitates nostras. Et quia sepultus] Vt est illud: & erit sepulchrum eius gloriosum. Et quia surrexit tertia die] Sicut in Osee: uiuificabit nos in biduo, die tertia resurgens. Plus quingentis fratribus] Hoc quidem factum esse credimus, licet in Euangelio non sit scriptum. Deinde Iacobo] Alphai filio, qui se testatus est a coena domini non comensurum panem, usque quo uideret Christum resurgentem: sicut in Euangelio secundum Hebraeos legitur. Tanquam abortiuo] Id est, de cuius uita desperabatur. Visus est & mihi] In uia, uel in templo Hierusalem. Hoc ideo dicit, ne putarent eum audita potius quam uisa narrare.

Quaedam Pauli non sunt in Euangelij. Euangelium Hebraeorum.

Vacua non fuit] Id est, sine fructu & multorum utilitate, sicut in illo qui abscondit talentum in terra. Sed plus illis omnibus laboraui] Hoc est, quod neque cessauerit ab Euangelio praedicando, neque tamen ab Euangelio uitam suam sustentauerit. Obtinui] Id est, apostolatui. Sicut praedicaui] Id est, quod Christus resurrexit, & omnes per illum resurgent. Si autem resurrectio mortuorum non est, neque Christus resurrexit] Alterum ab altero pendet: aut utrumque negare, aut utrumque confiteri necesse est. Si uero caput resurrexit, quomodo membra non resurgent? Neque Christus resurrexit] Cum ipse mortuus est secundum carnem. Adhuc enim estis in peccatis uestris] Quia non iustos uos efficit resurrectio Christi, de qua Paulus dicit: Resurrexit propter iustificationem nostram. Item estis adhuc in peccatis uestris, quia si mentitus est post triduum resurrecturum, mentitus est se etiam peccata dimittere, quod absit. Et qui dormierunt in Christo] Id est, qui in Christo mortui sunt: sine causa enim hanc uitam

Esai. 11. Osee 6.

Rom. 4.

A hanc uitam perdiderunt, si uitam aeternam non habebunt. Miserabiliores sumus omnibus hominibus] Si in hac uita tantum sperantes sumus, nulla praemia sperantes uitae futurae. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis] Id est, quod nullus Christianus dubitat. Primitiae dormientium] Quia prius in incorruptione surrexit: si ergo caput resurrexit, necesse est etiam ut & membra caetera subsequantur. Sicut enim in Adam omnes moriuntur] Quia sicut ille mortientium forma est, ita & iste resurgentium. In suo ordine] In suo scilicet honore, uel ordine, tempore seruato, quia primitiae Christus. Deinde hi qui sunt Christi] In quo tacetur de resurrectione mortuorum iniquorum, quia non ad gloriosam uitam resurgent. Deinde finis] Mundi, ac mundanae conuersationis. Cum tradiderit] Cum quasi laborem & opus suum, Regnum] Id est ecclesiae deo assignauerit, & in illius contemplationem perduxerit. Deo patri] Deo Christo secundum humanitatem, & Patri secundum deitatem. Traditio regni nostra est perfectio, cum etiam ex integro filij esse meruerimus, ut Ioannes: Videbimus, inquit, eum, Regnum dei naturaliter quidem per omnia est, sed tunc proprie regnare dicitur, cum illi homines fuerint uoluntate subiecti, sicut regnum diabolicum, cum illi se homines sponte subiecerint. Cum euacuauerit omnem principatum] Nam euacuatis peccatis, euacuabuntur a nobis omnes contrariae potestates. Omnem principatum] Id est, ab eo qui nobis sequentibus principatur. Et potestatem] Quia nos eorum dominati subiecti sumus. Et uirtute] Qua nos uicerunt: uirtus enim eorum, nostra peccata sunt. Oportet enim illum regnare] Istud de homine dictum non negamus, de eo qui passus est crucem, qui postea sedere iubetur a dextris.

Adam morientium forma.

Ioan. 5.

Virtus diaboli

B Quid sibi uult hoc quod ait: Oportet enim illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius? Nunquid tam diu regnaturus est dominus, donec incipiant inimici sub pedibus eius esse, & postquam illi sub pedibus fuerint, regnare desistet? cum utique tunc magis regnare incipiat. Donec ponat omnes inimicos sub pedibus] Id est, aut uoluntate, aut necessitate subiectos: Sub pedibus eius, aut sub Christi humanitate, aut sub Apostolis, quibus mundum peragrauit. Destruetur mors] Id est, diabolus, qui autor est mortis, siue mors corporis destruetur sorbente immortalitate: potest hic excludi Haereticus, ne ipsum patrem subiiciendum Christo dici putaret. Tunc & ipse subiectus erit illi, qui subiecit sibi omnia] Hoc dicit pro parte humanitatis, uel pro membris ecclesiae. Aliter, subiectio non semper ad diminutionem honoris pertinet, sed etiam ad charitatis officium, maxime cum & spiritus Prophetarum] Id est, prophetarum dicatur esse subiectus, ut non sit deus dissensionis, sed pacis, cum & ipse dominus Ioseph & Mariae scribatur fuisse subiectus. Ut sit deus omnia in omnibus] Salus, uita, uictus, & copia, gloria, & honor, & pax, & omnia bona. Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis? Qui cum in Christo baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus, id est, ut iam quasi comortui cum illo simus, quid ergo prodest nobis mundo mori, si hanc contempimus uoluptatum, uita non sequitur aeterna? Aliter, pro mortuis, id est, operibus, quae generant mortem. Vt quid periclitamur? Si nihil esset in futuro, non ne eramus stulti, ut tantas tribulationes pro alijs pateremur? Quotidie mori, or pro uestra gloria] Id est causa uestrae gloriae: semper enim sum paratus, & quotidie me expecto pro uestra gloria moriturum. Per, non semper significatio iuramenti est: nam si dicam, per puerum misi, non statim per puerum iurasse putabor. Quam habeo in Christo] Bonus enim doctor particeps est gloriae discipulorum

Donec.

Pedes Christi Apostoli sunt.

Subiectio non semper dignitati detrahit.

Pro mortuis baptizari.

Per.

C discipulorū, Si secundū hominē] Hoc est, si nihil remuneratiōis à deo pro hoc certamine spero. Quare pugnaui Ephesi cōtra bestias? Id est, Hæreticos, & fauos hoīes. An ut hominibus placerē? Māducemus] Increpat exēplo Prophetæ, gulæ deditos desperatione futurorū. Nolite seduci] Id est, ab his, qui talia dicūt. Corrūpūt bonos mores colloqa praua] Hieronym⁹ in expositiōne Epistolæ ad Titū dicit: Ad Corinth. quoq; de Menandri Comcedia uersum sumpsit Iābicū; Corrūpūt mores bonos. Mos est Apostolis de mūdana sapiētia accipere testimonia, etsi nō ad autoritatē, tamē ædificatiōnē, ut illud Vergiliū in Actib⁹ Apostolorū: Ipsius em̄ genus sumus. Sobrii estote] Nō seducat uos ignorātia resurrectionē negantiū. Ignorantiā dei] Id est, putantes deum nō posse suscitare. Sed dicet aliq;] Ipse sibi ex cōtradicientiū persona pponit. Quomō resurgēt mortui? Id est, dū corpora in puluere redeūt. Quali autē corpore redeūt? Hoc est, utrū ut sepeliant, sic resurgūt: uerbi gratia: Si cæcus & leprosus sepelitur, utrū idem cæcus & leprosus resurget? Atq; his duab⁹ interrogatiōib⁹ statim respondet, dicēs: Insiptens tu] Quia non adfendis quid quotidie corā tuis oculis gerit. Quod feminas non uiuificatur nisi prius moriatur, & quid feminas? nō corpus] Ad illud respondet quod pramissit: quali autē corpore ueniūt? Nō corpus quod futurū est] Ac si diceret, nō spicā feminas in terrā, sed granū, & sicut cū grano fecundior cū granis resurget aristata, ita & incorruptibile corp⁹ in gloriæ resurget augmēto. Deus autē dat illi corpus] Id est, ab initio disposuit, ut omnia semina cū putruerint, in amplius reformatur. Propriū corpus] Non alienū, sed secundū genus suū propriū: utpote triticū de tritico, ordeum ex ordeo, sic homines sua propria corpora recipiunt, nō aliena. Nō omnis caro eadē caro] Tota cōparatiōnis huius diuersitas ad hoc ualet, ut credas unū genus facile reparare posse, qui tanta fecit ex nihilo: siue tantā meritorū ostēdit esse distantia iustorū à peccatoribus, quātū distant cœlestia à terrestribus, & ipsorū inter se iustorū in tantū distare fulgorē ostendit, quantū differūt luminaria à luminaribus. Corpora cœlestia] Ut sol & luna, ita & resurrectio mortuorū, nō omniū, sed tantūmō sanctorū. Seminatur in cōtumelia] Quid tam ignobile, ut cadauer? Seminatur in infirmitate] Id est, doloris & mortis. Surget in uirtute] Sanitatis & immortalitatis. Seminatur corpus animale] In corporib⁹ resurgentiū tanta felicitas erit, propter q̄ & spiritualia dicta sunt, cū pculdubio corpora sint futura, non spiritus: Sed sicut nunc corpus animale dicitur, quod tamen corpus anima non est: ita tunc corpus spirituale erit, corpus tamē nō spiritus erit. Proinde quantū attinet ad corruptionē, quæ nō aggrauat animā & uitā, quibus caro aduersus spiritū concupiscit, tunc nō erit caro, sed corpus, quia cœlestia corpora perhibētur, ppter qd dictū est: Caro & sanguis regnū dei nō possidebūt. Et tanq; exponens quid dixerit, neq; corruptio incorruptionē possidebit, & quod prius regnū dei, hoc posterius incorruptionē: quantū autē attinet ad substantiā, etiā tunc caro erit. Idem in libro de generibus uisionum: Corpus quod futurū est in resurrectione mortuorū, spirituale appellat Apostol⁹, ubi ait: Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale, eod quod miris modis ad omnē facilitatē & incorruptionem spiritui subdatur, & sine ulla indigentia corporalium alimentorū solo uiuificetur spiritu: non quod incorporeā substantiā sit habiturū, neque enim & hoc corpus, quod nūc habemus, animæ habet substantiā. Sicut scriptum est] Id est, in Genesi. Et factus est homo in animā uiuentem] In spiritum uiuificantem. Nouissimus Adam in spiritum uiuificantem] Sed non prius quod

Versus Iambi
cus Menandri

Arati hoc est
in Phenome-
nis.

Qualis resur-
rectio.

Distabunt san-
cti fulgore.

Corpus spiri-
tuale.

I. Cor. 15.

Gen. 1.


A quod spirituale est: sicut prior est terrenus Adā, & posterior cœlestis: ita prius animale, posterius spirituale corpus accipimus. De cœlo cœlestis] Non quod corpus de cœlo attulerit, sed quod conceptus sit de spiritu sancto. Sicut portauim⁹ imaginē terreni] Peccator imaginē Adæ portat: iustus uero imaginē Christi. Ergo sicut portauim⁹ ueterē hominē ante baptismum, ita & post baptismū portemus nouū. Caro & sanguis regnū dei non possidebūt] Id est, uitia & opera carnalia, quæ postea nomine corruptionis appellat: frequenter enim scriptura carnē pro operibus carnis nominat, ut alibi: Vos autē non estis in carne, sed in spiritu. Sed non omnes immutabimur] In gloriā & uitā æternam: quia de morte in mortē transire non est immutatio: nam gehenna= Non omnes līs poena mors secunda est, ideo peccatoribus immutatio non deputatur. Et in ictu oculi] Per ictum oculi nimia breuitatem uult significare momentū, ut quanta sit potentia ex resurrectione cognoscas. In nouissima tuba] Id est, uoce archangelica, ut: Media nocte clamor factus est. Et mortui resurgēt in corrupti] Id est, quia mortē carnis ultra non habebūt, aut cū integritate membrorū suorum resurgent. Oportet enim] Id est, necesse est fieri, quod deus promissit. Absorpta est mors] Hoc in Osee Propheta scriptū est. Vbi est mors? Iam uiuemus, iam non moriemur in illo, qui pro nobis mortuus est, & resurrexit. Aculeus autē mortis peccatū] Stimulus uel sagitta mortis peccatum est, per quod animæ iugulantur. Virtus uero peccati lex] Dum fortius & uiolentius sit peccatū per scientiā commissum. Victoriā] Vel peccati contra legem cōmissi, uel illam qua mors absorbebitur in uictoria. Stabiles] Id est, in fide resurrectionis permanētes. Abūdantes in opere domini] Id est, ne sit fides uestra mortua. Nō est inanis] Propter spem resurrectionis.

Carnem non
possidere re-
gnū dei.

Non omnes
immutari

Matth. 15.

Stimulus mor-
tis.

B  Am de collectis, quæ fiunt in sanctos] Nunc incipit de sumptibus, quæ per singulas ecclesias collecti, in Hierosolymā sanctis pauperibus mittebantur. Per unā sabbati] Vna sabbati, dominica dies est, ut dominica die semper paulatim cōgregarentur per tempus, ne plus grauarentur: Ideo autem in dominico hoc permissum est, quia non opus est seruire eleemosynam congregare. Gratiam] Eleemosynam, quia gratis datur. Quod si dignum fuerit] Ut eos ad largiorem prouocaret collationem, infert: Quod si dignum fuerit, ut ego eam, mecum ibunt] Id est, si talis fuerit oblati o uestra, quæ mea quoque mereatur profecutione deferri. Ostium em̄ mihi] Hoc est aditus prædicandi, fideiq; ipsorum. Per Epistolas hosmitto] Ad cōmendandos eos in Hierusalem. Cum fratribus] Id est, mecum expectantibus, siue comitantibus. Vigilate] Oculis scilicet mentis, ad astutias diaboli præcauendas. Subiecti sitis eiusmodi] Id est, ut consiliū eorū uos regat. Laboranti] In ministerio prædicationis. Quod uobis deerat] Id est, quod mihi à uobis deerat de necessarijs, ipsi suppleuerunt. Maranatha] Syrum est, & interpretatur, deus noster uenit, quasi ergo aperte Apostolus diceret: qui non amat dominum, sit perditio, id est, pereat in aduentu domini. Caritas mea] Id est, ut quo modo ego uos diligo, ita & uos inuicem diligatis. In Christo Iesu] Id est, non secundum seculi charitatem. Amen] Confirmatio benedictionis.

Collectæ.
Vna sabbati.

Maranatha.

° SEDVLII SCOTI HY
BERNIENSIS, IN EPISTOLAM PAV
LI AD CORINTHIOS POSTE
RIOREM, COLLECTANEVM.

C A P V T I.



Paulus Apostolus Iesu Christi per uoluntate dei] Nō homi
nū uoluntate; Simul & ostēdit, nō sine patris uolūtate se mis
sum à Christo, ut: Nemo uenit ad me, nisi pater traxerit eū.

Ecclesie dei] Signāter dixit dei, q̄a est ecclesia quæ nō est
dei, id est, hæreticorū et malignantiū. Pater misericordiarū]
Id est, à quo est omnis misericordia. Multas dicit aut̄ miseri
cordias, q̄a multæ sunt humanæ miseriæ. Sed regrendū, qua
re de misericordia & cōsolatiōe in primis dicit; q̄a de misericordia & cōsolati
one eorū hanc Epistolā scripsit. Totius cōsolationis] Perfectæ consolati
onis; nam homo ex parte consolatur. Ut possimus & ipsi] Propterea cōso
lamur & liberamur, ut & nos alios cōsolari & de tristitia liberare possim⁹. Aut
ita formā dat nobis alios cōsolandi. Per exhortationē] Qua ipsi à domino
cōsolamur; Agnoscimus quod deus timentū se neminē derelinquat, & multo
magis in futuro remuneret, quādo nos in præsentī etiam non deserit. Abun
dat etiā consolatio nostra] Ut: Dominus mortificat & uiuificat. Ut Petrus de
carcere liberatus; ut ipse Paulus in uisione domini uoce cōfirmatus in templo.
Pro uestra exhortatione] Quia uos ad salutē hortamur, siue ut uobis ex
plū tolerantia præbeamus. Siue exhortamur] Ideo liberamur, ut ipsa re cō
firmemini nō pertimescere tribulationes, siue ut uos hortemur patienter ferre
illa, quæ & præsentē cōsolationē obtinēt & futurā. Nō em̄ uolum⁹ ignora
re uos] Suas passiones narrat, ut illi se ad illarū cōparationē parua pati cogno
scant. Onerati sumus] Ipso pondere passionū. Supra uires] Nisi domi
nus adiuuasset. Ut taderet nos etiā uiuere] Id est, ut mori omni desiderio cu
peremus. Respōsum mortis habuimus] Id est, ipsa mors docuit nos omne
humanū auxiliū defecisse, & ab illo sperandū esse remediū, cui etiā suscitare pos
sibile est. Aliter, mortem quasi ante oculos habere se dicit, deniq; eripi de ipsa
pressura resuscitatos se asserit; aut certe minātibus eis mortē, respōsum mortis
habuerūt. Et adhuc eripiet] Scit se multa passurū, q̄ sperat se etiā liberandū.
Adiuuātibus etiā uobis per orationē] Multū ualeat oratio ecclesie, quæ etiā
Petri de carcere liberauit. Ut ex multarū p̄sonis facerū, eius qd̄ in nobis est
donatiōis p̄ multos pro nobis gratiæ referant] Hoc dicit sensus, ut ex multo
rū conuētū pro eo quod uobis donatur, domino gratiæ referantur. Aliter per
multos, qui sunt eius donationis & gratiæ participes, quæ in nobis est. Nā glo
ria nostra hæc est] Ideo in ipsiis passionib⁹ gloriamur, q̄a cōscientia nostra mi
nime nos reprehēdit, qd̄ nec tēporalis gloriæ, uel lucri causa docere uideamur.
In simplicitate] Nō aliud ore dicētes, & aliud corde retinētes. Abūdanti⁹ au
tē ad uos] Id est, dū necessaria ab alijs accipim⁹, à uobis aut̄ nihil. Nō em̄ alia
scripsim⁹] In hoc apparet, q̄a nō in carnali sapiētia, sed in simplicitate et, synce
ritate & gratia dei prædicauī uobis, dū nō aliud legistis in scriptura sacra, q̄ em̄
habet carnalē sapiētia, cōmutat qd̄ uerū est, causa placēdi hoībus, & cupidita
tis. Ex parte] Quod quædā pars ex uobis intelligit nostrā doctrinā & simpli
citatē, siue q̄ etiā nunc multi uesterū integre & perfecte nō sapiūt, sed ex parte.
Gloria uestra sumus] Sic gloriant̄ discipuli de bono magistro, quomodo &
magister

Forma conso
lanti.

Respōsum
mortis habere

Oratio pu
blica.

AD CORIN. POSTERIOREM COL. 63

A magister in bonis discipulis gloriā. Vnde Solomon dicit: Gloria senū filij filij
orū, & gloria filiorū patres eorū. In die dñi] Quādo & ueri magistri & boni
discipuli probabunt. Et hac confidētia] Quia gloria uestra sumus. Ut se
cundā gratiā haberetis] Quia priorē in priore meo habuistis aduētū, siue ut se
cundā gratiā præsentia meæ post literas habeatis, aut gratiæ poenitentia post ba
ptismū. Nunqd̄ leuitate usus sum? Quia promissum nō impleuerat, ne leui
tatis putaretur excusari. Aut quæ cogito secundū carnē cogito? Secundū car
nalē scilicet uolūtate: carnale est em̄, nulla maiore causa existēte, nō facere qd̄
promittit, sicut multi carnales homines facere solēt. Ut sit apud me est & nō] Est & non.
Quia q̄ secundū carnē cogitat, sit apud illū, est & non, id est uerū & mendaciū.
Carnalis em̄ cum aliquid p̄ponit, si ei aliud aliquid superuenerit, quod magis
cōmodis carnis p̄derit, suo proposito nō cōstringitur: non sic qui spiritualiter
cogitat. Est aut̄ & non dicit, quādo quod spondēdo promittit, nō implēdo de
negatur. Dei enim filius] Ac si diceret: ab illo discimus ut nō mentiamur, si
cut em̄ ille nō mentit, sic nos mēbra eius. Nō fuit in illo est & nō] Si in Chri
sto nō fuit est & nō, quare cum promississet se ire ad Centurionis puerū, non
perrexit: sed affuit spirituali gratia, qui nō affuit corporali præsentia; quod etiā
de Paulo similiter dicere possumus. Sed est in illo fuit] Hoc est, in cōmutabi
lis ueritas. Sicut illud Moysi: qui est, misit me. Ille enim uere est, qui semper idē
est. In illo est] Quia per illū impletæ sunt. Ideo & per illū] Christū: nam p̄
ipsum incarnatū oēs figurationes legis, & p̄missiones dei ueræ sunt & impletæ.
Amen] Verū, uel est amen, id est, ueritatis impletio. Ad gloriā] Per nos.
Omnis ueritas p̄missionis patris in Christo est, quæ p̄ nos ad dei gloriā prædi
cat. Qui cōfirmat nos] Ac si diceret: nō possum⁹ ire ad uos, & prædicare uo
bis, nisi quando dñs uoluerit. Et ideo nō leuitate usus sum nō ueniēdo ad uos.
Et qui unxit] Spiritu sancto. Et qui signauit] Signo crucis in fronte; illud
autē signatur, quod aliquid intrinsecus continet preciosum; unde subiungit:
Et dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem testū deum inuoco]
Reddit causam non impleti promissi, hoc est, nō suæ leuitati, sed illorū infirmi
tati asserit deputandū. Parcēs uobis] Ne in uobis acrius uindictarē. Nō ue
ni ultra] A Macedonia, in qua scripsit hanc epistolā. Et sic disponendo, nō ue
ni Corinthū ultra. Ergo ire distulit, ut tunc iret, quādo emēdatiores essent.
Nā fide statis] Ideo nō dominamur uestre fidei, sed adiutores tantū sumus.

Deus gratia
sua adest non
nullis.

E Macedonia
scripta est hæc
epistola.

C A P V T II.



Senim ego contristo uos] Duriter increpādo uos. Sed propte
rea hoc facio, ut possim gaudere de uobis. Et q̄s est qui me læ
tificet? Nullus est, nisi quos cōtristo: & tunc me lætū facietis,
si emēdaueritis ea pro quibus cōtristo uos. Nisi qui cōtristatur
ex me? Si em̄ cōtristatur, intelligit se peccasse, si æger qui do
lorē sentit potest p̄cipere sanitatē, et ad medici lætitiā pertinere.

Tristitia] Non emēdandi uos. Super tristitia] Meæ pressuræ in Asia. Con
fidens] Confido q̄ me taliter diligitis, ut meū gaudiū uesterū esse ducatis. Per
multas lacrimas] Flens uestra peccata. Si quis cōtristauit] Filius, q̄ thorū
patris polluit. Nōne cōtristauit? In quantū ipse tristis poenituit. Sed ex
parte] Ex ea sola parte, qua sibi nocuit, nō ea qua tristificus poenituit. Ut nō
onerē oēs] Ideo scribo uobis eū recipi, ut nō oneremini, et multū cōtristemini,
si p̄ durissimā increpationē de salute sua desperauit. Sufficit] Cum poenituit.

q 3 Ne forte

C Ne forte abundantiore tristitia] Hoc est, ne forte per dispensationē indulgē-
 33 tix. Abforbeatur] Gurgite uittiorū, & à diabolo persuasus, ad infidelitatis &
 33 blasphemix maiora præcipitia deducatur. Ad hoc em̄ scripsi] Hanc secun-
 33 dam epistolā. Ut cognoscam experimentū] Id est, ut uideā si quo modo deo
 33 obedistis in uindicādo, ita obediatis indulgēdo. Propter uos] Id est, ne uos
 33 grauemini uel contristemini. In persona Christi] Quia uice fungimur Chri-
 33 sti, uel in persona Christi, qui dixit: Quodcūq; solueritis super terrā, erit solutū
 33 & in cœlis. Ut nō circūueniamur à satana] Per nimia increpationē, ut pecca-
 33 tores desperent. Nec enim uersutia eius ignorant] Astutia diaboli est, ut sub
 33 specie iustitiæ fallat incautos, id est, uertendo bonū in malum, hoc est, poenitē-
 33 tiam in desperationē. Cum autē uenissem Troadē] Modo illis uult proba-
 33 re, quāto amplius eos diligit, quorū causa tantū sollicitus est, ut cum illi omnia
 33 prospera sint, nullā requiē habuerit, qui Titum quem ad eos uisendos miserat,
 33 non inuenit, timens scilicet q̄ minime correxissent, quia nondum renuntiaue-
 33 rat Titus. Ostiū] Oportunitas prædicandæ fidei: quia deus corda eorū ape-
 33 ruit. Eò quod non inuenerim Titū] Id est, q̄ non redisset ad me, quatenus
 33 me de uobis faceret certiorē. Sed ualedicēs eis] Quāuis habuerim occasionē
 33 prædicandī in Macedonia, per quā à uobis Titus erat utiq; rediturus: uicinior
 33 est enim Macedonia Achaia q̄ Troadi. Deniq; dum ibi esset, Titū postea ad-
 33 uenisse dicit. Triūphat nos] Hoc est, triūphare nos facit de tribulationibus
 33 per Christū, siue in nobis ipse triūphat, quod alij credunt in uirtute Christi. Et
 33 odorē notitiæ suæ] Sicut sentitur anteq; uideatur illud, cuius odor est, sic odor
 33 notitiæ dei anteq; deus ipse uideat, per prædicationē Apostolorū sentit, ut est il-
 33 lud; In odorē unguentorū tuorū currimus. Odor autē dicitur, quia primo cre-
 33 dētes modicū aliquid tanq; per odorē sentire uolebant. Odor bonus] Bona
 33 fama est. Per Christianos uero qui male uiuunt, nomen domini blasphemaf,
 33 super bonos laudatur. Odor mortis] Id est, animæ, uel corporis. In mortē]
 33 Ut Petrus Ananiam & Saphirā multauit. Odor uitæ in uitā] Id est, corpo-
 33 ris & animæ, sicut umbra Petri sanabat infirmos. Aliter: Amasti bene agen-
 33 tem, unxisti bono odore: inuides & detrahis bene agentī, mortuus es bono o-
 33 dore. Et ad hæc quis idoneus?] Id est, ad hæc ministranda & faciēda quis po-
 33 test tam idoneus esse, q̄ nos qui ad hoc sumus electi? Adulterātes uerbū dei]
 33 Pseudoapostolos tangit, unū sensum diuinæ prædicationi miscētes, ut est: Cau-
 33 pones tui miscnt aquā uino. Sicut ex deo] Hoc est, si ex deo processit doctrī-
 33 na quā scim⁹, ipso præsentē in psona loquit̄ Christi, id est, sicut ipse prædicauit.

Ver, futia dia-
boli.

Ostium.

Odor Christi
per Euageliū.

Ad. 5.

Caupones uer-
bi dei.

CAPVT III.



1. Cor. 9.

Ezech. 11.

Nepimus iterū nos ipsos cōmendare:] Non ut cōmendemus
 33 nos uobis, ista docēdo laudare nos uolumus, sed hæc ne ab a-
 33 lijs seducamini cogimur memorare. Cōmendatitijs episto-
 33 lis] Quos nō cōmendat gratia uirtutū, illos digne cōmēdant
 33 epistolæ amicorū. Epistola nostra uos estis] Ut alibi: nā signa-
 33 culū apostolatus mei uos estis. Inscripta cordib⁹ nostris] Id
 33 est, in nostro amore cōclusa, & in spiritu uinculo charitatis expressa. Episto-
 33 la Christi] Id est, imago Christi per nos informata, ut sicut portauimus imagi-
 33 nē terreni, ita & portem⁹ imaginē coelestis. Ministrata à nobis] Per prædica-
 33 tionē. Non atramēto] Sicut cōmendatitiæ epistolæ. Sed in tabulis cordis]
 33 Ut: Auferam à uobis cor lapideum, & dabo uobis cor carneū. Fiduciam autē
 33 talem

A talem] Hoc est, quia nouimus uos per nos credidisse, uel quia nos non huma-
 33 na epistola, sed gratia dei cōmendat. Sed sufficientia nostra] Id est, doctrina,
 33 quæ nobis à deo donata est. Noui testamenti] Euangelij. Non litera] Id
 33 est legis. Sed spiritus] Id est gratiæ ministrantes: Litera enim occidit. Quo-
 33 modo ergo alibi dicit, legē esse spiritualē? Sed spiritualibus spiritualis est; Cate-
 33 rum peccatores occidit; ut, quicunq; hoc uel illud cōmiserit, morte moriat: gra-
 33 tia uero impiū conuertentē iustificat. Quod si ministratio mortis] Lex quæ
 33 mortificat peccatores. Cæterū ipse eam & sanctā, & iustam, & bonā alibi appel-
 33 lat. Ita ut non possent filij Israël] Significat quia postea futurū Christū uide-
 33 re non potuissent. Quæ euacuatur] Quia gloria legis per gloriā Euangelij
 33 euacuatur, sed ita euacuatur, ut perficiat, sicut in fantiā ipse dixit euacuari in ui-
 33 ri perfecti aetatem, semen quippe euacuatur in futurum. Ministratio spiritus]
 33 Id est, prædicatio spiritualis legis. In gloriā nostrā] Scilicet quandoq; futu-
 33 ram, ut perfecit non poterit euacuari. Si enim ex ministerio damnationis]
 33 Exposuit quod superius dixerat, literā occidere, ministratiōem esse mortis,
 33 scilicet damnando peccatores. Ministeriū iustitiæ] Quod ministrat iustitiā
 33 dimittendo peccata. Nam nec glorificatū est, quod claruit in hac parte] In
 33 cōparatione Euangelicæ gloriæ umbratur gloria legis, sicut orto sole obrundi-
 33 tur lunæ lumen, cum tamen suo tēpore magnū habeat fulgorē. Si em̄ quod
 33 euacuatur] Hoc est, uetus testamentū. Euacuatur autē in neomenijs & sabba-
 33 tis, & talibus obseruationibus. Quod manet] Id est, nouū testamentū, quod
 33 est initium uitæ æternæ. Habentes igitur talem spem] Futuræ gloriæ: quia
 33 spe salui facti sumus. Et non sicut Moyse] Id est, non ita agimus: quia oēs
 33 iam Christiani uident gloriā Christi, sancto spiritu reuelante, licet ex parte,
 33 quia non est nunc uelamen super faciē Christi. Vsq; in finē eius] Videlicet
 33 uitæ eius: ita & lex nō intelligitur usq; in finē, id est, usq; dum Christus credat.
 33 Quod euacuatur] Quod uelamen nunc euacuat in Christo. Id ipsum ue-
 33 lamē] Scilicet infidelitatis, cuius figurā illud gestabat in faciē. Quod nō re-
 33 uelatur] Dum non credit in Christū. Velamen] Ignorantiæ & infidelita-
 33 tis. Conuersus fuerit] Iudæus infidelis. Dominus autē spiritus est] Nihil
 33 ergo per obscurū uelatum, sed sensus spiritualis apparet. Vbi autē spiritus,
 33 ibi libertas] Libertas spiritus: & idcirco non potest uelamen accipere, cum ma-
 33 gis omnia ipsi reuelat. Qui ergo spiritū dei habet, omnia illi nuda sunt & aper-
 33 ta, quia spiritus omnia scrutatur. Nos autē reuelata faciē domini gloriamur]
 33 Videmus nunc, dixit, per speculū in ænigmate. Certū est, q̄ speculo nisi imago
 33 cernit: hoc ergo facere conati sumus, ut per hanc imaginē, quod nos sumus, ui-
 33 deremus utcunq; à quo facti sumus. Tanq; per speculū] Hoc significat etiam
 33 illud quod ait Apostolus: Nos autē reuelata faciē gloriā domini uidemus. Spe-
 33 culantes dixit speculū uidentes, non de specula prospiciētes, quod in Græca
 33 lingua nō est ambiguū, unde in Latinā translata sunt apostolicæ literæ. Quod
 33 uero ait, in eandē imaginē transformamur, utiq; i imaginē uult intelligi eandē,
 33 dicens istam ipsam scilicet quā speculamur, quia eadē imago est & gloria dei.
 33 Transformamur ergo de forma in formā, mutamur atq; tranſimus de forma ob-
 33 scura in formā lucidā, quia & ipsa imago dei. De gloria in gloriā] De glo-
 33 ria creationis in gloriā iustificationis, uel de gloria fidei in gloriā speciei. De
 33 gloria in qua filij sumus, in gloriā quā similes ei erimus, quoniā uidemus eum
 33 sicuti est. Quod uero adiunxit: Tanquam à domini spiritu] Ostendit gra-
 33 tam nobis conferrī tam optabilis transformationis bonum.

Heb. 4.

Euacuari legē
per Euange-
lium.

κατασφραγισμένη
est in Græco.

C



Non deficiamus] In tribulationibus nostris. Occulta dedecoris] Id est, omnis peccati. Non ambulantes in astutia] Id est, non turpis lucri gratia prædicantes. Adulterantes] Hoc est, falsa permiscentes. Sed in manifestatione ueritatis] Ut ita manifestum sit apud homines uerum esse quod dicimus, ut etiam eorum conscientia testimonium nobis perhibeat.

In quibus deus huius seculi excæcauit mentes infidelium] Ordo est: in quibus deus excæcauit sensus infidelium huius seculi. Qui est imago dei] Hoc est, imago substantiæ dei expressa, sicut scriptum est ad Hebræos. Sed hæc imago æqualis est ipsi patri. Non enim nosmetipsos prædicamus] Id est laudamus. Qui enim propria cōmoda quærit, non Christum, sed se prædicat. Propter Iesum] Hoc est, propter amorem Christi populum eius conquiritentes. Qui dixit de tenebris lucem splendescere] Ut fiat lux, & facta est lux. Ad illuminationem scientiæ claritatis dei] Id est, ut sciatis claritatem eius. In facie Iesu] Hoc est, uice Iesu: Ut pro quo legatione fungimur. Habemus autem thesaurum in uasis fictilibus] Thesaurum gratiæ spirituales in fragili corpore bauiamus, in quo etiam cum alios sanemus, ipsi aliquoties infirmamur. Ut quod facimus non nostræ uirtutis, sed dei esse noscatur. In uasis fictilibus] Hoc est, in corporibus fragilibus. Hinc Esaias dicit: Absconde hunc librum in uase fictili, id est, Euangelium. Sed non coangustamur] Propter spem cœlestium præmiorum. Aporia uulnus, angor, tristitia. Non destituimur] Id est, dei auxilio non deserimur. Humiliamur] Coram regibus & iudicibus. Sed non confundimur] Quia ipse loquitur per nos, ut: nolite putare quomodo, aut quid loquamini. Manifestetur] In resurrectione. Mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes] Quia parati sumus semper mori pro illo, sicut ille pro nobis mortuus est. Ut & uita Iesu Christi manifestetur in corporibus nostris] Si enim cōmori mur ei, uita ei in corpore nostro manifestabitur in gloria resurrectionis. Vita autem in uobis] Ideo morimur, hoc est, parati sumus ad mortem, dum euangelizamus, ut uos uitam possideatis æternam, & bene sit uobis. Habentes eundem spiritum] Fidem incarnationis Christi, sicut patriarchæ & propheta priores, de quibus dicitur: Sic enim persecuti sunt Prophetas. Crediti] Ut: corde creditur ad iustitiam. Scientes quoniam qui suscitauit Iesum] Firmiter tenentes hanc fidem, à qua nec morte diuellimur. Omnia enim patimur propter uos] Omnia enim ideo patimur, quia fideliter uestram salutem quærimus & optamus. Ut gratia abundans] Est sensus, ut per multitudinē credentium propter abundantem gratiam, gratiarum actio abundet in gloria. Propter quod] Id est, propter uos, & propter gloriam dei. Exterior homo] Id est uisuum corpus. Interior homo] Id est mens, ubi imago dei reformatur. Supra modum] Tribulationis: nulla enim comparatio æternis ad tēporalia potest esse. Aeternū pondus] Quia illud leue dixerat, ideo hic pondus posuit, seruans metaphoram stare. Quæ enim uidentur, temporalia sunt] Siue bona, siue mala sint, siue prospera, siue aduersa. Quæ autem non uidentur] Præmia & pœnæ.

CAPVT

A

CAPVT V.



Cimus enim, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur] Domus nostra inquit terrenū corpus, in quo in hoc seculo adhuc corruptibiliter habitamus. Si ante aduentum domini uel passionibus, uel conditione naturæ fuerit dissolutum, cœlestem incorruptionem ex deo corpore reuiuiscere sumemus. Etenim in hoc] Id est, in corpore.

Ingemiscimus] Id est, desiderio flemus. Habitationē nostram] Spirituale corpus. Quæ de cœlo est] Id est, quam in cœlo habebimus, si tamen uestiti, non nudi inueniemur. Nā etsi uolumus æterna uita & immortalitate uestiri, tamen non timemus hac uita nudari. Non enim uolumus cum dolore & morte istā amittere, & si nos ab ipsa grauati ingemiscimus, sed ut absorbeat quod mortale est à uita æterna sine mortis labore. Eò quod nolumus expoliari] Id est, corpore nostro. Sed superuestiri] Id est, in immortalitate superueniente, absq̃ separatione sarcinæ tunicæq̃ corporis nostri. Ut absorbeat mortalitas] Hoc est, sicut à uitæ sanitate infirmitas, ita immortalitate mortalitas absorbeat. Qui autem perfecit nos] Ideo deum dicit hoc facere, ne cui impossibile uideatur. Qui dedit nobis pignus spiritus] Id est, ut credamus absorbendam esse mortalitatem. Vel ut sciamus, quia templum sui spiritus perire non patitur. Peregrinamur à domino] Quia non sumus adhuc in hereditate paterna. Audemus ergo] Id est, prorsus hoc audenter eligimus. Sicut alibi ait: Cupio dissolui & esse cum Christo. Peregrinari de corpore] Bene ait peregrinari, quia ad id sumus iterum in resurrectione reuersuri. Ideo contendimus] Iam modo tales esse actu conamur, quales futuri sum⁹ in regno, natura incorporeales sine dubio & perfecti. Absentes] Id est, in præsentī uita. Siue præsentēs] In futura beatitudine, ut: Placebo domino in regione uiuorum. Ante tribunal Christi] Pro magnitudine potentie sedentis magnitudo tribunalis & terror iudicij æstimanda sunt. Scientes ergo] Scientes quantus metus sit diuini iudicij, hominibus suademus ut caueant. Deo autem manifesti sumus] Si non & nos formidamus, uel qua causa suademus. Manifestatos esse] Id est, probatos. Gloriamur pro nobis] Contra pseudoapostolos, qui eis primo per de tractionem odium apostolorum uolebant inferere. Ut habeatis uos] Ut scitis quid respondere debeatis contra pseudoapostolos. Qui in facie] Qui in superficie tantum & in hypocrisi, non in pura conscientia, nec in uirtute dei se se iactant. Siue ergo mente excedimus deo] Euāgelium dicit: Videbitis cœlum apertum, & angelos ascendentes & descendentes super filium hominis. Audi in uno loco ipsum Apostolum ascendentem & descendentem in una sententia. Siue enim, inquit, mente excedimus deo, siue temperantes sumus uobis, Quid est, mente excedimus, ut illa uideamus quæ non licet & homini loqui. Quid est, quod temperantes sumus uobis? Nunquid iudicari scire me aliquid inter uos, nisi Christum Iesum, & hūc crucifixum? Si ipse enim dominus ascendit & descendit, manifestum est, quod & prædicatores ipsius ascendunt in illuminatione, descendunt in prædicatione. Verbum ecstasis Græce, Latine quantum datur intelligi, uerbo uno exponi potest, si dicatur excessus. In excessu uero mentis duo intelliguntur, aut pauor, aut intentio ad superna, ita ut quodam modo de memoria labantur in inferna. In hac ecstasi fuerunt omnes sancti, quibus arcana domini mundum istum excellentia reuelata sunt. Hoc ergo ait, siue mente

C mente excedimus deo, id est, ad meditationem dei. Ille enim uidet, quod uide-
mus in mentis excessu, ille solus reuelat secreta sua, quippe hoc ille loquitur,
qui se dicit abreptum esse, & ablatum usque ad tertium caelum, & audisse ineffa-
bilia uerba, quae non licet hominibus loqui. Tantus autem fuit ille mentis ex-
cessus, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deus scit. Charitas enim Chri-
sti urget nos] Ascendere mente ad caelum, & descendere ad terram ad proxi-
mos. Vt & qui uiuunt] Ei debemus uitam nostram, qui illam in omnibus sua
morte seruauit. Si quis ergo potius suam quam dei uoluntatem facit, sibi uiuit, & non
illi. Qui mortuus est, & resurrexit] Propter calumniam semper morti resur-
rectionem adiungit. Itaque nos ex hoc neminem nouimus secundum carnem]
Id est, dum Christus pro nobis mortuus est secundum carnem, id est, carnaliter
uiuentem, uel secundum obseruationes ueteris legis, in sabbatis, & neomeniis,
& reliquis. Et sic cognouimus secundum carnem Christum] Quia eis pseu-
doapostoli exempla ueterum proponebant, & Christum carnaliter cum ludaeis
circumcisum omnia celebrasse, sed nunc iam istam non nouimus, quia post re-
surrectionem Christi nouum est testamentum. Aliter, etsi ante resurrectionem
secundum carnalem fragilitatem & indigentiam Christus uixerat, tamen post
gloriam illius resurrectionis, nihil imbecillitatis in eo est. Noua creatura] Id est,
ecclesia per sanguinem Christi renouata. Aut si quis credit in Christo, noua est
creatura, per sacramentum baptismatis renouata. Ac sicut nouitate uitae intelli-
gens uetera suo tempore defuncta fuisse, ita modo nouo more uiuendum, uitam
transire, peccatum uidelicet Adae & uetus lex. Omnia noua] Id est, Euange-
lia, mandata, & uita noua in Christo secundum corpus & animam, & spiritum,

D & mentem. Gratias autem deo, cum non a nobis sit hoc tam magnum be-
neficium. Ministerium reconciliationis] Id est, opus, uel officium Euange-
lizandi. Quonia deus erat in Christo.] Tribus modis deus erat in Christo. Pri-
mo, secundum infinitatem omnis creaturae, quod ubique est, ut: Nonne ego im-
pleo caelum & terram? Eo autem modo est deus etiam in peccatoribus. Secun-
do, iuxta sanctificationem & peculiarem inhabitationem quo in sanctis est, ut
est illud: Inhabitabo in eis, & inter eos ambulabo. Tertio, secundum plenitudi-
nem diuinitatis, quod Christo sigillatim conuenit, iuxta illud, quod in ipso ha-
bitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Tanquam deo exhortante]
Id est, non ex nobis loquimur, sed ex deo. Cum qui non nouerat peccatum]
Hoc est, pater pro nobis Christum, qui peccatum nesciebat. Peccatum fe-
cit] Quia sicut hostia pro peccato oblata peccatum uocabatur in lege, sicut
in Leuitico scriptum est: Et imponet manum super caput peccati sui: Ita & Chri-
stus pro peccatis nostris oblati, peccati nomen accepit. Vt nos essemus iustitia
dei] Non nostra, non in nobis, sed in ipso, id est, in Christo, quasi membra in capite.

CAPVT VI.

A Diuantes] Id est, exemplo. Et obsecramus] Id est, uerbo
doctrinae. Gratiam dei] Indulgentiam peccatorum in bap-
tismo. Tempore enim, inquit] Id est, deus pater per Esaiam.
Acceptabili tempore] Id est, noui testamenti. Exaudiui
te] Ad Christum, eiusque ecclesiam hoc dicitur. Ecce nunc di-
es salutis] Nunc autem dicit: Nemo in inferno enim confite-
bitur tibi. Nemini dantes ullam offensionem] Id est, neminem malo exem-
plo laedentes. Sic enim non uituperabitur ministerium praedicationis nostrae.
Sicut dei ministri] Dei ministri debent prout possibile est, deum imitari. In ne-
cessitate



Esa. 49

A cessitatibus] Per aliquam uiam illatis. In angustiis] Angustia est omnis egen-
tia. In laceratione] Id est, membrorum. In laboribus] Seu manuum, siue huc & il-
luc discursuum. In castitate] Corporis ac mentis. In scientia] Scripturarum.
In longanimitate] In sustentatione longa. In spiritu sancto] Dum dignos nos
eius habitaculo praeparamus. In charitate non ficta] Verbo non tantum diligen-
tes, sed opere & ueritate. In uirtute dei] Non nostra facultate, sed auxilio dei.
Per arma iustitiae] Quae ad Ephesios describit, quae sunt, lorica iustitiae, fidei scu-
tum, zona continentiae, calciati pedes in preparatione Euangelii pacis, galea salu-
tis, gladii uerbo dei. A dextris & a sinistris] Hoc est, ne prosperis eleuemur,
ne fragamur aduersis. Per gloriam] Virtutum a deo. Et ignobilitate] Id est, car-
cerum. Per infamiam] Cum blasphemamur ab inimicis. Et bonam famam] Cum lau-
damur ab amicis & fidelibus. Vt seductores & ueraces] Hoc est, ab alijs ut ue-
races laudamur, ut seductores ab alijs infamamur, quae omnia aequaliter ferimus,
nec extollunt nos laudantes, nec deiciunt detrahentes, quia solet utraque pars alij
quando mentiri. Vnde ad conscientiam redeuntes, non debemus fide alijs magis acco-
modare, quam nobis. Sicut ignoti] Id est, perfidis & ingratis. Cogniti] Fide-
bus & iustis. Quasi morientes] Hoc est, usque ad mortem peruenimus, & ecce ui-
uimus, sicut quando lapidatus est, & mortuus aestimatus, surgens docebat illustra.
Sicut egeni] Rebus corporalibus. Multos autem locupletates] Eleemosynis,
diuitijs caelestibus. Et omnia possidentes] Nam excepto quod omnia dei nostra
sunt, nemo plus habet, quam qui nullius eget, ille enim nullius eget, qui praeter ne-
cessaria nihil requirit. Per prospera & aduersa in alio loco idem Apostolus se tra-
nisse describit, cum dicit: Per arma iustitiae, quae a dextris sunt, & a sinistris, id est, per
gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam, ut seductores & ueraces, &c.

B Omnia ergo quae prospera reputantur, dextra dicuntur partis, quae sanctus Apo-
stolus gloriae & bonae famae uocabulo designauit, illa etiam quae existimantur ad-
uersa, quae per ignobilitatem & infamiam euidenter expressit, quaeque a sinistris esse de-
scribit, efficiuntur uero perfecto arma iustitiae, si allata sibi magnanimiter susten-
tauerit, quod uidelicet per haec dimicans, & istis ipsis quibus impugnari putat
aduersis tanquam armis utendo, eisque uelut arcu, uel gladio, scutoque ualidissimo
contra illos qui haec ingerunt communitus, profectum suae patientiae ac uirtutis ac-
quirat, gloriosissimum constantiae triumphum ex ipsis quae lataliter inferunt capiens
hostium telis. Nec prosperis duntaxat elatus, nec deiectus aduersis, sed itinere pla-
no, ac uia regia semper incedens, ab illo tranquillitatis statu, nequaquam latitiae sur-
perueniente quasi in dexteram motus. Nec ingruentibus aduersis, tristitiaque do-
minante, uelut ad leuam rursus impulsus. Os nostrum patet ad uos] Ita sumus ue-
stro profectu ad uberem praedicationem prouocati, ut tacere penitus non possimus:
profectus enim discipuli prouocat os magistrum, & cor dilatat atque amplificat, id
est, facit sensibus abundare. Non angustiari in nobis] Ac si dicat, non nos an-
gusti doctrina, sed uestra uiscera non recipiunt. Eadem autem habet mercedem] Quia
similis retributio doctoris, & obedientis discipuli, ut: Qui recipit prophetam in
nomine prophetae, &c. Dilatamini] Id est, lato corde ac mente spiritualiter acci-
pite doctrinam. Cum autem dilatanter, imperat quid facient. Et nolite iugum ducere cum
infidelibus] Quia iugum simul non trahunt, nisi eiusdem generis pares. Non ergo ara-
dum, iugato boue simul & asino. Aut quae societas lucis] Id est, sanctis, ut: Vos
estis lux mundi. Cum tenebris] Id est, peccatoribus, ut: Fuitis aliquando tene-
brae. Belial diabolum significat, interpretaturque absque iugo. Vos enim estis templum
dei uiui. Cum ubique deus est, tamen in illis proprie habitare se dicit, qui eius gratia
perfru-

Angustia.

Dextra.

Gal. 5.

Matth. 5.

Belial.

C perfruuntur. Habítabo in illis] Hoc ex Esaia sumptum est. Et ero illorum
 deus] Deus natura omniū est, uoluntate uero paucorū. Exite de medio eorū
 rum] Non tantū loco, quantū simili cōuersatione ac familiaritate. Et immū
 dum] Id est, peccatū. Et ero uobis in patrē] Si uos parentes infideles abdi
 cauerint, me patrem habebitis sempiternū, ut: Pater meus, & mater mea dereli
 querunt me, dominus autē assumpsit me. Dicit dominus] Ne cui impossibi
 le uideret addidit oīpotēs. Hæc ergo pmissa habet] Id est, & ero illorū deus.

CAPVT VII.



Vndemus nos] Talem hospitē, id est deum recepturi. Ab o
 mni inquinamento] Inquinamentū carnis, est peccatū quod
 per carnē admittitur, spīritus uero, quod sola cogitatione pec
 catur. In timore dei] Non propter laudem hominū, uel timo
 rem. Accipite nos] Hoc est, capite quod dicimus, siue quod
 uiuimus, ut exemplū nostrū teneatis. Nemīnē circūuenim⁹]
 Malo scilicet exemplo, ut per auaritiā aliquid eius tolleremus. Nemīnē cor
 rupimus] Id est, mala doctrina. Non ad condemnationē dico] Hoc est, nō
 me excusando uos tales expono, non enim possum de uobis hoc sentire, quos
 diligo, ut superius memorauī, siue dilectio tantū facit habere fiducia. Prædixi
 enim, quod in cordibus nostris estis ad cōmoriēdū] Id est, epistola nostra uos
 estis, scripta in cordibus nostris. Multa mihi libertas] Id est, multā mihi fidu
 ciam dedistis loquēdi, quia in omnibus obedistis; Siue, quod multum me à uo
 bis diligi non ignoro. Multa gloriatio pro uobis] Id est, ad alias ecclesias.
 Repletus sum consolatione] Id est, audiens profectū uestrū & emēdationem,
 post multā tristitiam consolatione repletus sum. Superabundo gaudio] In
 tantū gaudeo, ut omniū pressurā obliuiscar. Nam & cū uenissē in Mace
 doniam] Vult illis ostendere, quātā pressurā magnitudo gaudiū superauerit.
 Foris pugna] Id est, contra infideles. Intus timores] Id est, propter falsos
 fratres. Non solū autē in aduentu eius] Hoc est, non solū qui desideratus ad
 uenit, sed etiā qui uestrū profectū nuntiauit, propter quod eius maxime expe
 ctabamus aduentū. Vestrū desiderium] Id est, ad bona perpetranda, uel pro
 pter aduentū meū. Vestrū mœrorē] Propter peccata, uel absentia meā. Ve
 stram æmulationē pro me] Id est, qui uice mea æmulati estis dei æmulatione
 peccātes. Sanè triplex est æmulatio, aut imitationis, aut inuidiæ, aut zeli. Et
 contristauit uos] Et si me pœnituisset, eò quod durius uos corripuerim, tamen
 uester profectus ut nō me pœniteat. Quasi medicus dicat; licet doleam tam ar
 denti me usum esse cauterio, sed nūc gaudeo, non quia doluistis, sed quia dolor
 ille profuit ad salutem. Pœnitentiā in salutem] Ea est enim pœnitentia dia
 bolica aduersa saluti, si quis de bono opere pœniteat. Seculi tristitia est, aut de
 amissis rebus proprijs, aut de alienis in uasis dolere, uel de alterius felicitate tor
 queri. Mortē operatur] Id est, desperatione torqueri, uel mortē animæ; se
 cundū deū aut tristitia est, siue sua, siue aliena lugere cōmissa. Quantā efficit
 in uobis sollicitudinē] Id est, ut caueatis, ne de cætero peccetis. Sed excu
 sationem] Id est, non superbiā, aut contemptū, sed satisfactionē. Sed indi
 gnationem] Id est, aduersum peccantes, non negligentia. Sed timorē] Id
 est, timorem dei, non securitatē. Sed desideria] Scilicet bonorū operū, non
 fastidiū. Sed æmulationē] Id est, contra peccantes, ne ultra peccent, non re
 missionē

*Æmulatio tri
 plex est.
 Deesse uidetur
 uerbum simile
 huic quod est
 facit, uel in cau
 sa est.*

A missionē. Sed uindictam] Id est, nō ueniā noxæ, sed uindictam salutarem
 in eum, qui inter uos peccatum cōmisit. Exhibuistis uos incōtaminatos esse
 negotio] Id est, peccato illius, qui uxorem patris stuprauit. Ideo incontami
 nati estis, quia eum corripuistis. Ideo consolati sumus, dum uos castos probatis
 esse negotio. Magis gauisi sumus super gaudium Titī] In hoc amplius gra
 tulati sumus, quia ita à uobis Titī spīritus est resectus, ut nunquā de eius mente
 possitis recedere; profectus quippe discipulorum spīritualia gaudia sunt magi
 strorum. Et si quid apud illum] Quasi peritus medicus ait, qui uulnus iam
 propè sanatum blandis unctioibus fouet, ut facilius cauterij uisura sanetur.
 Quoniam cū timore] Timebant enim contristare quē dilexerant. Gau
 deo, quod in omnibus cōfido in uobis] Ideo gaudeo, quia omnia quæ de uo
 bis audio, credo & confido uera esse.

CAPVT VIII.



Otam autem uobis facio] Nunc incipit de eleemosynis, &
 ad æmulationem Macedonū prouocat eos. Gratiam domini] Id est, eleemosynā. In multis probatus] In fame, quæ facta est
 sub Claudio Cæsare. Profunda paupertas] Id est, nimia.
 In diuitijs simplicitatis] Multū quidem pauperes sunt in terra, sed in magna simplicitate sunt diuites, cupien
 tes plus dare quàm quod habeant, ac propterea deus magis animum probat, quàm quod porrigitur dextera. Qui enim quantum potest facit, totū facit; quo
 niam pro uiribus uerbis præposteris hoc dicit. Testimonium illis reddo] In eleemosy
 nis quid spe
 et deus.
 Quoniam secundum uirtutem facientes, supra uirtutem uoluntarij fuerunt.
 Cum multis precibus orantes] Multum suadentes nos rogauerunt, ut gra
 tanter quod offerebant susciperemus in ministerium sanctorum. Et nō sicut
 sperauimus] Amplius enim quàm sperauimus fecerunt. Ita] Id est, intan
 tū æmulati sunt, ut rogaremus Titum. Et scientia] Scientia est deum nosse,
 uirtus uero, colere. Sicut ergo in itinere celebrando nihil prodest uiam nosse,
 nisi conatus ac uires suppetant ambulandi, ita uere sciētia nihil prodest, si uir
 tus propria deficiat. Ut ex hac gratia] Id est, faciendæ eleemosynæ. Abun
 detis] Id est, ne cum in alijs uincatis, in hoc ab alijs superemini. Non quasi
 imperans dico] Hoc est, non impero, nec exigo, sed consilium do, ut sicut in
 multis formam alijs præbuisistis, ita & in isto opere præbeatis. Est enim ingeni
 tas in uobis, ut ab alijs eam discere nō indigeatis. Qui propter uos pauper
 factus est] Ergo si ipse dominus uos diuites bonis cœlestibus fecit, sic & ipsum
 uos ditare, ipsi enim datur, quicquid eius pauperibus porrigitur. Et consiliū] *Matth. 25*
 Id est, imperium. Sicut & uelle cœpistis] Ostendit quosdam posse facere
 non uolentes, cum aut importunitas petentis, aut autoritas præcipientes exe
 gerit. Non enim ut alijs sit remissio] Non dico, ut uobis nihil seruetis, sed
 quod utrisque sufficiat. Sed ex æqualitate] Omnes enim æqualiter dabūt,
 si unusquisque tantum dederit quantum potest. Aliter: Ex æqualitate, hoc est,
 quo modo uos illorum uiuistis spīritualibus, ita & illi uestris carnalibus fruan
 tur. Aliter: Ex æqualitate, id est, ut uobis & illis sufficiat, ita distribuite. Illorum
 abundantia] Id est, doctrina & oratione. Ut fiat æqualitas] Id est, sufficien
 tia utrisque in spīritualibus & carnalibus bonis. Sicut scriptum est] Hoc de
 manna dei dicitur, quod populus accepit in deserto: cuius exemplo docemur,
 q̄ omnis sup̄abundātia generet uermes; simul & ostendit, quæ deus dat oībus
 æqualia

Cæqualia esse debere, & propter huius testimonij autoritatē uult nobis Aposto-
 lus præsentia omnia esse cõmunia, ut perfecti doctrinam nō abscondant, & ha-
 bentes substantiam mundi non denegent eis uictum. Eandem sollicitudinē
 Id est, quam habeo. Consolationem] Id est, exhortationem ad docendum
 uos. Accepit] Id est, à deo, uel à nobis. Sed cū sollicitior esset] Id est, qui
 aliorum eleemosynas æmulatus est. Destinatum] Id est, propositam, seu pa-
 ratam. Deuitantes hoc] Ne quis dicat, quomodo Christus legem impleuit,
 cum non uideamus Christianos tantam eleemosynam facere, quāta fieri in le-
 ge præcepta est. Missimus aut̃ cum illis] Id est, Tito & Luca. Et fratrem no-
 strum] Quidam hoc de Apollo asserunt dictum. Nunc uero multo sollici-
 tiorem] Eum probamus, confidentes quia uestra obedientia prouocetur, siue
 quam audiuit à Tito, siue quā per se ipse est probatus. Siue pro Tito] Quod
 dicit hoc est, ut tam Titī causa, qui eorum obedientiam collaudauerat, quā eo-
 rum qui ad ipsos fuerant pariter destinati, ita se exhibent, ut & charitatis synce-
 ritatē, & apostolicæ pro ipsis gloriæ ueritatē in conspectu omnium cõprobarent.

CAPVT IX.

Benedictio eleemosynæ est. **X** abundantia est mihi scribere] Id est, plus quā scripsi. Para-
 ta est] Id est, ad dandam eleemosynam. Et uestra æmulatio] Id est, imitatio. Nam Achaia] Tota prouincia, cuius caput
 estis, per uos ad hoc ministerium prouocata est. In hac parte] Id est, præparandæ eleemosynæ. Erubescamus nos] Id est,
 ego & Titus. Hanc benedictionem] Ideo benedictionē ele-
 emosynam uocat, ne parua fiat, quod enim benedicitur, ad abundantiam bene-
 dicitur. Ideo benedictio abundans eleemosyna uocatur. Siue hanc benedictio-
 nem] Id est, benedictam deo consecratam quæ eleemosynam. Sic quasi benedi-
 ctionem] Ita enim benedictio erit, si grato animo tribuatur. Hilarē enim da-
 torem diligit deus] Auarus aut̃ hilariter dare non nouit. Nunc circūuentio-
 nem] Id est, fraudationem. Qui parce seminat] Hoc est, qui parce & auare
 tribuit eleemosynam. Parce & metet] Id est, præmia in futuro. Et qui semi-
 nat in benedictione] Hic apparet, quod in hoc loco benedictio abundantiam
 significat. Secundū propositū cordis] Id est, uoluntarius, nō coactus. Hilarē
 enim datorem] Secundū sententiā Salomonis: In omni dato hilarem facito
 uultum tuum. Potens est deus] Hoc dicit, ne inopiam formidarēt. Disper-
 sit] Id est, diuisit, ut multis proficiat. Iustitia eius manet] Quare iustitiam, &
 non misericordiam dicit: quia pauperibus dare iustum est. Nam te oportet, ut
 quod deus tibi gratis dedit, pauperibus tu gratis des. Ius enim est ut des egeno,
 qui partem illius tecum habes. Manet] In æterna retributione. Qui aut̃ ad-
 ministrat semen seminanti] Hoc est, deus qui dedit tibi unū si dispenses, esur-
 rere te minime permittet. Incremēta frugum iustitiæ] Fruges, iustitiæ sunt fa-
 cultates, cum iuste dispensentur. Cum uero aut̃ inique corradantur, aut ad aua-
 ritiam uel superbiam possidentur, fruges iniquitatis fiunt. In omnē simplici-
 tatem] Ut simplici oculo bonæ int̃tionis erogetis, cum multiplici ea cõnore
 recepturos. Non solum supplet] Duplicem potestis habere mercedem, &
 refectiōnem sanctorum, & gratiarum in domino actionem, & in ipsorum ora-
 tione hæc omnia operatur. Ministratio huius officij] Qui etiam abundat
 ipsorum pauperum oratione pro uobis. Desiderantium uos] Id est,
 amantium. Quis enim non desideret tales propter gratiam & misericordiam
 eminentē?

A eminētē. Gratias aut̃ deo] Qui tantā nobis gratiā pietate sua ferre dignat⁹ est.

CAPVT X.

Manifesta est rei probatio, & facillima intellectu. Siue ab hypocritis uos caute, qui in præsentī gloriatur. Si quis cõ-
 fidit se Christi esse] Nemo tam stultus, quā qui se solum seruum Christi esse
 gloriatur. Si enim abundantius gloriatus fuero] Hoc est, & si me magis po-
 testatem à Christo accepisse dixerō, quā ceteros apostolos. Non erubescā]
 Qui & uerum dicam, & non meæ gloriæ, sed uestre ædificationis causā cõpul-
 sus hæc facio. Graues] Longitudine. Fortes] Dura increpatione. Nō em̃
 audemus] Scilicet ita deū contemnere, ut cõquemur aliquibus, qui suis ma-
 lunt laudibus quā dei gratia cõmēdari. Nec de nobis possumus maiora facta
 re quā sumus. Et cõparantes nosmetipsos nobis] Id est, non maioribus, si-
 cut illi pseudoapostoli, cū nihil sint, apostolis se non modo æquant, sed etiā an-
 teponūt. Nō in immensum gloriabimur] Id est, super id quod possumus, ni-
 hil supra humanā mēsuram, sed apostolatus gratia, quantū nobis dominus do-
 nare dignatus est, per quā etiā uobis Corinthijs prædicauimus. Nec enim hoc
 ipsum usurpatione fecimus, sed præcepto dei. Non enim quasi nō pertingen-
 tes usq; ad uos] Id est, per dei consiliū ac præceptū superextendimus nos, hoc
 est, ut sine præcepto dei quadā usurpatione nos ipsos uestros doctores, superio-
 res, ac sublimiores quā uos constitueremus. Nam se Apostolus superexten-
 deret, si non dei præcepto se ipsum eorū magistrum constitueret. Usq; ad uos
 enim peruenimus] Dei scilicet præcepto. Aliter. Non enim super extendi-
 mus] Id est, non ad alios transiuimus. Quasi non pertingentes usq; ad uos]
 Id est, ut uobis dimissis atque imperfectis, quasi non per diuinum præceptum
 ad uos non perueniremus, ad alios transiremus. Non immensum glorian-
 tes] Immensum est in alienis laboribus gloriari aliorum doctorum.
 Spem autem habentes crescentis fidei] Id est, nō munera à uobis, sed merce-
 dem à deo uestre fidei expectamus. Secundū regulam nostrā] Hoc est regu-
 la

C la nostra post aliorum salutem ad alios transire. Aut secundum regulam nostram, id est, non secundum alienam. In abundantia etiam] Non enim usque ad uos sufficit peruenisse, sed cum uestra fides creuerit, ad alios transibimus. Non in aliena regula] Sicut pseudoapostoli in preparatis iam ab alijs gloriantur impudenter. Qui autem gloriatur] Etiam qui debet gloriari, in domino, cuius in eo uirtutes operatae sunt, gloriatur. Quem dominus commēdat] Id est, uirtutibus signorum & doctrinae.

CAPVT XI.

Inspicientium gloriatio est. **T**inam sustineretis] Id est, sustinete me uel modicum, qui alios multum sustinere consueuistis. Inspicientia mea] Id est, gloriatiois, quae quasi quaedam insipientia uidetur esse. Inspipientem se dicit, quia illi necesse erat aliqua de se dicere, licet uera, ut ostendat quam uere insipientes sint, qui falso se laudant. Sed & supportate me] Stultitiam meam sustinete, dum pro amore uestro hoc dico. Aemulor enim uos] Non stimulo liuoris inflammor, sed uos tanquam pater diuina aemulatione castodio, ut possim uos immaculatos Christo coniungere, tanto maiore studio conseruatos, quanto meliori estis sponso iungendi. Timeo ne sicut serpens seduxit Euam] Sicut enim serpens maiora promissit, ut propria subtraheret, sic maiora haeretici quam quae doctrina Christi habet promittunt, ut sanam doctrinam corrumpant. Simplex autem sensus est uerus sensus, nulla falsitate intermixta compositus atque corruptus. Alium Christum] Meliorem nostro saluatore. Aut alium spiritum] Hoc est, si uobis aliquid gratiae praestiterint, quam pro nos accepistis, recte eos nobis proponi forsitan pateremini. Existimo enim me in nullo inferioriorem a magnis apostolis] Quanto magis ab his, qui nihil sunt? Siue ne putetis uos, quam illos quibus Petrus & ceteri apostoli praedicauerunt, minus aliquid accepisse. Sed non scientia] Ut pseudoapostoli, qui cum sint scientia imperiti, in sermone tumido gloriantur. In omnibus autem manifesti sumus] Ostendit integritatem suam, qua secundum deum omnia fecerit, cum nec auaritiam, nec gulam, nec gloriam ab eis aliquando quaesierit. Aut nunquid peccatum feci?] Si forte hoc solum peccaui, qui propter uos & illicita & concessa contempsi. Est ueritas Christi in me] Sicut Christus quod semel statuit non mutauit, nec est aliquando mentitus, sic faciam. Haec gloriatio] Id est, nihil a uobis recipendi. Deus scit] Quod uos diligo. Ut amputem occasionem] Reddit hic causam, quare non acceperit, ut aduersarij, qui docerent gulam, auaritiamque sectantes, quarentes per Paulum aditum inuenire lucrandi, non haberent, ut hic si uel panem acciperet, illi aurum licentius exigerent. Ideo tollit occasionem Apostolus, ut in hoc appareat, quod propter dominum docent, si a discipulis nihil expectant. Operarij subdoli] Subdolos est, qui aliud fingit dum aliud agit. Quorum finis secundum opera ipsorum] Mala opera malis finis expectat. Iterum dico uobis] Iam superius dixerat: Sustinete me modicum, & non reddiderat rationem, quod zelo dei eos zelaret, & non gloriae desiderio esset de se aliquid narraturus, ne in eius odium uersi, falsos apostolos sequerentur. Ne quis existimet insipientem] Ne me aliquis ex uobis putet quod iactantiae causa, & non alicuius profectus me ipsum glorior. Velut insipientem accipite] Hoc est, audite me quasi insipientem, non reuer

Inspicientium gloriatio est.



Pseudoapostoli.

Quamobrem Paulus nihil quaesierit ex functione praedicandi.

A reuera insipientem, sed quasi insipientem. Quod loquor] Id est, laudem meam. Non loquor secundum deum] Videtur esse, ut homo seipsum laudet, licet uerum dicat, nisi propter aliorum utilitatem, deique gloriam hoc faciat. Secundum carnem] Id est, secundum nobilitatem carnalem. Libenter enim suffertis insipientes] Ideo dixit: Accipite quasi insipientem, si uos suffertis insipientes, id est, Pseudoapostolos. Si quis uos in seruitutem redigit] Id est, ueteris legis & Iudaismi. Si quis deuorat] Id est, muneribus. Si quis accipit] Pecuniam uestram. Si quis extollitur] Id est, Iudaica superbia, uel scientia, uel de generis nobilitate. Si quis in facie uos caedit] Hoc est, si quis etiam praesentes uos obiurgat. Secundum ignobilitatem dico] Ignobilitas quippe maxima est, si filij dei de terrena nobilitate se iactant. Quasi nos infirmi fuerimus in hac parte] Id est, quasi nos in ista parte ab illis minus aliquid habeamus. Audeo & ego] Id est, possum audere gloriari, si uolo. Hebraei sunt] Id est, linguam Hebraeam habent. Israelitae sunt] Ideo addit, quia multum gloriabantur in hoc nomine, cuius interpretatio est, uir uidens deum. Vt minus sapiens] Notandum si quis de Christi saltem ministerio gloriatur, non sapienter hoc faciet. In laboribus plurimis] Quorum species enumerat. In plagis] Sicut casus est in Creta. Supra modum] Fortitudinis meae. In mortibus] Id est, expectatione mortis. Quinquies quadragenas] Quinquies flagellatus sum XL. percussionibus iuxta legem, non enim plagae secundum legem quadagesimum numerum excedunt. Vna minus] Id est, causa nobilitatis meae, quia mos erat apud Iudaeos, ut serui XL. percussionibus liberi uero XXXIX. flagellarentur plagis, quinque uicibus trigenas & nouenas, quasi transgressor legis accipi, quia lex XL. diebus in monte Sina data est. Ter uirgis casus sum] Id est, a Gentibus. Semel lapidatus sum] Id est, a Iudaeis in Lycaonia ciuitate, sicut in Actibus Apostolorum legitur. Periculis in ciuitate] Id est, Hierusalem a Contribulibus illatis. Periculis in mari] Id est, in minoribus tempestatibus, quas supra dixi. In falsis fratribus] Qui nostram explorare subintroierunt libertatem. In laboribus] Id est, manuum. In miserijs] Id est, inopia cibi & uestimenti. In fame & siti] Ex necessitate. In ieiunio] Ex uoluntate. Praeter illa quae extrinsecus sunt] Id est, quae per consuetudinem leuiora esse uidentur; in proprio enim corpore sustinuit praedicta, non sic supposita. Instantia mea] Id est, qua in isto semper, ut omnes audiant Euangelium & credant. Quis infirmatur?] Cum infirmantibus infirmor, cum pereuntibus perire me compatior, sic uxor tristitia, ut animo ardere me sentiam. Quis scandalizatur?] Id est animo, fide, opere. Si gloriari oportet] Iam si gloriari necesse est, in his quae non ad latitiam, sed ad meliorationem pertinent gloriabor. Infirmitatis meae] Omnes superiores necessitates uno infirmitatis nomine definiuntur, eod quod humanae imbecillitatis ista praeualeant. Scit quod non mentior] Rem quasi difficile dicturus, quod Iudaei contra eum etiam principes Gentium concitassent, ante imploratum testimonium dei, ne iactantiae putaretur, quod aduersus eum etiam regna super rexerint, & nihil potuerint praeualere. Haec autem omnia ideo dinumerat, ut ostendat quid inter ueros falsosque Apostolos intersit. Aut idcirco deum testem inuocat, ut uisiones quas sequenter exponit credantur. Praepositus Gentis] Id est, praepositus Gentis illius, ubi regnaret Aretha. Et per fenestram] Id est, domus adhaerentis muro.

† Docet uerbum non ab simile ei, quod est putidum aut deforme.

Israel quid sonet.

Flagella Pauli.

Act. 14.

Regna inter gra in Paulum concitata.

CAPVT



Non expedit mihi] Id est, non mihi expedit, quia qui necessitate compellor, sed uobis in me gloriantibus contra Hæreticos. Veniam autem ad uisiones] Ideo hoc dicit, ne quis ei obijceret, quid in his gloriaris, cum multa sint flagella peccatoris. Ad uisiones] Quæ in somnis uidi, Et reuelationes] Absq; somno domini. Sibi infirmitates reputat, domino uisiones adscribit. Scio hominē] Hoc de se humilitatis causa, quasi in alterius persona loquit. Siue in corpore &c.] Putabat quod in corpore erat, quia nō sensit mortē; putabat se extra corpus fuisse, pro excellitate atq; euidentia uisionis. Tertium cœlum] Vbi angelicæ uirtutes continentur, intelligitur. Et scio hominem huiusmodi] Quod iterum repetit, ostendit aliam uisionem fuisse. In paradysum] Id est, Adæ, uel cœlestem. Verba inaudita] Id est, siue quæ nulli fas est dici, siue quæ impossibile est humanā naturā capere. Parco aut] Quia sufficit manifesta, etiam si celentur occulta, ne quis existimet me angelum, uel deū esse, non hominē. Et ne magnitudo reuelationum extollat me] Quanta putatis esse quæ celo, ut merito mihi esset stimulus necessarius, qui me hominem esse semper demonstrat. Angelus Satanæ] Siue diaboli, qui tribulationes & plagas suscitabat, siue dolor capitis, qui Satanæ, uel contrarius sanitati dicitur esse; uel lex in membris posita legi mentis suæ contraria, de qua alibi dicit: Video aliam legem in membris meis. Sufficit tibi gratia] Id est, ad me glorificandum, & ad utilitatem multorū, tibiq; à stimulo ad protegendum. Gratia mea] Id est, gratia Apostolatus, quā donauit tibi. Nam uirtus] Id est, animæ, uel sanādi alios. In infirmitate] Id est, carnis. Libenter itaq; gloriabor] Id est, postquam cognouit prodesse quod nocere putabam. In contumelijs] Non in honoribus. In necessitate] Non in otio, sed in necessitate famis & sitis. Pro Christo] Non pro aliquo crimine. Cū infirmor tunc potens sum] Maxima potentia est infirmari pro Christo, & magnæ diuitiæ indigere. Vos me coëgistis] Id est, ut me gloriarer, dum Pseudoapostolos sese gloriantes recepistis. Commendari] Id est, laudari. Nihil minus fui] Virtute & doctrina non solum se Pseudoapostolis excellit, sed etiā bonis coëquauit, ne aliud quærerent quàm qd ipse docuerat. Et si nihil sum] Pro humilitate hoc dicit; uel, & si nihil sum, ut Pseudoapostolis uideretur. In omni patientia] In hoc apparet, quod per patientiā signa fiunt. Virtutibus] Id est, sanitatibus. Non grauauit uos] Id est, non accipiens à uobis stipendiā militiæ meæ. Donate mihi] Ironice loquitur. Ecce tertio hoc paratus sum uenire ad uos] Primo ad illos uenit, quando ipsis præsentialiter prædicauit; secundo uoluit ire cum prima Epistola, uel per ipsam Epistolam; tertio quod paratus erat ire cum hac Epistola, uel per hanc Epistolam, quod credibilius. Sed uos] Quærens salutem uestram. Ego autem libenter impendam] Hoc est, quicquid habeo boni exempli, & laboris prædicationis meæ impendo, id est, soluo. Et plusquam possum impendar] Perfecta enim dilectio non solum totum quod habet impendit, sed etiam libenter ipsa super impenditur, si necesse est. Dolo uos cepi] Est interrogatio. Per omnia se purgat, ipsorum semper conscientiam testem inuocans. Numquid circūueni uos? Id est, nunquid aliqs à uobis ad me abstulit pferendū? Eodem spiritu] Id est, sancto. Eisdem uestigijs] Id est, exēplis. Quid excusemus

excusemus nos] Id est, purgemus nos & laudemus, ut uobis placeamus, non coram deo. In præsentia dei] Patris, quem fallere impossibile est. In Christo] Id est, in persona Christi, ideo mendaciū non loquimur. Et ego inueniar à uobis qualem non uultis] Vel seuerus in uindicta; hic autem blandi-
 mentis minz iunguntur. Contentiones] Præferendo magistros magistris. Aemulationes] Minorū cōtra maiores. Animositates] Elationes animorū. Dissensiones] In cordibus. Super immunditia] Id est, fornicatione contra naturā, Et fornicatione] Adulterio. Impudicitia] In cōsanguineos.



Prædixi enim] In prima Epistola. Et prædico] In hac Epistola, antequam ueniam ad uos. Qui in me loquitur Christus] Qui potest in uos uindicare, nisi poenitentiam agatis. Non infirmatur] Id est, in uindicta super uos, uel in uirtutibus, quas operatus est in uobis. Nā etsi crucifixus] Qd crucifixus est, nostræ infirmitatis est; & quod uiuit, suæ uirtutis est. Sed uiuemus cum eo ex uirtute dei] Dabit nobis uirtutem, ut possimus uindicare in uos; uel in illo uiuemus in futura beatitudine. Si estis in fide] Quæ per dilectionē operatur. Non ut nos probati appaream] Si enim aliquid mali feceritis, nos uindicans apparem] Si enim non uindicans in uos nos reprobos uideri, tamen ut uos quod bonum est faciatis. Non enim possumus aliquid aduersus ueritatem] Cum uos nō merueritis uindictam, super uos dare non possumus. Gaudemus enim cum uos infirmi fuerimus] Si non sit necesse, ut nostra uirtus appareat sicut Petri apparuit in Ananiam & Saphiram. Infirmatur] Non dando uindictam. Vos hic fortes estis] Id est, in fide, & in bonis operibus. Vestram cōsummationem] Id est, perfectionē. In ædificationē] Ut uos de cætero emendatis, & alij formident peccare. Et non in destructionē] Ad quam sibi Pseudoapostoli potestatem suscipiunt. Gaudete] In tentationibus. Perfecti estote] In bonis operibus. Deus pacis] Qui est pax. Et dilectionis] Qui est dilectio & charitas. In osculo sancto] Id est, non subdolo.

COLLECTANEORVM IN EPISTOLA
 PAVLI AD CORIN.
 POSTERIOREM
 FINIS.

SEDVLII SCOTI HY

BERNIENSIS, IN EPISTOLAM PAV
LI AD GALATAS, COL
LECTANEVM.

CAPVT I.



Quatuor Apo
stolorū genera

Daulus Apostolus non ab hominibus] Hoc est, non ab hu
mana presumptione, ut dicunt illi. Hoc contra eos, qui Pau
lum dicunt subito prorupisse in Apostolatū, uel à maio
ribus ordinatum. Ergo non ab hominibus, uel per Apo
stolos alios. Neque per hominem] Vt Aaron per Moysen.
Quatuor sunt Apostolorum genera. Vnum, quod neque
ab hominibus, neque per hominem est, sed per Iesum Chri
stum, & deum patrē, ut Esaias & ceteri Prophetæ, & ipse Paulus. Aliud, quod
à deo, sed per hominem, ut Iesus filius Naue à deo, sed per Moysen. Tertium,
quod ab hominibus, & non à deo, cum uel hominū fauore aliquis ordinatur,
ut nunc uidemus plurimos non iudicio, sed redempto fauore uulgi in sacerdo
tium subrogari. Quartum, quod neque à deo, neque ab homine, neque per
hominem, sed à semetipso, ut omnes Pseudoprophetæ & Pseudoapostoli.
Sed per Iesum Christum] Qui Petrum & ceteros Apostolos elegit. Et
deum patrem, qui suscitauit eum à mortuis] Quo ostenditur una operatio
patris & filij. Qui suscitauit eum à mortuis] Ideo commemorat deum pa
trem, qui suscitauit eum à mortuis, ut per hunc uirtutem sui Apostolatus com
mendat, dum ab ipso patre missus est. Gratia uobis] Quia gratis nobis do
nantur peccata. In hoc subaudis, precor multiplicetur. Et pax] Qua remis
sis omnibus delictis fuerant reconciliati deo. Qui se dedit] Ostendit bene
ficia Christi, quibus existebant ingrati, in lege, quæ peccatoribus data fuerat,
uiuere cupientes. De presenti seculo malo] Id est, de malis seculi operi
bus; mundus enim bonus est. Secundum uoluntatem dei] Id est, non se
cundū facultatem & merita nostra. Amen] Conclusio præcedētis prologij.
Miror quod sic tam cito transferimini, ab eo qui uos uocauit in gratiam
Christi in aliud Euangeliū] Nescio quæ uos aura à fidei rectitudine defle
uit. Quod nō est aliud] Nam Euangelium uerum aliud esse non potest,
nisi Christi; quod enim ueritati contrarium, Euangelium non est dicendum.
Et uolunt auertere Euangelium Christi] Euangelium ad legem reuo
cant, dum literam tantum sequuntur, posteriora in faciem ponunt, & quod in
facie, post tergū faciunt. Sed & si nos] Id est, Euangelizauerimus. Ana
thema] Detestatio. Sicut prædiximus] Id est, præcedenti testimonio.
Et nunc iterum dico] Quia repetitum fortius commendatur. Modo
enim hominibus suadeo, an deos] Hoc est, nunquid propter homines uos
suadeo, quod propter traditionē Iudæorū ante faciebā? Ostendere uult, se odia
hominū nō timentē, libere defendere ueritatē. Si adhuc hominibus placerē]
Id est, si Iudæis placerem. Christi seruus non essem] Quia assererem legē,
& in fide Euangelij Christo non seruirem. Quia non est secundum homi
nem] Id est, quia neque à me finxi. Neque edoctus sum] Neque aliquis
me docuit

AD GALATAS COLLECT.

71

A me docuit ut intelligerem parabolas, & obscura Euangelij. Sed per re
uelationem Iesu Christi] In uia Damasci, uel spiritus sancti reuelatione.
Audistis enim conuersationem meam] Ostendere uult, quia firmiter tenuerit
iudaismum, & fideliter pro traditionibus patrum expugnauerit ecclesiam;
ut intelligamus eum non potuisse inde humano consilio, nisi reuelatione diuina
separari. Quoniam supra modum] Aliorum persecutorum. Patrum
traditionum] Id est, non dei mandatorum. Qui me segregauit]
Id est, elegit. Ab utero matris] Vnde apparet, quod quamuis non ab utero
statim in apostolatū uocatus est, tamen in præsentia electus est. Et hic queritur
Paulus ab utero
ro segregatus
in Euangelium
cur Paulus ab utero segregatus ecclesiam persequitur. Et Petrus à Christi
electus, abnegat Christum, scilicet ut sciant compati infirmis, & ut ostenderet
exemplum poenitentiae per g * dicendo: Saule Saule, qui etiam me
in præsentia ab utero segregauerat, quoniam ut uoluit fecit, quod sciebat esse
futurum. In me] Id est, per me. Non acquisitei carni & sanguini] Siue
ut ego eo melius habet non contuli, uel nihil ab Apostolis didici, ut alij putant,
non contulit plane Paulus post reuelationem Christi cum carne & sanguine,
quia noluit margaritas proijcere ante porcos, sed paulatim de carne & san
guine uertit in spiritum. Aut non acquisitei carni & sanguini, id est, Iudaico
generi. Neque ueni in Hierusalem ad antecessores meos Apostolos] Id est,
ad discendum. Sed abij in Arabiam, & reuersus sum Damascum] Queritur *
quomodo Paulus dicit se non uenisse in Hierosolymam, dux uero factæ sunt
ei insidie in Damasco. Ideo ergo Lucas prætermisit de Arabia, quia nihil di
gnum forsitan in Arabia Paulus perpetravit. Sed abij in Arabiam] Sed de
Damasco in Arabiam iui protinus, ut docerem quod mihi à domino fuerat reue
latum. Deinde post triennium ueni Hierosolymam] Ostendit se non in
dignum doceri, qui iam tribus prædicauerat annis. Videre Petrum] Id est,
uidendi gratia, non discendi. Et mansi apud eum diebus quindecim]
Septem & octo significat uetus & nouum testamentum, propter sabbatum, &
octauum diem resurrectionis dominicæ. Alium autem Apostolum non ui
di] Ne ab alijs discere uideretur. Nisi Iacobum fratrem domini] Ne autem
hic Iacobum putes filium Zebedæi, lege actus Apostolorum, qui iam ab He
rode fuerat peremptus; sic enim in Actibus legitur: Misit Herodes rex ma
nus, ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioan
nis] gladio. Eusebius in libro secundo historiarum dicit: Deinde occiderunt
Iudæi Iacobum, qui dicebatur frater domini, pro eo quod esset filius Ioseph,
qui Christi quasi pater habebatur: quoniam desponsata ei fuerat uirgo Maria.
Hunc inquit Iacobum, qui & Iustus cognominatus est ab antiquis, uirtutum
merito, & insignis uitæ priuilegio, primum historiae tradiderunt suscepisse ec
clesiæ quæ Hierosolymis est sedem. Quæ autem scribo uobis, ecce coram
deo quia non mentior] Quæ scribo uera sunt, & deo testante confirmo.
Eram autē ignotus facie] Hoc ideo dicit, ne quis putaret eum ab illis Euan
gelij didicisse. Et in me magnificare deum] Qui solus potest hoc efficere.

s 3 CAPVT

C spiritus sanctus, & sensus qui in litera latet, futura prædicant. In te] Non lege; sed in te, hoc est, in fide tua, qui es caput fidei. Benedicentur omnes Gen. 22. tes] Non una gens tantum iudaica, sed omnes gentes. Sub maledicto sunt] Quia ita præualuit cõsuetudo peccandi, ut nemo iam perficiat legem, sicut Petrus Apostolus ait: Quod neque nos, neq; patres nostri portare potuimus. Si qui uero iusti non erant maledicti, non ex operibus legis, sed fidei gratia saluti sunt. Sed qui facit illa] Mandata legis. Viuet in eis] Carnali scilicet uita, quia non est reus mortis, dum implet mādāta legis. Christus redemit nos de maledicto legis] Emere & redimere hoc est: quia qui emit, alienum; qui autem redimit, id est propriū quod suum fuit, & suum esse desuuit. Maledictus omnis qui pendet in ligno] Nō ideo maledictus quia pependit, sed ideo pendet quia maledictus, Ille negat Christū maledictū, qui negat Christū mortuū. Qui autem confitetur mortuum, & negare non potest mortē de peccato esse, & ob hoc etiam ipsum peccatum uocari, audiat ipse Apostolum dicentē, quo modo uetus homo noster simul cum illo crucifixus est, & intelliget quod maledictum Moyses dixerit. Ideo q̄ secutus Apostolus ait de Christo: Factus pro nobis maledictum, sicut non timuit dicere; pro omnibus mortuus est, hoc est, non mortuus quia maledictus, quia mors ipsa ex maledicto est, & maledictum est esse peccatum, siue ipsum quo fit ut sequatur supplicium, siue ipsum supplicium, quod alio modo uocatur peccatum, quia fit ex peccato. Quod autem additum est, omnis, ut diceretur: Maledictus omnis qui pendet in ligno, non sane Moyses minus præuidit etiam iustos in cruce futuros, sed bene præuidit hæreticos ueram mortem domini negaturos, & ideo uolentes ab hoc maledicto Christum seiungere, ut à mortis etiam unitate seiungerent; Si enim uera illa mors non erat, nullum maledictum Christo crucifixo pependit in ligno, quia nec uere crucifixus est. Ac per hoc additum est omnis, ne Christus ad ueram mortem non pertinere diceretur, si à maledicto, quod morti coniunctū est, insipienti honorificentia separatur. Vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem] Quæ per Ioëlem omni carni promissa est, uel uniuerso generi humano, ut: Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Fratres, secundum hominem dico] Hoc est, humano uero exemplo, siue secundum hominem; nam excelsiorem & profundiorē sensum habeo in his promissionibus, si dicerem, tamen non profunda profero, sed quæ potest homo intelligere.

D Nemo irritam facit] Quasi dixisset: si hominis testamentum nemo spernit, quanto magis dei testamentū, hoc est promissionem? Ac si diceret: quauis lex data est anteq̄ impleteretur promissio, tamen non in illa lege impleta est Abrahamæ promissio, sed ad hoc tantum lex data est, ut per illam aleremur, donec adueniret promissio. Simplex autē sensus, qui est in hoc loco textus, talē uim habet, ut docet Apostolus, non posse per legem quæ postea data est, repromissio; nec quæ antea facta sunt ad Abraham destrui, & posteriora prioribus præiudicare. Non irritum facit] Id est, quæ post tantum temporis data est lex, testamentum illud non potest euacuare, quod Abrahamæ deus confirmauit in Christo. Ad euacuandam promissionem] Vel ut non postea impleteretur promissio post datam legem, quasi in illa impleteretur. Quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex] Habitatio filiorum Israël, qua manserūt in Aegypto, fuit CCCCXXX. annorum, quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus domini de terra Aegypti, ut scriptura testatur Exodi. Quorū tamen summam annorum, Chronographi à septuagesimo quinto anno natiuitatis Abraham

Israël in Aegypto
quàm diu
manserit.

A Abraham, quo terrā repromissionis intrauit, cõputant sequētes editionē LXX. interpretum, quæ dicit: Habitatio autem filiorum Israël, quam habitauerūt in Aegypto, & in terra Chanaan, ipsi & patres eorum anni CCCCXXX. Quam necessario sequendam & ipsa Hebraica ueritas ostendit, quæ narrat Caath filium Leui, quem natum esse cõstat in terra Chanaan, uixisse annos CXXXIII. & filium Amram patrem Moyfi annos CXXXVII. & ipsum Moysem LXXX. fuisse annorū tēpore egressionis de Aegypto, quia nimirū horum summam annorum constat CCCC. & XXX. implere non posse. Annuit autem horum translationi & Apostolus, cum ait: Abraham dicitur sunt promissiones &c. Abraham autem per repromissionem, id est, non per legem, quæ nondum erat, sed per repromissionem: Vt: In semine tuo benedicentur omnes termini terræ. Quid igitur lex? propter transgressionem posita est] A latere uenientem quæstionem sibi ipse proponit, quare ergo data est lex, dum non illa promissio est, nec implet promissionem, nemoq; per eam saluatur: ad quod respondet: Lex propter transgressionem posita est, & mortis pi-
Lex ad quid sit posita.

B gnus fuit, donec ueniret semen. Hic autem hyperbaton est, ex omni parte confusum, est em̄ hic ordo: Lex posita in manu mediatoris propter transgressionē disposita per angelos. Disposita per angelos] Quia per angelos lex ministrabatur. In manu mediatoris] Siue Moyfi, ut quidam putant, Nam & Moyfes, aiunt, inter deum & populum medius fuit; Siue Christi. Deus autē] Id est, Christus. Unus est] Ideo hoc addidit, ne quis putaret Christum ab unitate diuinæ naturæ diuisum, quia mediatoris suscepisset officium. Lex ergo aduersus promissā est: absit] Quia nec lex prohibuit, ut promissā quæ prædicta sunt postea complerentur. Sed conclusit] Id est, deprehendit. Ostendit arguendo peccata, quia uetus lex pestem non detulerat, sed ostendit omnia sub peccato, dicendo: Non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum, id est, ueteris testamenti. Vt repromissio] Id est, in semine tuo benedicentur omnes Gentes. Ex fide] Id est, ut sola fide saluarentur credentes. Sub lege custodiebamur] Hoc est, seruabamur à lege huic fidei, quæ erat suo tempore reuelanda. Conclusit] Id est, unius dei. Itaq; lex pædagogus] Ad disciplinam nos arctius retentans perfectam doctrinam, & magistro reseruabat.
Pædagogus fuit lex.

Non sub pædagogo sumus] Nam perfectæ ætatis discipuli non indigent pædagogo. Omnes enim filij dei estis] Ad hoc ualet, ne Gentes de se desperarent, quia non custodiebantur sub pædagogo, & ideo se filios non putarent, sed per fidem induendo Christum omnes fiunt filij, non natura, ut unicus qui etiam sapientia dei est, præstante mediatoris fide, quam fidei gratiam nunc inducunt uocat, ut Christo induti sint, qui in Christum crediderunt, & ideo dei filij; fratresq; mediatoris effecti, in qua fide non est distantia Iudæi neque Græci. Non est Iudæus neq; Græcus] Ante enim non solum inter Iudæum & Græcum, sed etiam inter tribum & tribum erat diuersitas magna. Sed notandum, quod in hoc tres differentias generis, uidelicet conditionis sexus posuit.
Euangelium æquat omnium dignitates.

Omnes enim uos unum] Et si omnes unum corpus Christi effecti estis.

Abrahamæ semen estis] Vt tres hæredes non ex carnali semine, sed ex diuina promissione generati.



Ico autē quamdiu paruulus est] Paruulus filius uel populus, propter unam fidem ad unum semen Abrahæ pertinens, sed partim sub pædagogō fuit ex parte Iudæorum, partim sub elementis huius mundi, quibus tanquam procuratoribus seruebant ex parte Gentium. Nihil differt à seruo] Quia filius sub correctione disciplinæ est, quo modo seruus. Sed sub procuratoribus] Qui hæreditatem puero custodiunt. Et actoribus] Qui eum ad bonos mores cogunt. Item, sub tutoribus, uel Angelis, uel Prophetis, quorum uerbis in aduentum saluatoris quotidie erudiebantur. Sub elementis huius mundi] Quibus quasi in dijs usq; ad aduentū Christi Gentiles seruebant. Alij legem & eloquia Prophetarum, quibus quasi quodam alphabeto erudiebantur, dicunt factū sub lege, quia circumcisus est, & hostia pro illo oblata est, quasi sub lege factus non esset, Iudæi in eum credere non poterant. Ut adoptio nem filiorum] Nos enim beneficio & dignatione misericordiæ eius dei sumus filij. Reciperemus] Non accipiamus, sed recipiamus, ut significaret & hoc nos amisisse in Adam, ex quo mortales sumus. Clamantem] Nos clamare suscitantem. Abba pater] Consuetudo scripturæ est, ut Hebræum uerbum cum interpretatione ponat, ut in Genesi est, mesech, uernaculus. Imò cogniti estis à deo] Quia non illum uos quæstistis, sed ille uos perditos requisit: non quod tunc cognouisset illos deus, præcognitos uidelicet ante constitutionem mundi, sed quia tunc ipsi eum illius munere, non suo merito, uel facultate cognouerant. Maluit Apostolus tropice loqui, ut tunc ab illo cognitos diceret, cum eis cognoscendum se præstitit, & maluit uerbū suū corrigere quo dixit: Nunc autem cognoscentes deum, quasi hoc minus recte dixerit, quod proprie dixerat, & dicere imò cogniti estis ab eo, q̄ sine reuocatione sibi arrogare, se potuisse quod eis posse ille donauerat. Ad infirma & egena elementa] Quæ nūc infirma & egena dicit, superius mūdi elementa posuit. Infirma autē dicuntur, quia nihil possunt his qui se adorant. Egena uero, quod diuina gubernatione egeant. Dies obseruatis] Sunt quidem quæ leuissima putarētur, nisi em̄ in scripturis demonstrarentur opinione grauiora: quis æstimaret enim quod magnum peccatū sit, dies obseruare & menses, & annos, & tempora, sicut obseruant, qui certis diebus, siue mensibus, siue annis uolunt uel nolūt aliquid inchoare, eò quod secundū doctrinas uanas hominū fausta uel infauista existimentur tempora, nisi mali huius magnitudinē ex timore Apostoli pensaremus: qui talibus ait: Timeo uos ne forte sine causa laborauerim in uobis] Nihil enim profeci uos faciendo Christianos, si ista iterū obseruetis. Estote sicut & ego] Vel ueteres errores relinquite, sicut & ego reliqui: uel in omnibus imitatores mei estote. Quoniā & ego sicut & uos] Id est, errans fui aliquādo, uel homo sum sicut & uos. Nihil me læsistis] Id est, ut merito putaretis me inimicitiarū, & nō salutis uestre causa moueri. Lædit discipulus magistrū, si per negligentia suā præcepta eius, laborēq; disperdat. Scitis quia per infirmitatem carnis] Vel passionibus, uel dolore corporis, ac si diceret, ideo dico quod non me læsistis, quia quomodo uobis prædicauit infirmus fui, & tamē nec me tunc læsistis, neq; spreuistis, sed mihi compassi estis. Et tentationem uestra] Tentati sunt enim cū persecutionē patere Apostolus, utrū desererent eum, an charitate amplectere ntur, & dicit: neque spreuistis, ut non suscipere

Recipere

Scripturæ mos

Correctio rhetorica

Infirma elementa

Dies obseruatis

A susciperetis communionem periculi mei, grandis itaq; tentatio discipuli est, si uir sanctus aut infirmetur, aut impune lædatur. Quæ ergo est beatitudo uestra? Vel illa quæ in uobis in inijtis laudabam, nunc nulla est. Quoniā si fieri posset oculos eruissetis] Hoc hyperbolice pro maxima dilectione dictū est. Verum prædicans uobis] Non quicquid uerum, sed ut non circumcidātur. Aemulantur uos] Id est, inuident uobis, qui carnales uos de spiritalibus facere conantur. Non bene] Id est, dum seducere uos uolunt. Ut illos æmulemini] Id est, ut sub iugo legis teneamini. Charismata] Id est, dona. Aemulamini] Id est, sectamini. Filioli mei quos iterum parturio] Id est, per hanc Epistolam, quia prius parturiti uos per Euangelium genitos in lucem ueritatis, sed eundo in ueterem legem, uanasq; hominum doctrinas, nouam uitam, Christi q; formam perdidistis: sed nunc uos iterum parturio, ut per penitentiam renascamini. Et mutare uocem] Id est, quia magis uiua, quam mortua prodest. Quoniā confundor in uobis] Confunditur, quia filij effecti serui esse cœperunt. Quoniā Abrahā duos filios habuit] Dedit autem regulam ex hoc loco Apostolus, intelligendi allegoricas rationes, scilicet ut manente historiæ ueritate, figuras testamenti ueteris exponamus: nam cum dixisset Abraham duas uxores uerissime habere, postea quæ præfigurauerint demonstrauit. Vnum] Ismaël. De ancilla] Id est, de Agar Aegyptia. Et unum] Isaac. De libera] Id est, Sara. Secundum carnem] Id est, secundum usum carnalē Ismaël natus est, quia Abraham carnalē concupiscentiam in iuuentute habens, de iuuenili ancilla eum genuit, * em̄ repromissionis suscitauit illum ex senili præsteriliq; matre, aliud ex alio significantia, quia qui literam sequitur, filius est Agar: qui uero intelligentiā spiritualem, filius liberæ. Nā hæc sunt duo testamenta] Per ancillā uetus lex designatur: per liberam, noua lex: filij autē Agar, filij ueteris legis sunt, in seruitutē generantis. Filij autē liberæ, filij noui testamenti intelliguntur. In seruitutē generans] Iudæi metu etiam in præsentī cogebantur ut serui, nos uero præmij inuitamur ut liberi. Sina enim mons est in Arabia] Hoc dicit, quia sicut confinis est Sina & Hierusalē: Terminus enim tribus Iudæa pertingit Sina montē, qui est in extremo Arabia, ita utraq; conueniunt in figurā Agar, id est, ueteris testamenti, Sina uidelicet in quo lex data est, & Hierusalē in qua lex custodita & impleta est. Seruiens] Terrestris Hierusalē. Cū filijs suis] Id est, Iudæis. Item secundū Ambrosium apta est similitudo Agar ad uetus testamentū, eò quod in illo sit data loco, qui locus ad Gentē pertinet illā, unde erat & Agar: Agar enim Aegyptia erat, & tamē ex Arabia fuerat, quoniā non modica pars Aegypti in Arabia concludebatur. Nā quod dicit: Affinis est eius, qui nunc est Hierusalem, de Agar dicitur, quoniā illa quæ apud nos est Hierusalem, hoc est, quæ in seculo hoc esse uidetur, æquam uirtutē habet ad Agar, Sara autem Hierusalē celestem significat. Quod autē dicit: Et seruit cū filijs suis] Nō de Agar dicit, sed ad testamentū qd datū est in Sina redigit illud, quæ aut sursum est Hierusalē, id est, quæ præfigurauit Sara cū filio, uel spiritalis ecclesia, quæ mater est, tam Gentiliū creditiū, quàm etiā Iudæorū, consimiles filij serui esse non possunt: bene aut addit sursum, quia Christiana ecclesia spe & conuersatione celesti desiderio subleuabat, ut nostra conuersatio in cœlis est. Quatuor figuræ, ut Historia, Allegoria, Tropologia, Anagoge, hoc solo nomine quod est Hierusalē significatur: nam secundū Historiā ciuitas est Iudæorū: secundū Allegoriā ecclesia Christi: secundū Anagogen ciuitas dei illa celestis, quæ est mater

Regula intelligendarum allegoriarum.

Duo testamenta.

Agar.

Hierusalem.

Philip. 3.

C mater omnium nostrū: secundum tropologiam anima hominis, quæ frequen-
ter hoc nomine aut increpatur, aut laudatur à domino. Latere sterilis] Hoc
Esa. 54. in Esaia scriptum est: hoc autem uel ecclesie ex Gentibus, uel Hierusalem
Sterilis Gen- cœlesti congruenter aptatur; utraq; enim sterilis erat, ecclesia quidem Genti-
tium ecclesia. um, quod nec spirituales per baptismum filios deo peperit, nec non cœlestis
Hierusalem apostaticis angelis derelicta, hominibusq; uacua usq; ad aduentū
saluatoris sterilis permanebat. Quæ non parit] Pro non pariebas. Erum
pe] In gaudium. Et clama] Id est, in tuba doctrinæ, uel iubilo lætitiæ exul-
ta. Desertæ] Id est, ecclesie. Quam eius] Id est, Synagogæ, uel terre-
stris Hierusalem. Quæ habet uirum] Id est, sermonem legis. Persequer-
batur eum] Id est, Isaac; In Genesi quidem hoc scriptum est: Quia luserit cū
Gen. 21. Isaac Ismael. Sed Apostolus ostendit, non simplicem lusum fuisse, quem perse-
Ismael lusus cutionem appellat; unum intelligitur, quia scurrilem eum & leuem, sicut ipse
cum Isaac. erat, facere cupiebat, ne illi posset in hereditate præferri, ideo Abraham de ei
ciendo eo, uocem Saræ iubetur audire. Secundum spiritum] Id est, secundū
promissionem & uirtutem spiritus. Ita & nunc] Hoc est, ita & isti seruos
sibi similes uos facere nituntur. Non enim hæres erit] Sic filij circūcisionis
increduli atque hæretici, cum filijs gratiæ noui testamenti hæres non erunt,

C A P V T V.

D Tate] Id est, in fide Euāgelij. Christ⁹ uobis nihil proderit]
Si solum illum ad salutem uestram sufficere non putetis.
Quoniam debitor est uniuersæ legis] Qui caput operum
legis, uel circūcisionem suscipit, necesse est ut cætera mem-
bra sustineat, ne maledictioni subiaceat. Nos enim spiritu]
Vel spirituali gratia & conuersatione, non litera. Neque
præputium] Id est, ne aliquis præputium tantum sufficere putaret circūcisi-
one euacuata. Currebatis] Id est, fidei passibus. Persuasio uestra non ex
eo est, qui uos uocauit] Persuasio hæc, quam nunc sequimini, non est ex eo
qui in principio uos uocauit, sed ex his qui postea uos conturbauerunt: Non ut
L. Cor. 5. male in Latinis codicibus legitur, persuasio uestra ex deo est. Modicum fer-
mentum totam massam fermentat] Ne quis diceret, cur omnes corripis, cum
non omnes errauerunt? Ostendit quod modicum erroris fermentum, totam
possit ecclesie massam corrumpere; Parua scintilla mœnia urbis, latissimos sala-
tus, regiones consumit; Vnius pecudis scabies totum maculat gregem. Ita do-
ctrina peruersa ab uno egrediens, multos inuadit auditores. Fermentat]
Non ut male in Latinis codicibus, corrumpit. Ego confido de uobis in do-
mino] Non per coniecturam, sed spiritu prophetico pronuntiat, Galatas ad
ueritatis uiam reuersuros. Nihil aliud sapio] Id est, nisi quod doceo per
Epistolam. Si circūcisionem prædico] Hoc ideo dicit, quia quidam ex
ipsis dicebāt, quod Paulus obseruaret circūcisionē, dū circūcidit Timotheū.
Ergo euacuātū est scandalū crucis] Vel scandalū quod patior propter præ-
dicationem crucis euacuatum est, si non crucem prædico, sed circūcisionem.
Utinā abscindātur] Hoc est, utinā à malo in bonū conuertant, uel utinā to-
tis potius uiribus suis castrentur, qui modicā corporis sui partem circūcidi
prædicant, Aliter, utinā aliqua uindicta tales à uobis penitus separenē, ne uos
ultra conturbēt. Vos em̄ in libertatē uocati estis] Potest locus iste sic meli⁹
explanari



A explanari, quasi unum corpus seinuicem complectens & non discrepans.
Fratres, de seruitute legis uocati estis] In libertatē Euāgelij. Vnū obsecro
uos, ne libertate pro licētia abutamini, detisq; occasionē carni & luxuriæ, quin
potius discite, quia libertas hæc maior sit seruitus, an lex ab inuitis extorquebat
obsequium hoc? Per charitatē uobis seruiatis inuicē] Vos autē fratres pro-
pterea secundū legē spirituale debetis uiuere, ut desideria carnis ne perficiatis.
Caro enim frigus timet, fame attenuatur & uigilijs, &c. Ecōtra spiritus quæ car-
ni contraria sunt expetit, ita fit, ut nō ideo quia sub seruitute legis esse cessastis,
putetis uos esse liberos, quia non statim & si lex non imperat natura cessauit,
non em̄ ita de seruitute in libertatē uocati sumus, ut carni seruiamus. Sed per
charitatē spiritus] Id est, non superbiā insinuo sub specie libertatis, sed sponta
neū uolo esse seruitū. Quod si mordetis] Id est, oculum reddentes pro oculo,
uel blasphemiam. Ne ab inuicem consummamini] Id est, ne aliquis alicui
causa mortis existat. Spiritu ambulate] Id est, spiritualibus desiderijs & ope-
ribus. Caro cōcupiscit aduersus spiritū] Non q; caro sine anima cōcupiscat,
sed ipsa anima, quoniam carnalia cogitat, caro dicitur; quoniam uero spiritualia,
unus cum deo sit spiritus, ite caro cōcupiscit aduersus spiritū, hoc est, scripturæ
carneus intellectus aduersus allegoriam spiritualem. In hoc loco carnē non ho-
minem, uel non hominis substantiā, sed uoluntatē carnis & desideria pessima
debemus accipere, sicut spiritum non aliquam substantiā, sed animæ desideria
bona, & spiritualia designari, quem idem Apostolus superius euidenter expref-
sit, ita incipiens; dico hoc, spiritu ambulate, & desideria carnis ne perficiatis.
Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege] Spirituali, uel spiritu sancto.
Manifesta autē sunt opera carnis] His tantum manifesta sunt, qui in Chri-
sto credunt. Plurimi quippe gentilium in suis ignominijs gloriantur. Hic ope-
ra carnis magis uidentur mihi ad simplicem carnem, & spiritus intelligentiam,
quàm ad carnem legis, & paruulos in Christo referri. Adulterium] Super-
flue in Latinis codicibus legitur, adulterium. Fornicatio] A legitimo con-
iugio declinatio. Immunditia] Ut masculi in masculos turpitudinem ope-
rantes. Luxuria] Quæ in duas species, in gulam & fornicationem diuiditur.
Ira] Inter iracundiam & iram hoc interest, quod iracundus semper, iratus
pro tempore concitatur. Quærendum est, quo modo hæc opera carnis uocat,
cum multa ex his etiam animæ sunt opera, sicuti ira, & cætera similia. Itaq; quo
modo caro, id est, carnale desiderium regnat, etiam animæ opera illi deputan-
tur; quomodo uero spiritus regnat, si qua bona opera caro fecerit, in fructibus
spiritus reputantur. Sicut prædixi] Cum præsens inter uos eram. Fructus
spiritus est charitas] Mater in primis debuit numerari. Gaudium] Spiritu-
ale. Pax] Etiam cum odientibus pacem. Patientia] Multas iniurias pa-
tienter sustinere. Benignitas] Semper bene uelle facere. Bonitas] Bo-
num facere omnibus. Modestia] Nulli iniuriam irrogare. Lenitas] Nec
læsus irasci. Continentia] In cibo & coniugio. Castitas] Virginitas cor-
poris & mentis. Aduersus huiusmodi uirtutes non est lex] Non enim ista
lex prohibet, sed qui talibus pollent supra legem sunt. Qui autem sunt Chri-
sti, carnem suam crucifixerunt] Si omnia simul uitia sunt crucifixa, si & caro
quasi pendens in ligno non concupiscit, ad quid est nobis lex necessaria,
quæ data est ad uitia coercenda?

Libertatem in
effrenē licen-
tiam uertere.

Anima caro di-
citur carnalia
cogitans.
Caro.

Iracundia.
Ira.

Fructus spi-
ritus.

Cupidi inanis gloria.



I autem spiritu uiuimus] Hoc est, si spiritualē uitam habemus, spiritualiter cōseruemur, & non legi carnaliter seruiamus. Inanis gloriæ cupidus est, qui alterius quāuis doctrinā uerā euacuare conatur. Prouocātes alios in irā] Instigantes. Fratres et si occupatus fuerit homo] Hoc illis dicit, qui non fuerāt per suasi, ut prauētos corrigāt mansuete. Considerans teipsum] Hic Paulus ab alijs arguitur, q̄ post pluralē singularē numerū posuit, sed tamē Hebraus in uernaculo doctissimus profundos sensus aliena exprimere lingua non ualet, nec curabat magnopere de uerbis, cum sensum haberet in tuto.

Ne & tu tenteris] Quia & ipse homo cum sis, potes in aliquo prauēniri, & adiutorio indigere, sicut sani infirmos sustinent, & mortuos sepeliunt uiui, quia & ipsi infirmari & mori posse se credunt. Inuicē onera uestra portate]

Lex Christi.

Cōpatiēdo peccantibus. Legē Christi] Lex Christi charitas est, ut: mandātū nouū do uobis. Nam si quis ex Israēl] Qui se putat non posse tentari, siue qui plus de se laudanti se q̄ cōscientiæ credit. Cum nihil sit] Eo ipso quo arrogans est. Probet] Id est, cōscientiæ testimonio examinet. In semetipso. Id est, in sua cōscientiā. Et non in altero] Id est, in alterius adulatione; Bonum em̄ alterius non illū adiuuat, sicut nec malū eius illum infuscat. Onus suum portabit] Id est, qui meruerit uindictā, sustinebit eam, sic & qui pramiū. Cōmunicet autē is qui catechizatur] Superius spirituales docuerat, ut instruerent in spiritu lenitatis, nunc imbecillioribus imperat, ut sicut ipsi à magistris spiritualia metūt, sic magistris carnalia prabeāt. Nolite errare] Ac si aliquis diceret, nō habeo unde doctōri meo cōmunicē. Deus nō deridet] Ipse scit si

habes, an nō. Quæ em̄ feminauerit homo] Roborat eos ad cōsiderationē earū rerū quas nō uident, per eas quas uident. In carne sua] Id est, in carnalibus desiderijs. Aut in carne sua] Id est, in avaritiā carnali, non cōmunicando doctōri. De carne metet] De ipsa avaritiā. Corruptionē] Id est, defectiōnem diuitiarū. In spiritu] Id est, in spiritualib⁹ desiderijs, uel in spirituali largitate. Metet uitā] Largitatis retributionē. Non deficientes] Indeficientē em̄ iustitiā indeficiēs pramiū subsequit: qui em̄ pseuerarit usq̄ in finē, saluus erit. Ad domesticos fidei] Domesticos fidei supradictos magistros nomina

Metere de carne.

uit. Videte qualibus literis scripsi mea manu] Intelligite si istæ literæ carnalem circuncisionē probant an non. Ab hoc loco usq̄ ad finē manu sua scripsit, ostendens superiora ab aliquo arata. Quicumq̄ placere uolunt] Id est, qui cuncq̄ ludæis carnalibus placere desiderāt. In carne] Id est, in litera carnali.

Domestici fidei.

Non patiantur] Scilicet à ludæis. Vt in uestra carne gloriētur] Hoc est, de carne uestra circūcisa laudē apud ludæos habeāt, siue q̄ discipulos ad se traxerint. Nisi in cruce] Id est, in carne uestra gloriabor, nec in mea doctrina, sed in fide crucis, per quā mihi omnia peccata dimissa sunt, ut ego mūdo morerer, & ille mihi. Mundus crucifixus est] Vt me non teneat. Et ego mūdo] Vt eum quasi mortuū non teneā, neq̄ concupiscā. Sed noua creatura] Id est, si quis renatus in Christo noua cōuersatione utatur. De cætero nemo mihi molestus sit] Id est, nemo mihi resistat interrogando, quare hoc dicis. Ego em̄ stigmata] Id est, signa & characteres nō circuncisionis, sed crucis & passionis domini in corpore meo circumfero, ut ter uirgis cæsus sum, & reliqua.

SEDVLII

A SEDVLII SCOTI HY

BERNIENSIS, IN EPISTOLAM PAV

LI AD EPHESIOS, COL

LECTANEVM.

CAPVT I.



Esert scriptura, testante Hieronymo, quod Paulus Ephesi triennio prædicauerit Iesum Christum. Inter omnes Pauli epistolas uel maxime & uerbis & sensu inuoluta est.

Paulus Apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei] Id est, ex uoluntate dei patris. Ergo per uoluntatem dei, non meis meritis. Sanctis] Non omnibus Ephesijs, sed his qui credunt in Christo. Et fidelibus] Omnes sancti fideles sunt, nō omnes fideles sancti: quia etiam catechumeni possunt ex eo quod Christo credunt fideles dici, non tamen sancti sunt, quia non sunt per baptismum sanctificati. Non solum ergo sanctis, sed etiam fidelibus, qui non adhuc sanctificati sunt, Paulus gratiam Christi exoptat. Qui sunt in Christo Iesu] Plures fideles sunt, sed non in Christo: uerbi gratia, si quis fideliter reddat de-

Obscuritas huius epistole.

Fideles in Christo.

positum. Ad distinctionem ergo posuit, in Christo. Gratia uobis & pax] Gratia & pax, siue utrunq̄ tam ad patrem, quam ad dominum Iesum, siue ad singulos singula referenda sunt, ut gratia ad deum patrem, pax uero referatur ad Christum: siquidem sequitur: In laudem & gloriam, & gratiam, in qua gratificauit nos in dilecto, ut gratia patris sit, quod filium pro salute nostra mittere dignatus est. Pax uero filij, in eo quod per ipsum patri recōciliati sumus, destructo medio pariete. Benedictus deus] Quod nos benedictos facit. Laudat deum, quod donauerit infra scripta. Et pater domini nostri] Hoc est, qui est & pater domini nostri Iesu Christi, uel benedictus deus eius qui assumptus est hominis, & pater eius qui in principio apud deū erat. Qui benedixit nos omni benedictione salutari] Vel in omni abundantia & gratia, non in una, sed in cunctis benedictionibus. Non q̄ omnes omnia cōsequamur, sed dū singula singulas, uel plures habemus, omnes per singulas possidemus. In celestibus] Id est, ipse deus qui est in celestibus. Aliter, non in carnali prosperitate, nec in terrena abundantia, sed in celestibus donis, uirtutibusq̄ nos benedixit.

In Christo Iesu] In capite nancq̄ omnia membra benedixit. Sicut elegit nos in ipso] Sic nos benedixit, sicut elegit nos. Ante mundi constitutionem] Cui omnia futura præsentia facta sunt. Vt essemus sancti & immaculati corā ipso] Id est, nō in hypocrisi coram hominibus. Querendū quare hoc dicat, cum scriptum sit: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens, in præsentia scilicet uita. Cæterū ad hoc nos elegit, ut essemus sancti & immaculati, in futura uita, quoniā ecclesia Christi non habebit maculam, neque rugā. Licet etiam in præsentia uita iusti, & sancti, & immaculati, quāuis non ex toto, tamen ex parte non incōuenienter dici possunt. Inter sanctum & immaculatum hoc interest, quod sanctus immaculatus quoque intelligi potest: immaculatus uero nō statim sanctus, sed sicut paruuli quoque immaculati sunt, qui integri sunt corpore, tamen non sancti, quia sanctitas uoluntate comparatur.

Psal. 142.

Ephc. 5.

Sanctus immaculatus.

In

C In adoptionem filiorum] Nam Saluator eius natura filius est, nos uero ad
 22 ptione. In ipsum] Id est, Christum, ut simus membra ipsius. Secundum
 23 propositum uero sanctum] Id est, non secundum meritum nostrum.
 24 In laudem] Id est in gloriam, id est, ut laudemus gloriam gratia ipsius.
 25 In qua gratificauit nos] Id est, in qua gratos nos sibi fecit. In dilecto] Ab
 omnibus subauditur; Nam etiā ab impijs Christus diligitur: Nam cum sit Chri-
 stus sapientia, ueritas, pax, gaudium, quis hunc etiam impijssimus non diligat?
 Psal. 129. Secundum diuitias cognitionis gloria] Id est, ut copiosa apud deum redem-
 26 ptio. Quae superabundauit in nos] Hoc est plus quam abundauit, ut non
 solum a morte redemptis gratis peccata dimitteret, sed etiam tantam nobis sa-
 27 pientiam donaret, ut uoluntatis eius occulta mysteria nosceremus. In omni
 28 sapientia] Visibilem & inuisibilem. Et scientia] Tantum uisibilem;
 29 non tamen in nobis est haec omnis sapientia & scientia, sed in deo. Mysterium
 30 uoluntatis] Scilicet redemptionem nostram per suum sanguinem. Sed deus
 in omni Sapientia sua haec fecit. Quod proposuit in eo] Inter propositum &
 praedestinationem hoc interest, quod praedestinatio est alicuius rei praefigura-
 tio, multos annos in mente eius qui destinat quod futurum sit. Propositum
 uero, cum uicina sit machinatio, & penē cogitationem sequitur effectus. Item
 praedestinatio est gratiae preparatio: Gratia uero est ipsa donatio. In dispen-
 satione plenitudo temporis] Id est, postquam uenit plenitudo temporum, quo-
 niam omnis iam dispensatio temporum legis & naturae, Prophetarumque trans-
 acta est. Instaurare omnia in Christo] Pro capitulare in Latino codice scri-
 ptum est restaurare. Sensus itaque in praesenti loco iste est: Omnis dispensatio
 quae ante mundum, & postea coepit esse in mundo, tam inuisibilem quam ui-
 sibilem creaturarum, aduentum domini pollicebatur. Itaque uniuersa myste-
 ria, & omnis dispensatio uetustatis, non solum qui in terris, sed etiam qui in
 caelis, in Christi passione breui recapitulatione completa sunt. Verbi gratia:
 Gen. 22. Sicut Isaac oblati praefigurat Saluatorem; & Abel a Cain occisus. Instauran-
 tur quae in caelis sunt, cum id quod in Angelis lapsus est, ex hominibus red-
 ditur. Instaurantur uero quae in terra sunt, cum ipsi homines, qui praedestinati
 31 sunt in aeternam uitam, a corruptione uetustatis renouantur. In quo etiam
 32 nos forte] Id est, gratuita gratia. Vocati sumus] Id est, nos qui ex Iudae-
 33 is Christo credimus. Praedestinati] Id est, preparati. Nos qui ante speraui-
 34 mus in Christo] Nos Apostoli uel Iudaei, qui priores Gentibus credidimus
 35 Christo, siue ex lege expectauimus Christum. In quo & uos charissimi]
 In quo etiam uobis Gentibus annuntiata est salus. Hucusque alloquitur spe-
 cialiter qui in Epheso erant Iudaeos, de sacramento incarnationis Christi; De-
 inde Gentes, ut sint grati de beneficijs dei. Signati estis] Vbi imago quae
 Gen. 1. perdita est reparata est. Primus homo ad imaginem & similitudinem dei con-
 ditus est, secundus in secunda generatione cum spiritu sanctum acceperit, si-
 36 guram conditoris accepit. Spiritu promissionis] Qui omni carni per Ioē-
 37 lem Prophetam promissus est: Ut effundam de spiritu meo super omnem car-
 38 nem. In redemptionem acquisitionis, in laudem gloriae ipsius] Quos redi-
 mendo suo sanguine acquisiuit, ut etiam in hoc laudemus gloriam eius, quod
 39 non deo, sed laudatoribus profit. Non cesso gratias agens] Non cesso a-
 gens & faciens, per solœcismum, pro, non cesso gratias agere & facere. No-
 tandum uero, quia fidem & charitatem habentibus, sapientiam a deo de-
 precatur; Nouerat enim eam adiutricem omnium esse uirtutum.

Pater

A Pater gloriae] Id est, secundum diuinitatem. Christus enim gloria patris est,
 22 sicut & sapientia. Deus domini nostri] Id est, secundum carnem. Et reue-
 23 lationis] Id est, ut reuelata facie gloriam domini contemplerim. In agni-
 24 tionem eius] Id est, ut perfecte cognoscatis magnitudinem eius atque uirtutē,
 qua potest promissa praemia, uel implere poenas. Magnitudinem, qua cum ubique
 sit, nihil eū potest omnino latere, qui enim hoc cognouerit pro certo, nullo po-
 terit in loco peccare. Nam qui humanum testimonium erubescit, multo magis
 diuinum poterit reuereri. Vnde & Ioannes apostolus omnem qui peccat, deū
 25 non cognouisse confirmat. Oculos cordis] Id est, non corporis; spiritualia
 26 enim promissa non nisi spiritualibus oculis peruidentur. Ut sciatis quae sit spes
 27 uocationis] Si enim scieritis ad quam spem uocati estis, omnem spem secu-
 28 li facile contemnetis; & si diuitias hereditatis dei uideritis, omnis terrena uobis
 horrebit hereditas. Nemo enim regnum cum opibus suis superans mediocrē
 29 substantiam possidere dignatur. Et constituens ad dexteram suā] Non quod
 pater solum ponat, & in eo sedeat, & filium ad dexteram habeat, sed per huma-
 30 nam similitudinem potentiam demonstrat diuinam. Super omnem principa-
 31 tum, & potestatem, & uirtutem, & dominationem] Nouem angelorum scimus
 ordines, angelos, archangelos, uirtutes, potestates, principatus, dominationes, thro-
 nos, cherubim, seraphim. Qui minima nuntiāt, angeli; qui summa, archangeli
 uocantur. Virtutes, per quos signa & miracula fiunt. Potestates, super uirtutes
 aduersas, quorum potestate uirtutes aduersae refrenantur, ne corda hominum
 quantum uolunt tentent. Principatus, qui ipsis quoque bonis angelorum spiri-
 32 bus praesunt. Dominationes sunt, qui etiā principatus & potestates dissimilitu-
 dine alta cōscendunt, quibus caetera agmina ad obedientiam subiecta sunt. Thro-
 ni sunt, qui tanta diuinitatis gratia replentur, ut in eis dominus sedeat, & per eos
 sua iudicia discernat. Cherubim quoque, id est, plenitudo scientiae sunt, qui tanto
 perfectiori scientia pleni sunt, quanto claritatem dei uicinius contemplantur.
 Seraphim autem, id est, ardentes, uel incendentes, qui tanto magis conditoris
 sui ardēt amore, quanto hunc uicinius uident, inter quos & deum nulli alij spi-
 33 ritus intersunt. Et dedit ei nomen] Id est, filius. Quod est super omne no-
 34 men] Ut: Magnificasti super omne nomen sanctum tuum. Et omnia subie-
 35 cit sub pedibus eius] Id est, sub dominatione humanitatis eius. Contrariū ui-
 detur esse, quod alibi ait: necdum uidemus ei omnia subiecta, &c. Aut ostendit
 praesentiam id quod futurum est, quasi iam factum esset commemorat secundū
 eum sensum, quem exposuimus, qui benedixit nos in omni benedictione spiri-
 36 tuali in caelestibus; aut certe si de praeterito accipiendum est, sic debemus accipe-
 re, quod etiam ea quae non sunt eius uoluntate subiecta naturae conditione de-
 37 seruiunt. Verbi causa, daemones, Iudaei, Gentiles sic intellige. Et dedit caput
 38 super omnem ecclesiam] Id est, non solum hominum, sed etiam angelorum.
 39 Qui per omnia in omnibus adimpletur] Nam quando omnes crediderunt,
 tunc erit corpus eius perfectum in omnibus membris, totus enim in membris
 omnibus, non in singulis adimpletur, ne ulla sit diuersitas membrorum; aut o-
 40 mnia, id est, dona in omnibus, quia singula dona, uel plura per partes sunt in sin-
 gulis. Nam in alio deus iustitia est, in alio castitas, in alio temperantia est.

CAP.

Perfectū Christi
sui corpus.



Tuos cum effectis mortui delictis & peccatis uestris] Incipit collecta beneficia replicare, ut ad officium mandatorum ex cōtemplatione donatæ indulgentiæ auidius concitentur.

μαρτυρία

ἀμαρτία

hoc est, delicta, quasi initia peccatorū sint, dū cogitatio tacita subrepat. ἀμαρτία uero, peccata sunt, cum quod opere consummatum peruenit ad finem.

In Græco est

ἀμαρτία

Secundum principem] Id est, diabolus. Multi sanè opinantur, quod diabolus in hoc aère satellitibus suis ad decipiendos diuersis peccatis homines diuiserit potestatem. Et cogitatio] In Græco mentium, quod ad dogmata pertinet contraria ueritati.

Et eram natura filij iræ] Id est, quod ab adolescentia mens hominum appositā sit ad malitiam, non est enim homo qui nō peccet. Filij iræ, siue perditionis, siue diaboli, qui ira dicitur, propter eam quam exercet aduersus homines feritatem. Deus hoc] Hoc uocat. Per multam charitatem] Nimix charitatis est, rebelles seruos quasi filios diligere. Conuiuificabit nos] Id est, in iustitia, peccata per baptisum & fidem dimittendo, & purgando. Et conresuscitabit] Quia quod in capite præcessit, certum est & in membris aliquando futurum. Simulq; fecit] Pro faciet. Abundantes diuitias] Id est, quod daturus sit, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit. Vere abundans gratia est, quæ nec solum peccata donauit, sed etiam cum Christo resuscitatos in dextera dei in cœlestibus collocabit. Per fidem] Id est, non per opera. Sed ne sibi salutē ipsam fide arrogaret securus, adiunxit: & hoc non ex uobis, quoniam ipsa fides non ex uobis, sed ex eo qui uocauit nos. Ne quis gloriatur] Id est, suis meritis, & non à deo esse saluatum. Creati in Christo] Id est, renati per baptismum. Memores itaque estote] Commemorat illos de quanta ignobilitate ad summam regni producti sint dignitatem, ut non sint ingrati beneficijs largitoris. Quæ dicitur circuncisio] Id est, nō uirtute, sed nomine. In carne] Id est, non spiritu. Manufacta] Id est, manu humana facta, non spiritu dei in corde. Alienati à conuersatione Israël] Id est, qui tunc erat populus dei.

D

Et peregrini] Etiam si ex parte credebatis, profeliti tamē, hoc est, aduenæ habebamini. Sine deo] Errantes. In hoc mundo] Multos falsos deos colentes, unum uerum deum amisistis. Eratis longe] Deus cum ubiq; sit præsens, longe tamen ab impijs dicitur. Facti estis prope] Id est, ut Iudæis æquaremini, qui cum deo erant. In sanguine Christi] Id est, credendo uos eius sanguine & passione liberatos. Ipse est enim pax nostra] Ipse est reconciliatio utriusque populi ad inuicem & ad deum. Et medium parietem macerie] Medium paries, & sepius, & maceria onera legis erant, duos populos diuidētia, & ideo ipse paries inimicitia nominantur. Soluens inimicitias] Id est, circumcisio-

Macerie soluitam à Christo quid sit.

nem, &c. quæ non tam dei uoluntas, quàm temporis ratio à populi duritia exegerat. Aliter soluens inimicitiam, id est, sapientiam carnis, quæ inimica est deo.

In carne sua] Id est, passione carnis suæ. Legem mandatorum] Id est, in qua sunt mandata, circūcisio, & sabbata, & neomeniæ. Decretis] Id est, Euāgelij dogmatibus euacuans. Item ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unum. Cæterum tota intelligentia ad angelos transferenda est, uirtutesq; cœlorum, & ad animas humanas, quod in suo sanguine terrena & cœlestia copulauit, quæ inter se ante dissidebant, & bonus pastor morbidam ad montes reuectans ouē, fecerit esse cum cæteris, atq; ita crux domini non solum terrestribus, sed etiam cœlestibus

A cœlestibus profuit. Idem in expositione Abacuc: Ipse soluit enim medium parietem Israël, id est, obscuritatem ueterum prophetarum, & omnia antiquæ legis aperuit sacramenta. Quod autem ait, ut duos conderet in semetipso in unū nouum hominem, magis uidetur superiori de Iudæis & Gentibus sensui conuenire, sic intellige; hominē iuxta imaginem & similitudinem dei factum, eandem per reconciliationem formam recepturum, quam & nunc angeli habent, & ipsam perdidērūt. Nouum autem hominem, qui quotidie renouatur, & habiturus est in nouo mundo. Aliter: In unū nouū hominē, id est, in unum populum Christianum effectum: in uno spiritu pulchre tres personas dicit.

In accessu duorum populorum] Id est, totius Christiani populi generis humani. Ergo iam non estis hospites] Ad id quod præmiserat hospites testamentorum dei, nunc respondit. Sed estis ciues] Præmiserat alienati à conuersatione Israël, hic locus aduersus eos uel maxime facit, qui diuersas naturas nituntur introducere. Quomodo enim peregrini facti sunt ciues sanctorū, & quomodo domestici dei fuerunt quondam alienati à conuersatione Israël, si non potest natura uel in melius, uel in peius mutari? Supra fundamentum apostolorum] Apostoli fundamentam sunt, uel Christus fundamentum est apostolorum, Christus est fundamentum, qui etiam lapis dicitur angularis, duos coniungens & continens parietes. Ideo hic fundamentum & summus est lapis, quia in ipso & fundatur, & cōsummat ecclesia. Summus hic angularis lapis, quia populum utruq; continet: siue iuxta interpretationem cœlestia iungit atq; terrena. Christus est lapis præcisus de monte, reprobatus à Pharisis legem ædificantibus. In templum sanctum in domino] In templo sancto nō possunt lapides poni nisi sancti. Ad comparationem templi Hierosolymæ dicit extrui corpus Christi, id est, ecclesiam, ut multo maiorem munditiam & sanctitatem habeat ueritas quàm imago. Sensuum magis in Apostolo quærendus est ordo, quàm uerborum.

Fundamentū apostolorum.



Huius rei gratia] Id est, huius rei, quam superius memorauit, quod filius dei & Gentes saluauerit, & Iudæos, & utrosq; fecerit unum. Ego Paulus] Id est, cognoui mysterium, uel docui. Vinculus Christi] Id est, Christi amore ligatus Romæ.

Si tamen audistis] Si tamen firmiter retinetis me in uobis dispensationem accepisse doctrinæ. Notum mihi factum est mysterium] Id est, Iudæos & Gentes unum populum esse factum in Christo.

Sicut supra scripsi] In superioribus huius epistolæ, quoniam dixit: ut notū faceret uobis sacramentum uoluntatis suæ. In breui prout potestis] Non quoniam poteram ego scribere, sed quoniam uos assequi ualebatis in mysterio Christi, non in eloquentia seculari. Non est agnitum filijs hominum] Signanter & caute ait filijs hominum fuisse absconditum sacramentum, non tamen filijs dei, id est, patriarchis & prophetis, de quibus ait: Ego dixi dñi estis.

Psal. si

Aliter: Quoniam reuelatum est apostolis, ignorabant prophetæ, aliud est enim spiritu uentura cognoscere, aliud ea cernere opere completa. Vnde & Ioannes maior omnibus prophetis esse dicitur, quia quem cæteri prophetauerunt, ipse conspexit, & digito demonstrauit, dicens: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. In spiritu esse gentes cohæredes] Per spiritum mihi reuelatum est,

Ioannes maximus prophetarum quare.

C siue in spiritu illos sociatos esse, non carnis circuncisione. Cohæredes] Id est, Israël, uel quod melius est, Christi, ut hæreditas deus nostra sit, & cohæres
 » Christus. Et concorporales] Id est, unius corporis: non solum cohæredes, quod possunt diuersi generis esse: non solū concorporales, quia id possunt eiusdem generis filij non eiusdem substantiæ & gloriæ. Ideo sequitur: Et compar
 » ticipes promissionis secundum operationem uirtutis eius] Cuius uirtus me confirmat, siue uirtutis cuius mentem confirmat Euangelium. Mihi enim
 » minimo omnium sanctorum data est gratia hæc] Non puto Apostolum cum mentis suæ concordasse secreto, ut uere omnibus sanctis minimum se esse dixerit, uerbigratia, his qui erant in Epheso, Corintho, Thessalonica, uel in toto orbe, quod cum humilitatis iudicium sit se omnibus sanctis minimum dicere, mendacij est reatus, aliud in pectore clausum habere, aliud in lingua promere. Sed
 Mar. 9 hoc præcepto domini fecit Paulus, dicentis: Qui uult in uobis maior esse, fiat omnibus minor: & qui uult esse primus, fiat omnium nouissimus. Omnibus enim, qui se propter Christum infirmos esse cupiebant, apostolus Paulus infirmior erat, & idcirco maior omnibus. Plus, inquit, alijs laboraui. Euangelizantur in populo: si abscondita, qua ratione per Paulum referuntur? Hic ergo inuestigabiles & absconditum dupliciter sentiendum, quod inuestigabiles ante diuitiæ fuerunt, & nunc post domini apertæ sunt passionē, aut certe quia natura sua homini inuestigabiles erant, hæc deo reuelante, in quantum tamē possumus, nobis sunt cognita. Et illuminare omnes] Tunc illuminat, quando
 » Gentes & Iudæos ad fidem Christi uocat. Sacramenti absconditi] Id est, incarnationis Christi, & uocationis Gentium ad fidem, prioribus temporibus soli deo cognitum erat. Ut innotesceret principibus] Ut per me his qui rebus
 D cœlestibus, donisq; per omnem ecclesiam principantur, multiformis sapientia innotescat. Item: Si principibus & potestatibus in cœlis, licet quidam principē aëris istius & angelos eius interpretantur, ignota fuit multiplex sapientia dei, quæ nunc eis per ecclesiam reuelata est, quanto magis patriarchis, & prophetis ignota fuit: quos supra nō ignorasse mysterium Christi, sed ita ut Apostoli nescisse monstrauius. Ex quo intelligimus, quia crux Christi non solum nobis, sed & angelis profuit, & aperuit sacramentum quod ante nesciebant. Deniq; interrogant: Quis est iste rex gloriæ? Quam fecit] Quam olim deus in sua mente decreuit. In quo habemus libertatem] Id est, conscientiam puram, uel conscientiæ puritatem. Et accessum] Id est, ut noster ad deum sensus accedat. Propter quod peto] Sed magis gloriari debetis, intelligentes me tanta absq; certæ spei fiducia sustinere nō posse, quæ apud infideles poenæ, apud fideles uictoriæ sunt. Quæ est gloria uestra] Pro quæ sunt. Ex quo omnis paternitas] Hoc solus pater omnium præstat cæteris, ut patres dicantur. Siue per naturam pater domini, sicut cæteræ quoq; creaturæ paternitatis nomen adoptione meruerunt. Quoniã autem nos, qui nō sumus de genere Abraham, si fidem illius habuerimus, filij Abraham uocamur, & patriarchas, & prophetas patres uocamus, ita puto angelos & habere principes sui generis, quos patres gaudeant habere in cœlestibus. In interiore homine] Vbi interior per fidem robustus est, ibi habitat Christus, non ubi exterior saginatur. Ut possitis comprehendere quæ sit latitudo] Quidam dicunt, quod latitudo spaciosa uia quæ ducit ad mortem intelligatur, longitudo uita æterna, altitudo cœlestes uirtutes, profundum contrariæ inferorum uirtutes ac potestates, ut scilicet horum omnium

Inuestigabiles diuitiæ.

Illuminare.

Cruce Christi etiam angelis profuit.

Filij Abraham.

A omnium notitiam habentes, nouerint quid eligant, uel quid refutent. Nulla rotunditas longitudinem & latitudinem habet, altitudinem quoque & profundum, sed ex uniuersis partibus coequalis. Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi] Hoc est, ut digni simus, per scientiam & bonam conuersationem habere Christi supereminentem charitatem. Supereminet autem scientiæ charitas Christi, cum ex ipso nascatur, sicut supereminet fructus.
 » Ut impleamini in omnem plenitudinem dei] Quia non prodest scientia sine charitate. Plenitudo nanque donorum dei non erit, si charitas desit.
 » Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus] Redit ad id quod supra dixit: Propterea flecto genua, &c. Nunc que subinfert, Ei autem, &c. Secundum uirtutem quæ operatur in nobis] Non secundum merita nostra. In omnia secula seculorum] Immensa beneficia immensis laudibus sunt celebranda.

CAPVT IIII.

Go uinctus in domino] Carcere scilicet uinctus: uel quod melius est, Christi charitate. Quidam uinculum animæ corpus dicunt. In domino] Id est, non meo delicto, uel obsecro uos in domino. Ut digne ambuletis] Id est, non declinantes ad dexteram, neque ad sinistram. Et mansuetudine] Mansuetus nulli nocet. Sufferentes inuicem in charitate] Quia sufferunt philosophi, sed non in charitate. Nos uero non ut laudemur, sed ut ille quem sustinemus proficiat diligentes sustinere debemus.
 » Solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis] Nec dicentes: Ego A, 1. Corinth. 2
 B pollo, ego Cepha. Quidam hic non spiritum sanctum, sed mentis affectum dicunt, ut: Erat illis cor unum, & anima una. Vnum corpus] Id est, ecclesia unum consensum debet habere in uno corpore, omnium compago membrorum, quæ ad unam spem sunt uocata salutis. Et unus spiritus] Id est, quauis multa largitur. Vnum baptismum] Quamuis sub tribus personis datur. Et hoc contra Valentinianos, qui duo baptismata dicunt. Valentiniani.
 » Qui super omnes est] Super omnia pater, quia autor est omnium.
 » Per omnes] Filius, quia per ipsum creata sunt. In omnibus] Spiritus sanctus, ipse enim credentibus datur, & templum eius sumus.
 » Vnicuiq; autem nostrum data est gratia secundum mensuram] Nunc de differentia donorum dicit, ne ab hoc inuidi fiant inuicem, cum Christus singularis diuidit. Secundum mensuram] Tam nostræ capacitatis, quam illius largitatis. Quamuis immensus est deus, tamen iuxta mensuram gratiam donat, id est, ut capere possimus. Captiuitatem] Nam quos diabolus tenebat in morte Christus captiuaui ad uitam. Dedit dona] In psalmo ait: Accipisti dona. Ipse ergo & dat, & in suis mēbris accipit. Quod autē ascendit, quid est nisi quia & descendit? Exponit cur dicatur ascendisse, quem ubique esse non dubium est. Secundum formam scilicet serui ad quam non localiter, sed dignanter descenderat. Super omnes cœlos] Nunquid corporaliter super omnes cœlos, quos philosophi sphaeras uocant transiens, stetit in summo cœli fornice? Aut certe omnia corporalia contemnens, & æterna contēplans, super cœlos, id est, super inuisibilia sedisse credendus est? ego melius puto. Ut adimpleret omnia] Ut nō solum prophetas cōpleret, sed etiã has occultas dispensationes, quæ

Corpus animæ uinculum est.

1. Corinth. 2

Valentiniani.

Psal. 67

C tiones, quæ neque scire possumus, quomodo & angelis in inferno sanguis
 Christi profuerit. Et ipse dedit quosdam] Nunc tractat donorum prædicto-
 rum differentiam secundum mensuram donationis Christi. Alios pastores
 & doctores] Non autem ait alios pastores, & alios doctores; sed, alios pastores
 & doctores, ut qui pastor est, debeat esse doctor. Alios uero Euangelistas.] Ois
 apostolus Euangelista est, non omnis Euangelista apostolus. Donec occur-
 ramus omnes in unitate fidei] Ex libro De ciuitate dei uigesimosecundo: Si di-
 xerimus, à dominici corporis modo etiam quorumcunque maiora corpora re-
 Luc. 21 deunda, peribit de multorum corporibus plurimum, cum ipse capillum non
 Resurrectio periturum esse promiserit. Restat ergo, ut suam recipiat quisque mensuram,
 mortuorum in quam uel habuit in iuuentute, etiam si senex sit mortuus, uel fuerat habiturus,
 quali etate. etiam si est ante defunctus. Atque illud quod commemorauit Apostolus de
 mensura ætatis plenitudinis Christi, aut propter aliud intelligamus dictum esse,
 id est, ut illo capite populi Christiani accedente, omnium perfectione mem-
 brorum ætatis eius mensura compleatur. Aut si hoc de resurrectione corporum
 dictum est, sic accipiamus dictum, ut nec infra, nec ultra iuuenilem formam re-
 surgant corpora mortuorum, sed in eius ætate & robore, ad quam usque Christi-
 stum hic peruenisse cognouimus. Circa triginta quippe annos, desinierunt esse
 se etiam seculi huius doctissimi hominum iuuentutem, quæ cum fuerit proprio
 spacio terminata, indicat hominem in detrimenta uergere grauioris ac senilis
 ætatis. Et ideo non esse dictum in mensuram corporis, uel in mensuram statu-
 ræ, sed in mensuram ætatis plenitudinis Christi, id est, in eo debet esse, qui est uir
 perfectus, caput & corpus quod constat omnibus membris, quæ suo tempore
 complebuntur. Quotidie enim eidem corpori accedunt, dum ædificatur eccle-
 sia cui dicitur: Vos estis corpus Christi, & membra. Secundum operationem, in-
 quit, in mensuram uniuscuiusque partis. Si ergo est mensura uniuscuiusque par-
 tis, ita totius corporis quod omnibus suis membris constat, est utique mensura
 plenitudinis Christi, de qua dictum est in mensura ætatis plenitudinis Christi.
 Quam plenitudinem etiam illo commemorauit loco, ubi ait de Christo: Et
 ipsum dedit super omnem ecclesiam, quæ est corpus eius, plenitudo eius, qui
 Fluctuare. omnia in omnibus implet. Paruuli fluctuantes] Instabiles ad instar flu-
 ctus, qui à uento mouetur. Et circumferamur omni uento doctrinæ] Ut non
 simus ignorantes, nec dubie uacillantes, & more imperiti gubernatoris omnis
 doctrinæ uento nostræ fidei uela pandentes, ne facile naufragemus, aut ad por-
 tum perfectionis nunquam peruenire possimus. Et astutia] Id est, dialecti-
 cæ artis. Veritatem autem facientes] Omnia in ueritate propter charitatem
 Christi, & nihil in hypocrisis facientes. Per omnia] Incrementa, uel dona,
 seu opera. Ex quo totum corpus compactum] Singulis membris, id est, iu-
 stis quibuslibet. Et connexum] Neruis & cute. Per omnem iuncturam] Membrorum
 scilicet à capite usque ad pedes, ex capite connexum corpus per
 omnem iuncturam, uel subiunctionem operationis crescit, dum se alterutrum
 membra ædificant diligendo, ita ut unumquodque membrum in sua membra
 augeatur, hoc est, ut qui est per sapientiam oculus, in eorum numerum crescat
 qui oculi officium gerunt, & singula suo loco proficiant membra. In charita-
 te] Dum dicit in charitate, ad sensum pertinet, quia hoc totum spiritualiter in-
 telligendum est. Hæc idcirco apud nos obscura sunt, quia metaphoricè dicuntur.
 Hoc igitur dico, & testificor in dño] Quos superius rogauerat, hic dñi obtestatio-
 ne cōstringit, hoc ergo dico uobis, quod occursum estis in mensura ætatis plenitudinis
 Christi.

A Christi. Ne ambuletis sicut Gentes ambulant, qui desperantes semetipsos]
 Id est, nullam spem cœlestium præmiorum habentes. Et auaritiæ] Non ad
 auaritiæ, ut sonat, simpliciter pertinet, sed ad libidinem, atque luxuriam, quod *Auaritia.*
 nonnunquam luxuriando patitur. Non ita didicistis Christum] Discere Chri-
 stum, idem est, & sapientiam audire. Si tamen illum audistis] Si autem om-
 nes qui Christum audire uidentur audirent, nunquam ad Ephesios, & certe il-
 los quibus sacramenta Christi reuelauerat Apostolus, diceret: Si tamen il-
 lum audistis. Et in illo docti estis] Aliquando per semetipsum docet nos in
 cordibus nostris, aliquando per doctores. Sicut est ueritas in Iesu] Nam san-
 cti per speculum & ænigmata uident, in Iesu autem ueritas. Secundum desi-
 deria erroris] Faciens omnia secundum desideria cordis carnalium cogitatio-
 num. Et induite nouum hominem] Id est, Christum, cuius conuersatione
 induimur. Qui secundum deum creatus est in iustitiâ] Ecce manifestum
 est, quod amisit Adam iustitiâ, & sanctitatē, & ueritatē. Iustitiâ] In iudicijs.
 Sanctitas] In operibus. Veritas] In uerbis. Loquimini ueritatem
 unusquisque cum proximo suo] De Zacharia sumptum. Quia sumus inui-
 cem membra] Non possunt alterutrum membra se fallere, neque laniare, ita &
 uos. Irascimini, & nolite peccare] Euidenter hoc dicit uitijs & furori uestro, *Psal. 4*
 ne conuenientibus uobis sol iustitiæ Christus incipiat propter iracundiam ue-
 stram mentibus obscuratis occidere, & discedente illo locum diabolo in uestris
 cordibus præbeat. Aliter: Sol non occidat super iracundiam uestram, hoc est, *Iaco. 4*
 ut ira sit breuis, nec in diem crastinum differatur. Neque locum detis diabolo]
 Porta enim diaboli, peccatum est, quæ admodum spiritus sancti iustitiâ. Qui fu-
 rabatur, iam non furetur] Hoc est, alienos labores aliquando direptos, nunc
 B suo labore compenset, & operando tribuat indigentibus, qui multos furando
 fecit egentes. Magis autem laboret, & operans manibus] Operatur bonum,
 qui declinat à malo, & facit bonum, & operatur in agro animæ suæ, ut spiritua-
 libus panibus impleatur, & possit commodare esurienti & necessitatem susti-
 nenti, dans in tempore cibaria cœlestis dogmatis conferuis suis. Si autem talis
 est qui operatur bonum, ergo & is qui furatur consequentur uerba furatur &
 dogmata, de furto uiuens, de furto sibi ceruicalia consuens, & scripturarum pan-
 nos hinc inde colligens, ut possit tunicam facere conscissam. Diabolus est Græcè *furto consuere*
 cum uerbum, quod Latine dicitur criminator. Lingua uero Hebraica satanas
 appellatur aduersarius, siue cōtrarius. Et ab Apostolo Belial, id est, absque iugo, *Belial.*
 quod de collo suo dei eiecerit seruiturē, quæ Aquila apostatā transtulit. Ope-
 rans manibus, quod bonum est] Non quod malum, ut sunt multæ inhonestæ, uel
 malæ artes, ut maleficiæ, &c. Sed si quis bonus] Sermo qui docet uirtutes. Et
 nolite contristari spiritu sancti dei] Non quod ipsa spiritus sancti substantia cō-
 tristari potest, cum habeat æternam atque incommutabilem beatitudinem, sed
 quia ita in sanctis habitat, ut eos impleat charitate, qua necesse est ut homines
 ex tempore gaudeant, profectu fidelium, & bonis operibus. Et ideo necesse est,
 ut etiam contristentur lapsu, uel peccatis eorum, de quorum fide ac pietate gau-
 deant, quæ tristitia laudabilis est, quia uenit ex dilectione quam spiritus san-
 ctus infudit. Propterea & ipse spiritus dicitur contristari ab eis, qui sic agunt, ut
 eorum factis contristentur sancti, non ob aliud, nisi quia spiritum sanctum ha-
 bent, quo dono tam boni sunt, ut eos mali mœstificent, hi maxime quos bonos
 fuisse siue nouerunt, siue crediderunt, quæ profecto tristitia non solum non cul-
 panda, uerum etiam præcipue laudanda atque prædicanda est. Item: Nolite con-
 tristari

C tristare spiritum sanctum hominibus loquens, comparationes inducit humanas, ut ex nobis intelligamus quantam spiritui sancto iniuriam facimus, cum donum eius in nobis aliqua peccati sorde polluimus. In quo signati estis] Signati autem sumus spiritu sancto. In die redemptionis] In die baptismi. Ira. Amaritudo] Rancor in corde. Ira] Quae in uultu apparet, furore restincto desiderat ultionem. Indignatio] Est ex superbia, cum aliquem iudicamus indignum, & ideo nolumus eum sustinere. Clamor] Scilicet ille, qui ex furore descendit. Caeterum Esaias bene clamare iubetur, & ipse dominus in templo clamabat: Qui sitit, ueniat & bibat. Peccatum perpetrare, crimen est: peccatum praedicare, clamor. Cum omni malitia] Comprehendit omnia mala, dicendo malitia. Aut malitia est, quae inimico uicem reddere potest. Estote autem inuicem benigni] Postquam uitia eradicauit, uirtutes plantat, ut Hieremias dicit: Ut euellas & plantes. Benigni] Ex corde. Misericordes] Operibus. Donantes] Id est, remittentes peccata.

C A P V T V.

Istote autem imitatores dei] Indulgento peccata, ut est: Domine, ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt. Et tradidit semetipsum] Ergo sicut ille animam suam pro nobis tradidit, ita & nos pro fratribus animas ponamus. Oblationem & hostiam] Omne sacrificium oblatio uocatur, hostia uero de uiuis: at in Christo continetur utrumque, quia ipse oblatio est & uiuus. In odorem suauitatis] Odor suauitatis, charitas est. Fornicatio autem] Omnia crimina breuiter comprehendit, duas criminum designando radices, id est, fornicationem & auaritiam. Et omnis immunditia] Titillatio carnis, & fluxus sanguinis ex qualicumque attritu uentris. Aut turpitudinem] Id est, libidinosa cogitatio. Inter stultiloquium & scurrilitatem hoc interest, quod stultiloquium nihil in se sapiens, & corde hominis dignum habet. Scurrilitas uero de prudenti mente descendit, & consulto appetit quaedam uel urbana uerba, uel rustica, uel turpia, uel faceta, quam nos iocularitatem alio uerbo possumus appellare, ut risum moueat audientibus. Verum & haec a sanctis uiris propellenda, quibus magis conuenit flere atque lugere. Sed magis gratiae actio] Non ut deo gratias agamus, sed ut grati, siue gratiosi simus apud homines, ut: Sit sermo uester sale conditus. Hoc enim scitote] Hoc contra illos agit, qui solam fidem posse sufficere dicunt. Aut auarus] Qui sic honorat diuitias ut deos. Nam in auaro idololatria est, quod scriptura ipsius nummi colit, ut uoratum deus uenter est, ita cupidorum deus dicitur pecunia. In filios diffidentiae] In Sodomitas, uel in eos qui diluuium perierant. Notandum est, quod sex uitijs supra prohibitis, fornicatione, immunditia, auaritia, turpitudine, stultitia, scurrilitate, nunc tantum tria posuerit, fornicationem, immunditiam, & auaritiam, quibus qui fuerit obnoxius, haereditatem in regno Christi & dei non possit habere. Si enim ita stultiloqui & scurrilae alieni essent a regno dei, quo modo in quos specialiter separauit, uideret sententia esse credulis, non ignoscere imbecillitati fragilitatis humanae, cum etiam per locum nos dicta damnarēt. Qui enim in sermone non labitur, perfectus est. Neque uero ista dicentes locum stultiloquio & scurrilitati damus, dum non excludantur a regno, sed quoniam apud patrem diuersae sunt mansiones, & stella stellae differt in gloria, sic & resurrectio mortuorum

A mortuorum, quamuis aliquis a fornicatione, immunditia, atque lasciuia alienus sit, tamen si stultiloquus fuerit & scurra, non tenebit eum locum quem possessurus erat, si haec uitia non haberet: respondeat, quia stultiloquium & scurrilitas non eundem habeant reatum, quae fornicatio, immunditia, & auaritia. Nunquid & turpitudinem cum tribus superioribus debuit nominare? Ad quod dicitur, hic turpitudinem significare absconditam cogitationem, cum inflammatur sensus noster ad libidinem, & carnis titillationibus anima ignita succenditur, & nihilominus dei timore in iudicio refrenatur: & quo modo stultiloquium & scurrilitas, sic ista turpitudinem non perdit, nec in perpetuum excludit a regno. Particeps eorum] Fornicatio, immunditia, auaritia. Filij lucis] Id est, Christi, uel fidei, uel scientiae. In omni bonitate] Id est, in benignitate ad omnes, ut: Deus solem suum oriri facit super bonos & malos. Iustitia] Operum & iudiciorum. Et ueritate] Verborum. Probantes quid sit beneplacitum deo] Quia uidetur tota scaterere sententia, ordine tenenda est: Nolite fieri particeps eorum, probantes quid sit beneplacitum deo, etsi enim aliquando eratis tenebrae, nunc lux in domino, ut filij lucis ambulate. Fructus lucis ostendite, in bonitate, & iustitia, & ueritate. Et nolite communicare operibus in fructuosis tenebrarum] Id est, quia lux non potest communicare cum tenebris. Tenebrarum opera sunt, quae ad tenebras ducunt. Redarguite] Id est, peccantes, dum lux estis. Quae enim in occulto fiunt] Fornicatio, immunditia, auaritia. Ab eis] Filijs scilicet diffidentiae. Etiam dicere] Aliquando nominat turpia propter utilitatem, aliquando pro uerecundia non nominat. Omnia quae arguuntur] Quae occulta fiunt a filijs diffidentiae, ut ex eo quod corripuntur, mutantur in melius, & mutata manifestentur in publico, & publicata fiant lumen. Omne autem quod manifestatur lumen est] Incipit lumen esse, cum crediderit, & uobis adlungitur. Propter quod dicit: Exurge a mortuis] Ego secundum ingeniolium meum omnes editiones ueterum scripturarum, ipsa quoque Hebraeorum uolumina diligenter euentilans, nusquam hoc scriptum reperi, nisi forte hoc dicamus, quemadmodum olim Prophetae in conuentione populij loquebantur: Haec dicit dominus: Et: Quoniam dominus locutus est, ita & Apostolum spiritu sancto plenum, repente in uerba, quae in se Christus loquebatur erupisse, atque dixisse: Haec dicit dominus. Nec non & illud est differendum, quomodo uni atque eidem dicatur, quasi dormienti: Surge qui dormis, quasi mortuo, exurge a mortuis. Igitur quia & spiritus est hominis, quem semper in bona parte scriptum inuenimus, & anima, cuius infirmitates & mortes legimus peccatorum, id quod nunc dicitur: Surge qui dormis, referatur ad spiritum. Et quod sequitur: Exurge a mortuis, animae coaptet: Anima enim quae peccauerit, ipsa morietur: Spiritus mortem nunquam legimus. Christus uero lux uera orietur ei, qui surrexit a mortuis, & ex mortuis fuerit suscitatus. Quomodo caute ambuletis] Non ad insidias faciendas, sed ad cauendum peccatum, ut est illud: Astutus dirigit gressus suos. Aliter caute, id est, discernentes bonum & malum. Redimentes tempus] Hoc est, poenitentia residuo tempore in bonis operibus perseuerantes, tempus praeteritum in peccatis redimentes, quod tempus malitia hominum uenditum erat. Quoniam dies mali sunt] Per Metanomiam, pro his qui in diebus sunt, quia dies mali esse non possunt. Sed intelligentes] Id est, scrutamini legem, in qua uoluntas eius continetur. Et nolite inebriari uino] Quomodo non possumus duobus dominis seruire, deo & mammonae: sic non possumus spiritu impleri pariter & uino:

C uino, qui enim spiritu impletur, habet prudentiam, mansuetudinem, uerecundiam, castitatem; qui uino, habet insipientiam, furorem, procacitatem, libidinem, hoc quippe æstimo uno uerbo significare luxuriam. In Psalms] *Psalmi.* Hymni sunt, qui fortitudinē & maiestatem dei prædicant, & eiusdem semper uel beneficia, uel facta mirantur, quod omnes Psalmi continent, quibus halleluia uel præpositum, uel subiectū est, Psalmi autem proprie ad ethicum locum pertinent, ut per organum corporis, quod faciendum, & quod uitandum sit no uerimus. Qui uero de superioribus disputat, & concentum mundi, omniumque creaturarum ordinem, atque concordiam subtilis disputator edisserit, iste spirituale canticum canit, uel certe propter simpliciores manifestius quod uolumus eloquamur, Psalmus ad corpus; Canticum refertur ad mentem. Et canere igitur & psallere, & laudare deū, magis animo quam uoce debemus, hoc est quippe quod dicitur: Cantantes & psallentes in cordibus uestris domino, gratias agentes pro omnibus] Id est, quæ accidunt uobis, siue prosperis, siue aduersis. Subiecti inuicem in timore Christi] Propter timorem Christi fiat subiectio, dum illum offendere timemus. Audiant hoc Episcopi, audiant Presbyteri, audiat omnis ordo doctorum, subiectis suis esse subiectos, & imitentur dicentem Apostolum: Cum enim liber essem ex omnibus, omnium me ipsum seruuum feci, ut omnes lucrifacerem. Et in alio loco: Seruite inuicem. Saluator quoque formam serui accepit, ut seruiret discipulis suis, & pedes eorum lauit. Hoc inter est inter Gentium principes, & Christianorum, quod illi dominantur subditis, nos seruimus, & in eo maiores sumus, si minimi omnium fuerimus. Mulieres uiris suis] Hucusque in commune, nunc singulatim unumquemque docet, ut debita officia singulis non cessent. Sicut Christus caput est ecclesie] Id est, quo modo in Christo & ecclesia sancta coniunctio, sic in uiro & muliere debet esse sancta copula. Ipse saluator corporis] Id est, ecclesiam Christus saluauit, uel uir saluator corporis mulieris in necessitatibus, & doloribus, dum infirmioris sexus est. Viri diligite uxores uestras] Sanctus amor hic intelligendus, ut uoluntates refecerentur, ut prægnantes ad partum usque non coeant. Sicut & Christus dilexit ecclesiam] Ita & uos pro sanctitate uxorū, nec mori, si necesse fuerit, recusetis. Ut eam sanctificaret] Aqua enim lauit corpus, animam doctrina; ita & uos corpora uxorū continentia, & animam munde doctrina. In uerbo uitæ] Id est, in doctrina per baptismum, uel uerbum quod cantatur à sacerdote ad baptismum. Ut sit sancta] Id est, anima. Et immaculata] Id est, corpore. Sed nutrit & fouet] Ut uxoribus uestimentum & uictum, & quæ necessaria sunt præbeamus. Sicut Christus ecclesiam] Ut: Quotiens uolui congregare filios tuos &c. Quia membra sumus] Membra eius debent in omnibus eum imitari, de carne ipsius siue hominis, quem adsumpsit ex Maria, siue ecclesie. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suam] Spiritualiter reliquit Christus deum patrem, & matrem Hierusalem coelestem, & uenit ad terras ad ecclesiam. Et adhærebit uxori suæ] Spiritualiter ecclesie Christus ex utroque populo collectæ. Sacramentum hoc magnum est] Sunt etenim alia minora sacramenta. Veruntamen singuli] Hoc est, licet in Christo & ecclesia dixerim, tamē oportet seruari in coniugio. Ut unusquisque uxorem sicut semetipsum diligat] Diliges proximum tuum sicut teipsum, iuxta interpretationem saluatoris. Proximus est omnis homo. Nulla ergo erit inter uxorem & quorumlibet hominum dilectionem differentia charitatis; quod dicere absurdum est; In proximo enim similitudo ponitur, ut sic

A ut sic eum diligas, sicut te, & cupias esse saluatum; In uxore autem comparationis ad uerbum dicitur, Sicut non similitudinem, sed probationem & confirmationem sonat, sicut de Christo dicitur: Quasi unigeniti à patre. Vxor ut timeat uirum] Duæ significantiæ in uerbo timoris sunt: Vna est, qua serui spiritum seruitutis habent in timore; Altera pro reuerentia dici potest, ut uxor reueretur uirum suum.

CAPVT VI.

Illi obedite parentibus] Id est, in parentibus ea quæ non sunt domini contraria uoluntati. Quod est mandatum primum] Quæretur quare nunc dixerit: quod est mandatum primum, cum sit quartum, uel quintum; Primum enim mandatum est: Non erunt tibi dii alieni præter me. Ideo alij distinguunt, quod est mandatum primum in re promissione, quasi quatuor alia mandata, quæ ante hæc dicta sunt, non habeant promissionem. Sed uidentur mihi non obseruasse subtiliter, sed in secundo mandato re promissionem esse sociatam. Ait enim: Non facies tibi idola, neque omnem similitudinem; usque, & facio misericordiam his qui diligunt me &c. Obserua uerba sponsonis, faciens misericordiam &c. Forsan ergo quia decalogus exeuntibus de Aegypto, & prima lex data est, unumquodque mandatum decalogi primum est, ad comparationem eorum præceptorum, quæ postea in lege scripta sunt; Qui priorem excusationem defendit, in secundo mandato non seorsum dicit, sed sub uno textu atque sermone non tam promissionem datam, quam sententiam & laudes dei esse finitas, facientis misericordiam &c. In simplicitate cordis] Id est, deposita priore superbia & simulatione; Hic autem prouidet Apostolus, ne doctrina Christi in aliquo blasphemetur, si credentes serui dominis inutiles fuerint. Sicut Christo] Pulchre addidit, sicut Christo, ut scilicet non audiat seruus carnalem dominum, si contraria præceptis dei uoluerit imperare. Non ad oculum] Præsentibus tantum dominis. Sicut domino] Domino seruus uir, qui cum bona uoluntate animi seruitium dominis facit. Cum bona uoluntate] Non cum murmuratione, ne apud homines gratia, & apud deum mercede priuemini. Remittentes minas] Ne uestræ malitiæ imputetur, si effugerint. Quia illorum & uester dominus est in coelis] Id est, sicut super seruos uindicare potestis, magis autem super uos uindicare potest deus. Per sonarum non est acceptio apud deum] Qui solus tantum uindicat uoluntates, & iuxta eas deteriori præfert meliorem, eligens facta, non homines. De cetero] Post specialia mandata uirorum ac mulierum, nunc generaliter omnes admonet. Rectores huius mundi] Qui regunt in aere suos angelos. Diabolus enim suis angelis diuersa officia diuisit. Aut rectores huius mundi, id est, amatorum & carnalium huius mundi. Tenebrarum harum] Tota ista terrena uita tenebræ dicitur; lux quippe lucet in tenebris. In celestibus] Id est, in aere discurrentibus. In die malo] Diem autem malum præsens tempus ostendit, de quo supra dixerat; redimentes tempus, quoniam dies mali sunt, propter angustias, & uitæ huius labores; Aut certe consummationis atque iudicij, quando diabolus inimicus & uindex sua nos cupiet in parte retinere. State ergo] Ne moueamini de acie, sed stabilem figite gradum super petram Christum. Succincti lumbos] Zona continentia: Quia igitur

C lumbi in generatione semper accipiuntur & semine: uidetur nobis accinxisse lumbos suos, qui nequaquam uxori debitum reddit, nec seruit libidini.

Lorica. stitiz] Non in hypocrisi, nemo enim coronabitur &c. Lorica iuramentum connectitur speciebus. Scutum fidei] Sine scuto omnis armatus inermis est: Ita & hae uirtutes sine fide saluare non possunt, in omnibus certaminibus fide muniamur. Et calceati pedes] Docet fiducia praedicationis oportuna & importuna, ut calceatus audacter ambulat. Sumite, inquit, scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignita restinguere] Ergo fides est, quae excipiens ardentissima libidinum tela, metum futuri iudicij ex caelestis regni credulitate mortificat. Et lorica, inquit, charitatis, ipsa nempe est, quae uitalia pectoris nostri circumdans atque communiens, latalibus perturbationum obiectata uulneribus, contrarios retundit ictus, nec ad interiorum hominum nostrum iacula zabuli penetrare permittit, omnia suffert, omnia patitur, omnia sustinet. Et galeam spei salutis] Galea, capitis est munimen: quia ergo caput nostrum Christus est, debemus semper istud spe futurorum bonorum, uelut in expugnabili galea, in cunctis tentationibus ac persecutionibus communitate, & principaliter fidem eius illasam, atque integram custodire: Alijs enim membrum truncatum quaequam licet & debilem, possibile tamen est utcumque sustinere, sine capite uero, nemini uel breuis uitae spacium prorogatur. Et gladium spiritus, quod est uerbum dei] Penetrabilis namque est omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad diuisionem animae ac spiritus, compagum quoque & medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis, diuidens scilicet & abscondens quicquid in nobis carnale terrenumque reperit. Per omnem orationem] Semper hunc gladium portate, uel postulate. Ad aperitionem oris mei] Ut Domine labia mea aperies &c. Cum fiducia] Sine metu persecutionis. Omnia nota faciet Tychicus] Dupliciter intelligendum, uel ideo Tychicus missus est ad Ephesum, ut nuntiaret eis uincula Apostoli ad fidem Euangelij profecisse, eo tempore quo ad Colossenses scripsit, dicens: Omnia uobis nota faciet Tychicus. Grandis enim consolatio erat audire populum Rom. in domina urbium triumphantem de uinculis: uel certe ob id Tychicus missus est, ut conuersationem Pauli, quam ignorabat annuntiaret eis, quasi quoddam uiuendi exemplar daret, discipulis gesta Apostoli atque uirtutes, & eum imitari uolentibus, nec parua esse poterat consolatio. Pax fratribus & charitas] Pax & charitas & fides, perfectum faciunt Christianum: tam enim sine fide infructuosa est charitas, quam fides sine charitate uel pace.

Perfectus Christianus ex quibus consistit.

Nam charitas maior est pace: potest enim odio non haberi quis, non tamen & amari. In incorruptione] Siue castitate, siue in quorum corde nullo adultetino seculari amore Christi delectatio uioletur.

COLLECTANEORVM IN EPISTOLAM PAVLI AD EPHESIOS FINIS.

SEDVLII

BERNIENSIS, IN EPISTOLAM PAVLI AD PHILIPPENSES COLLECTANEVM.

CAPVT I.

P Aulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu qui sunt Philippis] Metropoli Macedoniae. Cum gaudio] Non cum tristitia alicuius peccati uestri. Super communicatione uestra] Quia mihi communicatis in Euangelio praedicatione. A primo die] Quo accepistis fidem. Usque in diem Christi] Usque in aduentum Christi. Sicut iustum] Caritas enim omnia sperat. Ed quod habeam uos in corde] In tantum uos diligo, ut mihi memoriam uestri nec uis tribulationis, nec sollicitudo defensionis auferat. In defensione] Quia defendo Euangelium aduersus haereticos. Et confirmatione] Id est, exemplo & doctrina. Socios gaudij mei] Hoc sentio de uobis & credo, quia sicut mea tribulationis socij estis, ita Euangelio credidisse, ut etiam in tribulationibus meis pro eius defensione mecum pariter gaudeatis. Quemadmodum desiderem] Diligam. In uisceribus Christi Iesu] Siue eius inesse uisceribus, siue ita uos desidero, tanquam uiscera Christi. In scientia] In agnitione dei. Et omni sensu] Mysteriorum. Ut probetis] Id est, sciatis. Potiora] Id est, altiora mysteria. Fructum iustitiae] Bonis operibus. In gloria] Ut glorificetur deus in actibus uestris. Scire uos uolo] Tribus causis hoc dicit, ut magnificaret potentiam dei, ut exemplum fieret alijs, ut consolaretur Philippenses, moestos de uinculis & tribulatione eius in Roma. In omni praetorio] In domibus regum, ubi praetores solent esse. Abundantius ut auderet] Vinculorum meorum exemplo sunt incitati, dum me pro Christo uiderent libentissime sustinere. Alij quidem propter inuidiam] Hic subiungit quatuor ordines praedicatorum uerbum dei. Propter inuidiam, hoc est, dum mihi apud credentes gloriam auferre se putant, ne solus mihi uindicare uidear scientiam praedicationis. Alij autem & propter bonam uoluntatem Christum praedican] Quia alios saluare uolentes Christum annuntiant. Alij ex charitate] Id est, ut mihi adiutores fiant, quia sciunt me a deo ad defendendum Euangelium ordinatum. Non syncere, existimantes pressuras se suscitare uinculis meis] Alij uero dolose praedican] Ad me grauandum, quasi plures discipulos facientem, & doctrina mea totum orbem implere cupientem, ut ex hoc saltem mihi maior inuidia cumuletur uel pressura. Quid enim? Dum omnimodo] Non mihi cura est qua mente praedican] dummodo quod cupio, Christi nomen omnibus innotescat, quapropter & modo gaudeo, & in futuro gaudebo. Siue occasione] Odij uel inuidiae contra me. Et in hoc gaudebo] Vinculo uel opere praedicationis eorum. Nam scio] Quod mihi nocere putant, in salutem proueniet: quia non solum per uerbum & passionem meam, sed etiam per odium Christi ecclesia augmentat. Subministratione] Ideo subministratio dicitur, quia non quod aduersarij uolunt, sed aliud in occulto spiritus subministrat.

Quatuor genera praedicatorum uerbum dei.

Odijs etiam conlescit ecclesia.

x ; Expecta

C Expectationem] Id est patientiam. Quia in nullo confundor] Tormento, neq; in uita, neq; in morte, neq; in contumelijs, neque in opprobrijs nos omnibus erubescimus. Sed in omni fiducia] Nulla res me poterit deterrere. Et nunc magnificabitur Christus in corpore meo] Inimicis suis insultat, q; ei nocere non ualeant. Si enim eum occiderint, martyris coronabitur: si seruauerint, Christum annuntiando plurimum faciet fructum. Siue per uitam] Ad praedicationem. Siue per mortem] Id est, pro illo in martyrio. Mihi enim uiuere Christus est] Non alia causa uiuere uolo, nisi Christi, id est, ut eius corpus aedificem. Fructus operis] In aedificationem aliorum. Et hoc confidens scio] Spiritu prophetico promittit. Et gaudium fidei] Ut per profectum de fructu fidei uestrae gaudium habeatis. Per meum aduentum iterum ad uos] Hoc pro consolatione eorum dicit, quia suo spiritu peruenit ad eos, licet non corpore. In uno spiritu] Vt: Erat eis cor unum & anima una. Vnanimis] Quia omnis pugna unanimiter aggressa uictoriam parit. Quae est illis causa perditionis] Id est, tentatio qua terrent uos. Et hoc a deo] Qui uult suos coronari probatos, sicut Iob permittitur tentari. Non solum ut in eum credatis] Non solum ut fidei meritum, sed etiam martyrii meritum praemium habeatis, dum uos tentari deus patitur ut uincatis. Idem certamen habentes quale & uidistis in me] Nihil nouum patiemini, sed hoc quod & praesentes uidistis in me, & nunc absentes de me audistis. Non sit ergo uobis indignum illa pati, in quibus conspiciatis nos glorari.

CAPVT II.

In qua ergo consolatio in Christo] Rogo uos hoc mihi praestate; ut gaudium meum imitati dilectione suppleatis. Si qua est consolatio in Christo, id est, consolamini me membra Christi, pro uobis passum, si uos consolatus est Christus. Si qua allocutio charitatis] Si aliquam charitatem ei rependere uultis. Si qua societas spiritus] Si spiritum eius in uobis esse cupitis. Si qua uiscera misericordiae] Si in eum misericordes estis. Implete gaudium meum] In talibus discipulis doctor exultat. Eandem charitatem habentes] Ergo nolite scindere charitatem sentiendo diuersa. Non quae sua sunt singuli considerantes] Non quae uobis solis expediunt, sed quae alijs prosunt. Hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iesu] Vult ostendere Christum non propter se, sed propter alios passum; siue tam humilis sensus in uobis sit, quam fuit in Christo. Qui cum in forma dei esset] In forma dei erat, & uidens unius hominis delicto mortem regnare per populos, creaturae suae non oblitus est. Nec rapinam ducit, se aequalem esse deo] Quia uere secundum diuinitatem aequalis erat patri. Sed exinaniuit semetipsum] Non substantiam euacuans, sed honorem inclinans. Formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus] Naturam hominis induendo. Mortem autem crucis] Qua morte nulla formidolosior erat. Propter quod & deus illum exaltauit] In resurrectione & ascensione, & ceteris: Ita & nos si exaltari cupimus, exemplo Christi fratribus seruiamus. Et donauit illi nomen] Quod est filius. Quod est super omne nomen] Cui enim Angelorum dixit: Filius meus es tu; Itaque donauit illi nomen, non quod ante non habuit. Vnde rectius locus hic secundum humanam naturam intelligendus est, q; diuinam. Omne

Paulus insultat inimicis.

Act. 4.

D



Exinaniuit semetipsum.

psal. 2.

A Omne genua flectet] Non ad corporis genua, sed ad humilem subiectionem inclinationemq; mentis pertinet. Coelestium] Id est Angelorum. Coelestes autem genua flectere dicuntur more precario, non quod haberent genua, qui incorporales sunt, sed ut diximus, pro humili subiectione & adoratione dicitur. Terrestrialium] Hominum. Infernorum] Angelorum qui praesunt infernalibus locis. In gloria dei patris] In natura & gloria deitatis. Cum timore] Non cum negligentia, sed sicut ait Iob: Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti. Vestram salutem operamini] Hoc est, custodite per bonum opus salutem a deo uobis donatam. Sine mururatione] De grauitate praceptorum dei, uel de pressura tribulationum. Et haesitatione] Qui murmurat de praecipis, haesitat de praemijs. Vt sitis sine querela] Apud homines & deum. Quod conqueritur deus saepe de hominibus in scripturis, apparet quod nolint credere, et recte uiuere. Vnde fideles & facientes uoluntatem dei, conuersari dicuntur sine querela, quod de illis scriptura non queratur. Et simplices] Nihil praeter uoluntatem dei facientes uel scientes, sicut filij dei immaculati, qui cum sit purus & sanctus, filios non potest habere degeneres. In medio generis] Iudaeorum & Gentium. Praui] Mente. Peruersi] Operibus. Sicut luminaria, ut: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in caelis est. Ad gloriam mihi] Gloria enim patris filij filiorum, ut ait Solomon. Non in uacuum cucurri] Qui talem populum deo acquisiuit. Sed et si immolor super sacrificium uestrum] Sed etiam si occidar: quia sacrificium & obsequium fidei uestrae obtuli deo. Vincit profectus uestri gaudium tristitiam poenae uel mortis, siue iam non timeo mori sacrificio uestrae fidei consummato, siue quia uestrae fidei ministraui. Nam omnes sua] Commoda quaerunt, nolentes pro aliena laborare salute. Et commilitonem meum] Propter honorem, quia ipse acceperat in illis apostolatus officium. Vt mox uidero quae circa me sunt] Hoc est, si liberer ab hac catena, uel non. Et ministrum negotij mei] Id est, qui mihi uestra uice ministrat. Et moestus erat, propterea quod audieratis illum infirmatum] Tristitia uestrae causa moestus fuerat. Non esse contristandum de mortuis] Apostolus significat: nam desperantium est contristari. Et ipse inquit de Epaphrodito: Infirmus fuit prope mortem, sed deus misericors est illi, non solum autem illi, sed & mihi, ne tristitiam super tristitia haberem] Quomodo ergo contristandum uetat, cum ipse contristandum se, si mortuus fuisset declarat. Aliter de morte Epaphroditi si prouenisset contristandum significauit, & aliter prohibet contristandum. Nam hic propter solatium adiutorij eius quo utebatur in Euangelio, si mortuus fuisset, contristandum se dicit, nos autem contristari prohibet, ne obitum quasi extinctos & perditos lugeamus, desperantes de resurrectione. Aliud est igitur, solatiu requirere quasi absentis, & aliud dolere iam non futuri, hic cessat consolatio, illic excluditur. Et ego sine tristitia sum] Id est, pro gaudio uestro in aduentu eius. Accessit usq; ad mortem] Qui uincto mihi in carcere non timuit ministrare.

Genua flectere Christo.

Iob 9.

Sine querela conuersari.

Matth. 5.

Prou. 17.

Desperantium est pro mortuis contristari.

CAPVT



Adem uobis scribere] Id est, eadem documenta repetere, quæ iam præsens dixeram. Vobis autem necessarium] Sicut hortor crebrius irrigari necessarium est. Videte canes] Caueate pseudoapostolos, Euangelium Christi lacerantes. Videte concisionē] Quia concisio potius quam circumcisio sunt dicendi. Nos ergo circumcisio sumus] Nos sumus ueri Iudæi, qui non unius membri pellem, sed totius carnis uitia ressecamus, illi uero concisio. Qui spiritu] Id est, mente, non litera deo seruiamus. In Græco melius spiritui, id est, sancto, qui est deus. Confidentes in carne] In carnali circumcisio: sum enim circumcisus. Ego magis circumcisus octaua die] Ne aliquis putaret ideo se non gloriari, quia non fuerit circumcisus circumcisio octauæ diei, non post aliquot annos, ut aliquis peregrinus circumciditur. De tribu Benjamin] Quæ semper fuit cum Iuda coniuncta. Hebraus ex Hebræis] Non ex Gentibus profectus. Phariseus] Non quasi indoctus, sed peritus legis. Sed quæ lucra mihi fuerunt] Ad comparationē inuenti auri contemnitur ærumentum, quamuis utrunq; ab uno sit conditum, & pro temporis qualitate necessarium. Et arbitror stercora] Stercora sunt quæ eijciunt homines, uel cætera animalia ex utero, cum quod forte & solidum est ad confirmandum & satiandum corpus remanet intus, sic litera legis eijcitur, & sensus spiritualis ad cibū animæ in corpore ecclesiæ remanet. Hieronymus in expositione Abacuc: Non ueteris testamenti doctrina, sed Phariseorum, & præcepta hominum, & deuterosis Iudæorum stercora dicuntur ab Apostolo. In fide ad cognoscendū illū] Ut: Nisi credideritis nō intelligetis. Et uirtutem resurrectionis] Ut sciam uiam resurrectionis eius, quia ideo resurrexit, ut & nos similiter resurgamus: qui autē uere cognoscit, satiascit omnino ne peccet. Et societatem passionum eius] Si compatimur & conuiuemus. Si quomodo habeam gloriā in resurrectione: non enim particeps gloriæ resurrectionis erit, qui nunc ad configurationem mortis eius non uult peruenire. Non quod iam acceperimus] Perfectionē quam omnis homo & uniuersa creatura, & gratiam non ex merito possidere potest. Aliter, non quod acceperimus, quia finis mundi nondum aduenit, sed in spe quod credimus non in re. Aut iam perfectus sum] Adhuc de hac perfectione, & de tali resurrectione suspensus sum. Si comprehendam] Si comprehendam meritum Apostolatus, in quo Apostolatu à Christo sum comprehensus. Non arbitror comprehendisse] Se humiliando omnibus gloriā tulit, & uniuersos prouocat ad profectum. Vnum autem] Subaudis arbitror comprehendisse, hoc solum scio quia quotidie proficio, & præteritum laborem non computans ad priora festino. Siue legis obliuifens] Ad perfectā Euangelij præcepta me tendo. Brauium supernæ uocationis dei in Christo Iesu] Quando sanctis dicitur: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi. Quicumque ergo perfecti sumus hoc sentiamus] Hoc est, quicumque uolumus esse perfecti, Aut perfecti sumus, ex parte, non ex toto. Hoc sentiamus] Non comprehendisse perfectionē. Aut uetera obliuifcenda, & noua sectanda, uel futura præmia semper cogitemus. Vel sic se habet sensus huius loci, ut ad comparationē hominum cæterorum, qui non habent curam uel notitiā scripturarū, nec mysteriorū dei, se & similes sui perfectos dicat. Ad com/

Canes.

Veri Iudæi.

Stercora præcepta hominū. Contra Manichæos.

Brauium supernæ uocationis.

Ad comparationem autem scientiæ diuinæ maiestatis dicit se non accepisse perfectionem scientiæ, nec perfectum esse in scientia. Et si quid aliter sentitis] Hoc est, si nec plene futura intelligitis. Hoc uobis dominus reuelabit] Scilicet in futuro, ipsis rebus præsentibus. Aut, si quid aliter sentitis, præter quod dico, hoc est, putando uos comprehendisse perfectionem, hoc uobis deus reuelabit, id est, uos nosse imperfectos esse. Veruntamen ad quod peruenimus] Ad cognitionem licet imperfectam, seu ad fidem. Et in eadem ambulemus] Non enim scire sufficit absq; facto. Etcognoscite] Honorate, & imitamini. Quisicambulant] Sicut & nos. Sicut habentes formā nostram] His tantummodo credite, qui formam exempli nostri portant. Multi enim ambulant] Pseudoapostoli, à quibus caueate, ne uos seducant. Et gloria in confusione] Quia gloriantur in circumcisioe, utriusq;. Conformabit] Post resurrectionem. Corpori gloriæ] In mōte scilicet Thabor. Secundum operationem] Secundum hanc potentiam, qua sibi cuncta subiecit, etiam hoc illi possibile est.

CAPVT IIII.



Audium & corona mea] Propter uos enim in presenti lætificor, & in futuro coronabor. Euodiam rogo & Syntyche deprecor] Hæ mulieres scientes erant legis, quas similiter ut istos eadem sentire commonet & hortatur. Quorum nomina sunt in libro uitæ] Ne moleste ferant sua nomina in hac epistola non comprehensa, scripta dicit in cœlis. Gaudete in domino] Non in terrena felicitate. Semper] Tam in prosperis, quam in aduersis. Et iterum dico gaudete] Repetit, ut magis ac magis confirmetur gaudium. Dominus prope est] Scit quid opus sit uobis antequam petatis eum. Nihil solliciti sitis] Quid manducetis, aut quid induamini, hæc enim Gentes inquirunt. Sed in omni oratione] Lege epistolam ad Timotheū: Obsecrationes fiunt pro peccatis præteritis, uel præsentibus. Orationes pro adipiscendis quæ speramus. Postulationes] Cum pro alijs interuenimus. Gratiarum actiones] Cum pro immensis dei beneficijs grates, laudesq; rependunt. Quæ superat omnem mentem] Non solum hominum, sed etiam angelorum. De cætero fratres] Id est, ad extremum omnium, ut omnia breuiter comprehendam, uel de reliquo uitæ uestræ. Quæcunque sunt uera] Permanentia, uel carentia mendacio. Pudica] Moribus. Sancta] Sine immunditia. Iusta] Debita. Amabilia] Deo. Quæcunque bonæ famæ] Ut est illud: Prouide bona non solum coram deo, sed etiam coram hominibus. Si qua uirtus] Tolerantiæ. Si qualaus] Bonæ conuersationis. Didicistis] Verbo. Accepistis] Exemplo. Audistis] Auribus. Vidistis] Oculis. Hæc agite] Non enim sola sufficit cogitatio. Quoniam tandem refluistis] Hoc est, iterum flore boni operis florere cœpistis, dando mihi quod prius dabatis, hoc est, elemosynam ministrando. Pro me sentite] Id est, mihi elemosynam date. Sicut ante sentiebatis] Elemosynam mihi tribuentes antequam tribulationibus occupati fuissetis. Non quasi propter penuriam dico] Non propter meam inopiam, sed propter uestrum profectum dico me esse gauisum. Ego enim didici] A Christo omnia æquanimitate ferre sum doctus. Scio humilitatem] Non desperans fame. Scio abundare]

Eph. 5

Ecc. 24

Baruch. 4

Matth. 5

Obsecratio. Oratio.

y abundare]

C abundare] Quia non extollor in abundantia. In omnibus] Id est, bonis, si-
 ue prosperis, uel aduersis. Scitis autem & uos Philippenses, quando profe-
 ctus sum.] Scitis quia uos solos, a quibus sumptus acceperimus elegimus, fide-
 liores omnibus uos iudicantes. In ratione dati] Eleemosynam donata. Fru-
 ctum abundantem] Mercede coelesti pollentem. In odorem suauitatis] Odor
 suauitatis non in re oblata, sed in mentis oblatione consistit. Hostiam acce-
 ptabilem] More ueterum oblationum. Impleat omne desiderium uestrum]
 Quia ut perfecti alia desiderare non poterant, nisi quae sunt secun-
 dum diuitias dei, non seculi, & quae ad gloriam per-
 tinent Christi. Qui de Caesaris sunt
 domo] Qui nuper ex
 Caesaris Ne-
 ronis familia Christo cre-
 diderunt.

COLLECTANEORVM IN EPISTO
 LAM PAULI AD PHILIP.
 PENSES FINIS.

SE DV LII

A SEDVLII SCOTI HY

BERNIENSIS IN EPISTOLAM PAULI AD THESSALONICENSES

PRIOREM COLLE

CTANEVM.

CAPVT I.



D Aulus, & Syllanus, & Timotheus] Quod non dicit Apo-
 stolus, significat auditorum perfectionem. Et Syllanus,
 & Timotheus] Hii specialiter nominantur, quod eorum
 doctores erant. Charitatis & patientiae spei] Qui perfe-
 ctus charitatis est, sustinet omnia patienter, propter spem fu-
 turam. Sed in uirtute] Id est, signorum & miraculorum.
 Et spiritu sancto] Cuius uirtutem per signa monstraui-
 mus. In plenitudine multa] In perfectione iustitiae, conuersationis, & uitae.
 Cum gaudio spiritus sancti] Sicut apostolos legimus fecisse. A uobis enim
 diffamatum est] Id est, uestro exemplo ceterae prouinciae ad credendum sunt
 prouocatae. Nam natura famae est, siue bonum uel malum nunciantis; ubique o-
 mni celeritate discurre. Aliquid loqui] De uestra scilicet laude. Qui eri-
 puit nos] Dimittendo peccata, & doctrina sua, & exemplo.

CAPVT II.



N on inanis fuit] Non est inanis sermo quem implet constan-
 tia passionis. Ante uexati] Multa enim passi sumus, antequam
 ad uos uenissemus. Sicut scitis in Philippis] Quia aliquan-
 ti uestri uiderunt nos Philippis passos, non expauisse persecu-
 tiones, nec praedicare cessasse. In multa sollicitudine] Id est,
 non negligenter, nec transitorie, sed in multa sollicitudine.
 Non ex errore] Id est, peruersae doctrinae. Neque ex immunditia] Id est,
 auaritia, seu peruersi operis. Neque in dolo] Sermonem adulationis, aut non con-
 tra conscientiam nostram docentes ac suadentes. Sed sicut probati sumus]
 Sicut probauit nos deus dignos esse ad praedicandum Euangelium. Neque in
 occasione auaritiae] Omnis qui adulatur, aut propter auaritiam, aut propter ua-
 nam gloriam adulatur. Ille ergo probatur propter deum docere, qui istam non
 quarit. Sed fuimus paruuli inter uos] Id est, humiliantes nos, & nec debitis
 quarentes honorem. Tanquam si nutrix foueat filios suos] Humilians se
 in omnibus paruulo coequat, ut filios ad maiora sua imitatione perducatur. Nam
 & balbutit interdum lingua, & manducare fingit, & cum eo lente ambulare con-
 suescit. Ita nos omnia fecisse proficere poteratis. Sed etiam animas nostras]
 Vt: Ego sum pastor bonus, bonus autem pastor ponit animam suam pro ouibus
 suis. Charissimi] Propter fidem, & conuersationem nostram. Laborum
 nostrum] Id est, manuum. Fatigationem] In itineribus ad praedicandum
 Euangelium. Vt nullum uestrum grauaremus] Non grauat Corinthios,

y 2 propter

C propter pseudoapostolos munera querentes, hos autem non grauat, ut inquis
 „ tos qui erant ex illis exemplo suo coërceret. Quam sancte] Secundum men-
 „ tem. Iuste] Secundum bona opera. Et sine querela] Non alios grauant
 „ do in sollicitudinibus. Si quis enim sanctus fuerit doctor, non tamen sine que-
 „ rela est, si alios sollicitudinibus supra modum aggrauat. Verbum auditus dei]
 „ Id est, quod primum de deo audistis, siue ut audiretis deum. Non ut uerbum
 „ hominum] Vt uerbum hominum accipit, qui contemnit. Vos autem ita cre-
 „ didistis, ut ab ipso deo uos audire putaretis. Ecclesiarum dei quæ sunt in lu-
 „ dexa] Id est, quibus dicitur. Nam & uinctis compassi estis, & rapinam honorũ
 „ uestrorum cum gaudio suscepistis. Qui & dominum occiderunt] Quid mi-
 „ rum, si nos persequuntur, qui nec domino pepercerunt. Prohibentes nos
 „ Gentibus loqui] Non solum Iudæos impediunt, sed etiam Gentibus inuidet
 „ ad suorum cumulum peccatorũ. Præuenit enim super illos ira dei] Siue quia
 „ prædico qua poena capti sunt, siue quia ablati non credentibus est intellectus,
 „ siue hic prophetizat uindictam crucis quasi prius facta esset. Vsq; in finem]
 „ Vsq; dum credunt, uel usq; ad diem iudicij, ut: Opprobriũ sempiternum dedit
 „ illis. Ego quidem] Festinaui. Paulus] Non aliquos à me nuntios desti-
 „ nauit. Impediuit nos satanas] Tribulationibus persequentium, siue omnis
 „ labor contrarius satanas dici potest. Nam satanas aliquando non potest impe-
 „ dire uirtutem animi, quæ autem ad labores corporis pertinent, sæpe potest im-
 „ pedire. Quæ enim spes nostræ] Non immerito uos deseramus, per quos &
 „ lætitiæ gaudium speramus, & gloriæ coronam non sustinentes, non patiemur
 „ ut nemo ad uos ueniret.

CAPVT III.

Olitarij] Maluimus enim soli remanere quam nescire quid
 „ agatis. Et misimus Timotheum] Queritur quomodo Ti-
 „ motheus missus sit, q̄ pariter scriptus est. Nō ergo hac uice mis-
 „ sus sit, sed prius. In hoc] Labore, ut: Ecce ego mitto uos sicut
 „ oves in medio luporum, &c. Positi sumus] A deo. Prædi-
 „ cabamus uobis] Vt non uos ipsa nouitas deterreret, sed magis
 „ prophetiam nostram firmaret, sicut & dominus passurum se ante prædixit.
 „ Labor noster] Doctrina nostra. In omni necessitate] Omnem necessita-
 „ tem & tribulationem non sentimus, pro multitudine gaudij status uestri.
 „ Quoniam nunc uiuimus] Etiam si occidamur, uiuimus, quorum uita in ue-
 „ stra firmitate consistit. Super omne gaudium] Triplicem, ostendit, causam
 „ lætitiæ nobis uestra conuersatio præstat, quia & uos profecistis, & dominus per
 „ uos benedicitur, & alijs præbetis exemplum. Quæ desunt fidei uestre] Nō
 „ ipsa fides deest, sed confortatio, ut in fide permaneant usq; in finem. Dirigat
 „ uiam nostram] Id est, remotis diabolicis scandalis, quibus noster impediatur
 „ aduentus. Vos autem dominus multiplicet] Sicut & nos multiplicauit in
 „ charitate. Sine querela] Id est, peccati principalis apud deum & homines.
 „ Cum omnibus sanctis] Siue angelis, siue hominibus.

Extero ergo rogo fratres] Post laudem & confirmationem
 „ incipit exhortatio. Abundētis magis] Quia cum ætate fi-
 „ dei debent augere profectum & mores, sicut accessu carnalis
 „ ætatis, & corpus crescit, & studium. A fornicatione] Tam
 „ spiritali, quam corporali. Suum uas possidere] Proprium
 „ suum corpus, siue coniugem caste habere. Quæ non noue-
 „ runt deum] Autorem castitatis. Vt ne quis supergrediatur] Ne quis suã
 „ coniugem derelinquens, alterius polluere querat uxorem, siue in quolibet ne-
 „ gocio ne quis alterum fraudet, ut qui pecuniam suam non ad usuram dederat.
 „ Non hominem spernit, sed deum] Non mea uerba despicit, sed eius qui in
 „ me loquitur Christi, cuius spiritui iniuriam facit omnis qui nō sancte conuer-
 „ satur. A deo didicistis] A Christo, qui dixit: Mandatum nouum do uobis,
 „ ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Et ideo nouum est, ut pro alterutrum mo-
 „ riamur, quia hoc uetus non iusserat testamentum. In uniuersa Macedonia]
 „ Id est, non in Thessalonica tantum. Vt abundētis magis] Hoc est, etiam
 „ ignotos quosq; diligatis. Vt quieti sitis] Quidam eorum inquiete per di-
 „ uersorum discurrebant domus, aliqua etiam ad religionis opprobrium ab infi-
 „ delibus postulantes, quam causam plenius ad eosdem exequitur. Et ut ue-
 „ strum negocium agatis] Necessè est enim ociosum inhonestum esse, dum ne-
 „ cessaria uictus requirit, adulationi quoq; operam dare, nouitates etiam rumorũ
 „ sectari, causarum fabularumq; occupationes conquirere, per quas sibi met ipsi
 „ aditum paret ad facultatem, qua diuersorum ualeat domus penetrare. Qui hæc
 „ omnia facit, inhoneste ambulat. Honeste hic ambulat, processionis, & uisitatio-
 „ nis, & dei uerbi causa ambulans. Vt honeste ambuletis ad eos qui foris sunt]
 „ Id est, ne uos ipsi denotent, qui præstare uidentur. De dormientibus] Qui
 „ in Paulo loquebatur illud quod sequitur. Quia nos qui uiuimus, qui residui
 „ sumus in aduentu domini non præueniemus eos qui dormierunt] Hoc autē
 „ dicēdum reputat secum his, quos uiuos inueniet dies iudicij, dum adhuc uiuunt
 „ in corpore. Et in uoce archangeli] Id est, Christi, siue Michaëlis, aut Gabrie-
 „ lis, quod interpretatur fortitudo dei, qui dicit: Surgite expergiscimini. In tu-
 „ ba] In clamore, id est de mortuis dormiunt, quos certum est resurgere.
 „ Verbo domini] Vt: Qui credit in me, etsi mortuus fuerit, uiuet. Aliter: Ver-
 „ bum domini est, non præuenimus eos, qui dormierunt, quia tam uelox erit re-
 „ surrectio eorum, quam nostra assumptio. In iussu] Dei, ut: Mortui audient
 „ uocem filij dei. Hoc unum est celestium uirtutum, aut in manifestatione uocis
 „ archangelicæ: Descendet de celo] In aëra, siue supra montem Oliueti, un-
 „ de corpus eius eleuatum est, ibi præsentia eius demonstratur. Resurgent pri-
 „ mi] Non tempore, sed primatũ gloriæ. Rapiemur in nubibus] Sicut cor-
 „ pus domini in nube eleuatum est. In hoc autē uelocitatem resurrectionis si-
 „ gnificat, unde Esaias dicit: Sancti sperantes in domino, mutabunt fortitudinē,
 „ affument peninas, ut aquilæ uolantes, &c.

Sicut fur] Quando omnes scierit dormire securos in nocte, ut: Me
 dia nocte clamor factus est, &c. Pax & securitas] Post occisum
 Antichristum. Tunc repentinus eis superueniet interitus] Ut
 in diebus Noë, & Sodomorum contigit. Sicut dolor partus]
 Sicut illa ueniente partu dolores non effugit. Non estis in tene-
 bris] Non estis ignorantes, ut nesciatis uos semper debere esse paratos.
 Filij lucis] Scientiæ, uel Christi. Filij diei] Veritatis. Noctis] Dæmo-
 nis, uel peccati. Tenebrarum] Ignorantiæ. Sed uigilemus] Id est, ocu-
 los semper ad dominum uigilantes, † uel eleuantes. Et sobrii simus] Ne cu-
 rz huius uitæ inebrient mentem nostram. Nam qui dormiunt, nocte dor-
 miunt] Ideo occisi & ebrj sunt, quia in tenebris sunt, sed hic magis nox &
 ebrietas allegorice pro ignorantia & libidine accipiendæ sunt. Induti lorica]
 Quia alij nudi sunt, qui ebrj sunt. Fidei & charitatis] Omnis iustitia fide &
 charitate constat, quam lorice alibi comparauit. Qui mortuus est pro nobis]
 Id est, ne nos moreremur. Ut siue uigilemus, siue dormiamus] Hoc est, ut si
 ue in corpore, siue extra corpus inuentiamur, semper cum ipso uiuamus.
 Ut noueritis] Honorificetis. Laborant] Scilicet in doctrina. Pacem
 habete cum illis] Etsi contraria uestris moribus dixerint. Corripite in quie-
 tos] Vagos huc & illuc discurrentes. Pusillanimes] Id est, in tentatione de-
 sperantes, uel deficientes. Suscipite] Sustinete. Patientes estote] Etiam
 ad correptos, quia impatientia non corrigit, sed irritat. Inuicem & in omnes]
 Non solum in uos Christianos, sed in omnes homines. Spiritum] Loquen-
 tem uarias linguas, uel spiritum exhortantis, nolite peruersis quæstionibus
 opprimere. Prophetias nolite spernere] Siue futura prædicantes, siue præte-
 rita differentes. Tantum ut probetis] Si legi non sunt contraria quæ dicun-
 tur, & si quid tale fuerit refutate. Omnia probate] Si à diabolo, an à deo sint.

Integer spiri-
tus..

Integer spiritus] Mens, in qua est imago dei expressa, siue for-
 mata. Alij spiritum conscientiam dicunt, ut: Nemo
 scit ea quæ sunt hominis, nisi spiritus
 qui in eo est. Fidelis est]
 Et uerax
 in promissioni-
 bus.

COLLECTANEORVM IN EPISTOLAM
PAULI AD THESSALONICEN-
SES PRIOREM FINIS.

SEDVLII

SEDVLII SCOTI HY
BERNIENSIS, IN EPISTOLAM PAU-
LI AD THESSALONICENSES
POSTERIOREM, COL-
LECTANEVM.

CAPVT I.

Ratijs agere debemus deo] Qui sibi talem ecclesiam quæ
 fuit. In exemplum iusti iudicij dei] Ut exemplum detis
 iustum dei iudicium expectandi, quem ita creditis uenturū.
 Si tamen iustum est] Hic si tamen confirmantis est, non
 dubitantis, quasi dicat, si tamen fons iustitiæ potest iudicare
 quod iustum est. Nam sicut indubitanter pro nomine domi-
 ni patientibus requiem, ita incunctanter tribulationem his
 qui eos tribulât repromisit. In flamma ignis] Id est, ut ignis ante ipsum præ-
 cedat. Quod si potuit flama dei imperio tres pueros omnino non tangere, qua-
 re non eadem potentia alijs sæuor, alijs mitior fieri posse credatur. Et qui nõ
 obediunt eius Euangelio] Peccatores licet non erint. A facie domini] Ut
 illud: Ite maledicti in ignem æternum. Mirificari in omnibus] Cum ipse in
 suis glorificandus erit membris, quæ solis splendore fulgebunt. Tunc enim mi-
 rabuntur impij, & irrisores humilitatis, in subitatione salutis in speratæ iustorū,
 In quo & oramus] In expectatione illius diei iudicij. Ita & glorificetur no-
 men domini] Ut Christi nomen in uestris actibus clarum sit, & nos in eius si-
 gnis & uirtutibus gloriosi simus.

Si confirmat
nonnunquam.

CAPVT II.

Rogamus autem uos fratres per aduentum domini] Primum,
 uel secundum, quo uobis charius nihil esse sum certus. Et no-
 stram congregationem] Quando à quatuor uentis cœli con-
 gregabuntur electi, ut ubi fuerit corpus, illuc congregabuntur
 aquilæ. Neq; per spiritum] Neq; signa uos terreant tanquã
 per spiritum facta, quia hoc & Saluator præmonuit. Neq; per
 uerbum] Ne sermo dialecticæ fallaciæ uos seducat ullo modo sub qualibet
 specie boni uel mali. Quasi instet dies domini] Dicendo: Ecce est Christus
 hic, uel illuc. Quoniam nisi uenerit † discessio] Hoc est, nisi Antichristus ue-
 nerit, non ueniet Christus. Quod autem discessionem hic dicit, alibi eum refu-
 gam appellauit in Latinis exemplaribus. Vtrunq; autem ita intelligendum est,
 quod nisi uenerit refuga ueritatis, siue sui principatus defertor, siue discessio
 Gentilium à regno Romano, sicut in Daniele per bestix imaginem dicitur.
 Homo] Antichristus. Peccati] Diaboli scilicet. Filius perditionis]
 Quia eum quasi natum perditio possidebit. Super omne quod dicitur deus]
 Sup omnẽ uidelicet potetiã & æternitatẽ se iactabit. Et sacramenta culturæ diui-
 næ corrigere, uel augere se dicat. Et templũ Hierosolymæ reficere tẽtabit, oēs q;
 legis ceremonias restaurare, tãtum ut ueritatis Christi Euangelium soluat, quæ
 res

Matth. 4

† alijs
discessio

Refuga uerita-
tis antichristus

Antichristi co-
natus.

C res Iudæos eum pro Christo suscipere persuadebit, in suo non in dei nomine uenientem. Quid detineat] Hoc est, quæ mora est ut ueniat. Verè uelatur] Id est, Antichristus, Suo tempore] Id est, apto tempore, Iam enim mysterium iniquitatis operatur] Antichristus per sua membra agit, ut Ioannes dicit: Multi Antichristi facti sunt. In his ergo mysterium iniquitatis operatur, qui falsis doctrinis eius peruium faciunt iter, quos beatus Ioannes in mundum dicit exisse. Sicut enim Christus nunc per membra sua operatur, sic Antichristus. Qui nunc] Rex Romanorum. Tener] Regnum. Teneat] Regnum suum. Donec de medio fiat] Hoc est, donec regnum, quod nunc tenet, de medio auferatur, priusquam Antichristus reueletur. Aliter: Ut qui nunc tenet, id est, Nero, teneat tunc eiusdem nominis alter Nero. Donec de medio, hoc est, regno mediante illius tunc Neronis fiat, nascatur Antichristus in medio regno alterius tunc Neronis. Hoc de imperio Romano dictum est, & propterea Paulum non id aperte scribere uoluisset dicunt, ne calumniam incurret, quod Romano imperio male optauerit, cum speraretur æternum. Spiritus oris sui] Ut Esaias dicit: Et spiritus labiorum suorum interficiet impium. Prodigijs mendacibus] Præstigijs, sicut ante prædictum est, dabunt signa, ita ut seducantur, si fieri potest, etiam electi, per phantasticam uirtutem, sicut Iamnes & Mambres coram Pharaone fecerunt. Ideo mittet illis deus operationem erroris] Id est, permittet uenire, nam si deus mittit, non est operatio facta. Ut iudicentur] Pœnam patiantur. Conserunt iniquitati] Hoc est, in diabólica arte fallenti. In constitutione gloriæ domini nostri Iesu Christi] Ad hoc enim uocati sumus, ut Christi gloriæ acquiramus. Scimus enim quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. Dominus noster Iesus Christus, & deus pater, contra Ariam, qui ideo patrem maiorem putat, quia prior in scripturis solet nominari. Et dedit consolationem] Promissionem, siue consolationem spiritum. Et spem bonam] Quia potest & spes mala esse.

CAPVT III.

D Ecetero fratres orate pro nobis] Dat humilitatis exemplum, & occasionem ueritatis, ut pro alterutro audacius oremus. Et glorificetur] Auditorum profectum. Fidelis est deus] Id est, qui non relinquit, nisi relinquentes se. Et patientia Christi] Sicut Christus patientiam habuit. Denuntiamus autem uobis, ut abstrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate] Quia in primis lenius commonuimus, & tamen emendare se noluerunt, ut uel hoc modo quo sancti se ab eis separant, erubescant. Huius planè loci autoritate subtrahendus est ab omni Christiano, qui non secundum apostolica præcepta incedit. In prima rogat, hic denunciat; in illa blandientis affectus est, in hac obtestantis seueritas & minantis. Denuntiamus uobis fratres] Quia prius rogantes contempsistis audire, saltem nunc denuntiamus uoci obedire. Ipsamque denuntiationem non nudo uerbo, sed cum obtestatione nominis domini nostri Iesu Christi terribilem infert, ne forte simplicem, uelut humana uoce prolatam, rursus contemnerent. Imitari nos] Qui sumus forma credentium. Non quia non habuerimus potestatem, non quia indignus est operarius mercede sua, sed ut nos formam daremus uobis ad imitandum nos, ne cui occasione avaritiæ, uel ocij, quod fons est inquietudinis, præberemus. Quoniam si quis

Ocium fons in
quietudinis.

A quis non uult operari, nec manducet] Aut sedeant quieti, aut si ueri sunt Apostoli, nos sequantur, si non avaritiæ, sed dei causa ambulare se dicunt. Ut cum silentio operantes suum panem manducet] Comitatur enim loquacitas inquietudinem & instabilitatem. Suum panem] Non alienum. Nolite deficere benefacientes] Alijs qui non sunt huiusmodi, aliter etiam huiusmodi benefacite, licet eis non commisceamini. Ut erubescat] Ut non penitus abscindatur. Corripite ut fratrem] Aeger enim curandus est, non negandus, ne in apostasiam inquietudo uertatur. Ipse autem dominus pacis] Ut possitis omnes curare pacifice. Quod est signum] Agnitionis. In omni Epistola ita scribo] Sic enim subscribebat, excepta Galatarum, quam ex integro propria manu subscripsit, ut post eam nec sibi, nec angelo crederent.

COLLECTANEORVM IN EPISTOLAM
PAULI AD THESSALONICEN-
SES POSTER. FINIS.

Z SEDVLI

° SEDVLII SCOTI HY

BERNIENSIS, IN EPISTOLAM PAV
LI AD COLOSSENSIS COL
LECTANEVM.

CAPVT I.



Aulus Apostolus] Hac uice Apostolatus autoritate utitur in aliquibus enim auditores reprehendit. Audita fide uestra] Non uisa, uel cognita, quia ad hos non peruenit.

Propter spem] Non propter hominū laudem, sed propter uitam æternam, quæ est in Christo. In cœlis] Ut est: Exultate quia merces uestra copiosa est in cœlis. Sicut in omni mundo] Sinechdochicōs, pro parte maxima mūdi,

Matth. 5.

Matth. 13.

Fructificans & crescens] Aliud XXX. aliud LX. aliud C. secundum parabolam seminantis. Et cognouistis gratiam dei in ueritate] Ille gratiam in ueritate cognouit, qui eius beneficia malis actibus non euacuauit. Qui est pro uobis fidelis minister Christi] Fideliter pro uobis in oratione incumbens, ministerium Christi exhibet uoluntati. In spiritu] Id est, in spirituali dilectione. Et postulantes] Pro his uirtutibus quæ sequuntur. Ut impleat aminā agnitione uoluntatis] Quia aliter uoluntatē eius non potestis facere,

Psal. 142

quod Propheta intelligens dicebat ad dominum; Doce me facere uoluntatem tuam, quia deus meus es tu; In omni uirtute] Exuperando uicia spiritus & carnis. Secundū maiestatem] Per auxilium. In omni patientia & longanimitate cū gaudio] Ibi uera est longanimitas & patientia, ubi aliquis etiam gaudet se sustinere quod patitur. Sorti sanctorū] Sortem hereditatis scriptura cognominat, quia Iesus terram diuisit in sorte. In lumine] Fidei & sapientia. Et transtulit in regnum] In ecclesiam presentē, regnūq; cœlorū.

Vera patientia.

Filiū dilectionis suæ] Hoc est, filiū dilecti sui, ut; Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Qui est imago dei inuisibilis] Similitudo est in habitu formæ; æqualitas in mensura magnitudinis & paruitatis; imago in expresse de altera; nam duo oua similia & æqualia possunt esse, non est tamen imago, quia alterum non est expressum de altero, in filiis uero imago potest esse.

Similitudo.

Æqualitas.

Imago.

Christus autē non solū imago est dei patris, quia de illo est, & similitudo, quia imago est, sed & æqualitas tanta, ut nec temporis interuallū impedimento sit. Primogenitus uniuersæ creaturæ] Primogenitus secundū assumpti hominis formā, non tempore, sed dicitur iuxta illud: Filius meus primogenitus Israel. Aut primogenitus dicitur, quia ante omnē creaturā diuinitate natus est, uel primogenitus nominatur uniuersæ ecclesiæ. Primogenitus ex mortuis] In corruptibilitatis gloria. Ut fiat in omnibus] Tam uisibilibus, quàm inuisibilibus, siue mortuis, siue uiuis. Primatū tenens] Siue secundū carnem, siue secundum diuinitatē. Complacuit] Patri. Omnem plenitudinē] Habet diuinitatis: In alijs, hoc est Apostolis, Patriarchis, Prophetis, gratia fuit ex parte; in Christo autē tota diuinitas abundat. Reconciliari omnia] Cœlestia & terrestria, quæ uitæ dissonantia olim dissidebant. Per sanguinem crucis eius] Hoc est, per sanguinem qui effusus est in cruce. Notandum quare non dicitur

Exod. 4.

per crucem, sed per sanguinem crucis: Aliud namq; est crux in alto stans, aliud sanguis decurrens; ascendens ergo in crucem, quasi cœlestia obtulit & sanauit, sanguis autem eius de summo stillans sanauit terrestria, & hoc in sanguine hostiarum præfigurabatur, de quo aliud super altare offerebatur, & aliud ad basim altaris fundebatur. Reconciliati in corpore] Ecclesiæ. Stabiles] In charitate. In uniuersa creatura] Scilicet rationali, ut: Prædicare Euangelium omni creaturæ. Minister] Prædicator, Et adimpleo ea quæ defunt passionibus Christi] Patitur enim Christus in suis membris, ea quæ defunt passionum Christi; omnia enim quæ potuit adimplere in uita passionum Christi assecutus est, adhuc tamen mori restat, ad quod paratus erat. Secundum dispensationem dei] Doctrinæ Euangelicæ, quam uobis Gentibus uisus sum erogare. Diuitias maiestatis] Quia idem deus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Quod est Christus] Ipse est enim mysterium. Corripientes] Propter mala opera, ut: Declina à malo, & fac bonum. Omnem hominē] Seruos & liberos, nobiles & ignobiles. Et docentes] Id est, ad bonum faciendum, ut fac bonum. In omni sapientia] Veteris & noui Testamenti. Contendens] Contra hæreticos & dæmones. In uirtute] Potentiæ eius, in signis & miraculis.

AD COLOSSEN. COLLECT.

91

A non dicit per crucem, sed per sanguinem crucis: Aliud namq; est crux in alto stans, aliud sanguis decurrens; ascendens ergo in crucem, quasi cœlestia obtulit & sanauit, sanguis autem eius de summo stillans sanauit terrestria, & hoc in sanguine hostiarum præfigurabatur, de quo aliud super altare offerebatur, & aliud ad basim altaris fundebatur. Reconciliati in corpore] Ecclesiæ.

Sanguis crucis.

Stabiles] In charitate. In uniuersa creatura] Scilicet rationali, ut: Prædicare Euangelium omni creaturæ. Minister] Prædicator, Et adimpleo ea quæ defunt passionibus Christi] Patitur enim Christus in suis membris, ea quæ defunt passionum Christi; omnia enim quæ potuit adimplere in uita passionum Christi assecutus est, adhuc tamen mori restat, ad quod paratus erat.

Omni creaturæ uerbum domini prædicari.

Secundum dispensationem dei] Doctrinæ Euangelicæ, quam uobis Gentibus uisus sum erogare. Diuitias maiestatis] Quia idem deus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum. Quod est Christus] Ipse est enim mysterium. Corripientes] Propter mala opera, ut: Declina à malo, & fac bonum.

Psal. 36.

Omnem hominē] Seruos & liberos, nobiles & ignobiles. Et docentes] Id est, ad bonum faciendum, ut fac bonum. In omni sapientia] Veteris & noui Testamenti. Contendens] Contra hæreticos & dæmones. In uirtute] Potentiæ eius, in signis & miraculis.

CAPVT II.



Olo autem uos scire qualem sollicitudinē habeam pro uobis, & pro his qui sunt in Laodicia] Quæ est ciuitas in Asia minore. Hoc itaq; dico] Quod in Christo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, ut sermonem, uel sensum Philosophiæ, qui contra illum est, non solum non miremini, sed etiam stultitiæ deputetis. Sed spiritu uobiscum sum] Habebant hanc gratiam Apostoli, ut alibi positi, quid alibi ageretur agnoscerent, sicut Helisæi spiritus, cum Giezi fuit in uia. Et supplens] Id est, literis implens quod corporali presentia non possum implere. Radicati] Fide. Et superædificati] Virtutibus alijs; nam secundum robur fundamenti ualidi supercre scit ædificium. Et confirmati fide] Bonorum scilicet futurorū spe. Abundantes in illo in gratiarum actione] Id est, semper crescentes in illo, & pro omnibus beneficijs eius gratias referētes. Videte ne quis uos decipiat per Philosophiam, & inanem fallaciā] Contra Philosophos agit, quorū omnis penè disputatio de elementis est, ex uisibilibus creaturis, & qui ex rebus naturalibus uirtutem æstimant dei, dicentes, ex nihilo fieri nihil posse, Et animā, aut inuitū non habere, aut esse mortale; Et uirginē parere omnino nō posse, sed & deum ex homine nasci, mori, atq; resurgere, credere stultū esse. Aliter, inanē seducat fallaciā, id est, Iudaismū. Secundum traditionem hominū] Secularis literas. Elementa] Mandata carnalia. Non secundū Christum] Non secundum fidem Euangelij Christi. Omnis plenitudo diuinitatis corporaliter] Sciendū corporale aliquid uel proprie dici, cū de corporibus agitur, uel etiam translato uocabulo, sicut dictū est: Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter; Neq; enim diuinitas corpus est, sed quia sacramenta ueteris testamenti appellat umbras futuri, propter umbrarū corpus, corporaliter dixit habitare in Christo plenitudinē diuinitatis, quod in illo impleant omnia quæ umbris illis figurata sunt, ac si quodā modo illarū umbrarū ipse sit

B

4. Reg. 4.

Corporale.

C corpus, hoc est, figurarum & significationū illarum ipse sit ueritas. Sicut ergo ipsa figuræ, significationesue translato uocabulo utiq; nō proprie dictæ sunt umbræ, ita quod ait plenitudinem diuinitatis corporaliter inhabitare, translato uerbo usus est. In expoliatione] In circuncisione Christi, per quam totum ueterem expoliastis hominem. Consepulti in baptismo] Quia peccata sepeliuntur in baptismo. Et resurrexit] In nouitatē uitæ. Operationis dei] Id est, resurrectionis Christi. Conuiuificauit] Auferendo causas mortis, id est, peccata. Delens chirographum, quod aduersum nos erat] Chirographum dicit maledictum legis, unde alibi ait; Christus nos redemit de maledicto legis, quo continetur; maledictus omnis qui non permanferit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Quidam uero dicunt chirographum esse, quasi scripturam quandā apud deum, memoriā peccatorum, unde ipse in Cantico dicit; Nōne hæc congregata sunt apud me, & signata in thesauris meis; Et Hieremias ait; Peccatū Iudæ scriptū est in stilo ferreo, in ungue adamantino. Etia hæc ergo deleta est in cruce, dū dimissis peccatis etiā memoria est abolita peccatorū. Aliter chirographū dicit, quod aduersum genus humanum diabolus alta memoriā reconditū habebat. Affigens illud cruci] Quia nos de ligno tulimus illud chirographū, ideo non potuit deleri, nisi affigeretur ligno, ut dicit; Tulit peccata nostra super lignū. Nā titulus qui scriptus est super cruce, istū titulū chirographi deleuit. Expolians principatus] Demones, quæ prædam generis humani ab eis rapuerat. Traduxit] Alligauit. Et captiuauit] Mortē. Fiducia] Sine timore. Palam] Non latenter. Triūphans illos in semetipso] Deuicit palam, & crucifixus confusione cōtempta triūphauit, nō occidendo, sed moriendo, nec uim inferēdo, sed sustinēdo, ut nobis cōfracta omni superbiā uincendī daret exemplū. Nemo uos iudicet] Nullum em̄ in hoc debet esse iudiciū, qd cū umbra esset, cessauit corpore ueniente, quia imāgine nō est opus ueritate præsentē. Corpus autē Christi] Id est, re ueritas. Nemo uos seducat in humilitate] Nemo ficta humilitate superbus, & angelos uidere se mentiēs, frustra super hoīes iactet, quia uisiones a suo loquit̄ corde. Sicut qui tam humilis sibi & religiosus uideatur, ut angelus, quem nec uidit. Sensu carnis suæ] Non spiritualiter intelligens. Non tenens caput] Christū non credens, qui omnium sanctorum caput est. Quicumque igitur extra hoc corpus est, quantumlibet se iactet, ille non uiuet, quia caput non habet Christum, qui est uita. Crescit in augmentum dei] In augmentum corporis illius, quod est ecclesia. Ne tetigeritis] Iudæus dicit. Neque gustaueritis] Immundos cibos secundum legem in interitum ipso usu, ideo non debent pro magno haberi, quia interim & uadunt in secessum uentris. Quæ sunt rationem quidem habentia] Hoc est, uidentur habere aliquam rationem, si mystice & non secundum solam literam exponantur, & ut non ad honorem uel ad saturitatem uentris historialiter fiant.

CAPVT III.



S ergo consurrexistis cum Christo] Consequenter primo commortuos, deinde consurrexistis nos dicit, nec solum terræ, sed etiam cælo uiuere nos hortatur; Nihil, inquit, terrenum uos ambiatis, neque mortale quærat. Quæ sursum sunt sapite] Hoc est, cœlestem sectamini sapientiā, sed nos nunc celerius humanæ sapientiæ studium impendimus. Mortificate igitur

A igitur membra uestra quæ sunt super terram] Prius ergo quam cætera perscrutemur, quæ ista sint membra quæ mortificare præceperit, indagemus; neq; em̄ beatus Apostolus abscisionē manuum, aut pedum præceptione compellit, sed corpus peccati, quod utiq; constat ex membris, quanto citius destrui desiderat, de quo corpore alibi: ut destruat, inquit, corpus peccati; Et quæ sit eius destructio consequenter exponit; ut iam, inquit, non seruiamus peccato, à quo liberari etiā cum eiulatu postulat, dicēs: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hoc itaq; corpus peccati multis uitiorū membris probatur extructū, & ad eius pertinet portionē quicquid uel facti, uel dicti, uel cogitatione peccatur, cuius membra rectissime super terram esse dicuntur; non enim possunt hi qui eorum ministerio utuntur ueridice profiteri, nostra autem conuersatio in cœlis est. Primo itaque fornicationem credidit inferendam, quæ carnali permixtione perficitur. Tertium peccati membrum libidinem ponit, quæ in secessibus animæ coalescens, accedere cupit etiam, sed sine passione corporis non potest; libidinem enim ab eo quod libeat dictam esse non dubium est. Concupiscentiā malam] Quæ non solum ad prædictam impudicitiam passionem, uerum etiam ad omnes noxias cupiditates generaliter referri potest, quæ corruptæ tantummodo uoluntatis est ægritudo, de qua dominus in Euangelio: Qui uiderit, inquit, mulierem ad concupiscendum, moechatus est illam. Fornicationis autem genera sunt tria. Primum, per quod commixtio utriusque sexus perficitur. Secundum absq; foemineo tactu, quo Her, filius Iudæ Patriarchæ à domino percussus legitur, quod in scripturis sanctis immunditia nuncupatur. Tertium, quod animo ac mente concipitur, de quo dominus inquit: Qui uiderit mulierem ad concupiscendū, moechatus est illam. Quæ tria genera beatus Apostolus pari modo extinguenda pronūtians: Mortificate, inquit, mēbra uestra quæ sunt super terram, fornicationē, immunditiē, libidinem &c. Quæ est idolorū seruitus] Cernis itaq; ad quantā labem rabies hæc per gradus singulos crescat, ut etiam idolorū uel simulachrorū seruitus Apostoli uoce pronuntietur, eodē q; figura dei & imāgine prætermittit, quā deuote seruiens deo immaculatā in semetipso debuit custodire, hominū figuras impressas auro, & diligere pro deo maluit, & intueri. Indignationē] Ipsa est quæ inebriat mentem. Nolite mentiri] Filios enim Veritatis nō licet mentiri. Qui renouatur in agnitione dei] Cum quis cognouerit cuius imago est, & in quantum potest nititur simulare. Vbi non est masculus] Quia apud deū non prædicatur sexus, uel genus, uel patria, uel cōditio, sed sola conuersatio; nā carnalis est ista diuersitas, sed omnia in omnibus Christus est: Quod ita fiet, cum omnis amor, omne desiderium, omne studium, omnis conatus, omnis cogitatio nostra, omne quod uidem⁹, quod loquimur, quod speramus, deus erit, illaq; unitas, quæ nūc est, patris cū filio, & filius cum patre in nostrū fuerit sensum mentēq; transfusa, id est, ut quæadmodū nos ille sincera & pura atq; indissolubili diligit charitate, nos quoq; ei perpetua, & inseparabili dilectione iungamur. Induite ergo uos sicut electi dei] Illa deponētes, hæc induite cum estis electi. Sufferentes inuicē] Exēplo Christi, q; infirmitates nostras portauit. Quod est uinculū perfectionis] Caritas em̄ multa mēbra in unū colligit corpus. Et pax Christi] Qui pro oībus mortuus est, & suos dilexit inimicos. In cordib⁹ uestris] Nō in facie fallaciter arridēte, uel sermone dolofo. Grati estote] Beneficijs Christi. In nōnullis exēplarib⁹ habet; & gratia estote, hoc est, nolite legi similari, quæ in uicē reddit, sed gratiæ, quæ ignoscit etiā inimicis. In nomine dñi] Id est, ad

Mortificare membra.

Rom. 6.

Libido quod libeat.

Concupiscentia.

Matth. 5.

Immunditia.

Dei imago in nobis colenda est.

Christus omnia in omnibus.

Charitas.

CAP. III. SEDVLII HYBER. IN EPIST.

C est, ad gloriam nominis domini nostri Iesu Christi facite omnia. Gratias agentes deo] Qui filium suum ad hæc docenda destinare dignatus est. Sic oportuit in domino] In his quæ deo placent. Nolite amari esse ad illas] Vult cessante uoluntate non contumelias & odium, sed dilectionem crescere. Patres, nolite prouocare ad indignationem filios uestros] Ne exasperati iracundi fiant, qui exemplo uestro patientiam discere debuissent. Timentes dominum] Qui ubique semper uidet, & odit omne quod fictum est. *Fictum odit deus.* Scientes quod à domino accipietis retributionem hæreditatis] Etiam si ingratos dominos habeatis, nolite putare infructuosum esse seruitiũ, quod propter deum exhibitum, cœlesti remuneratione pensabitur. Qui enim nocet, recipiet id quod inique gessit] Siue seruus qui dominum contempserit, siue dominus qui contra seruum inique egerit. Et non est personarum acceptio apud deum] Hoc dicit, ut consolationem haberent, scientes suam iniuriam non esse apud deum inultam.

CAPVT IIII.

D Omni, quod iustum est & æquum, seruis præstate, scientes quoniam & uos dominum habetis in cœlo. Orationi instate] Nunc generalis exhortatio subsequitur. Sermo uester semper in sale sit conditus] Id est, gratum proferte sermonem, sale sapientiæ & rationis conditum, ne stulta nostra religio à Philosophis & gentibus æstimetur. Ut sciatis quomodo oporteat uos unicuique respondere] Aliter enim Paganis, aliter Iudæis, aliter hæreticis, & cæteris contradicentibus ueritati. Quæ circa me sunt] Securos illos uult esse de sua incolumitate, ne hæc essent tristitia occupati. *Aristarchus.* Concaptiuus meus] Simul uinctus, siue compatiēbatur charitatis affectu. *Ioannes sepultus Hierapoli.* Consobrinus Barnabæ] Filius sororis Barnabæ. Qui ex uobis] De uestro genere. Hierapoli] Ciuitate, in qua sepultus est Ioannes Baptista. Vide ministerium] Hic diaconus fuisse perhibetur. Memores estote uinculorum meorum] Siue orate ut reddar uobis, siue imitamini tolerantiam mearum passionum.

COLLECTANEORVM IN EPISTOLAM PAULI AD COLOSSENSES FINIS.

SEDVLII

A SEDVLII SCOTI HY

BERNIENSIS, IN EPISTOLAM PAULI AD TIMOTHEVM PRIOREM, COLLECTANEVM.

CAPVT I.

P Aulus Apostolus Iesu Christi, secundum imperiũ dei] Non secundum præsumptionem meam. Et Saluatoris] Vnum imperium patri & filio esse demonstrat. Qui est spes nostra] Id est, in quem speramus. Timotheo] Iste Timotheus Episcopus fuit in Epheso, ut in libro historiarum dicitur. *Timotheus Episcopus Ephesi.* Gratia & misericordia] Misericordiam addit propter eius honorem, nimiamque eius dilectionem. Aut quia Timotheus stomachi dolore laborabat, ideo misericordia indiguerat. Sicut rogauit te] Addit infra hoc præceptum, commendo tibi fili Timothee, hoc est, sicut te ut remaneres Ephesi, sic & hoc præceptum iterum commendo. Neque intenderent fabulis] Quas deuterofes appellant. Vnde in Euangelio docentes doctrinas hominum condemnantur. Et genealogis] Id est, generationibus antiquorum, in quibus sibi summam scientiam uindican dicant, si omnes generationes enumerant. Finis autem præcepti] Hoc est adimpletio, quia in præcepto mendacium non inuenitur, & finem habet in charitate. *Charitatem finem esse præceptorum.* non ut genealogia. Præcepti autem dicit omnium mandatorum, ut est: Omni consumptioni uidi finem latum. Charitas igitur] Dilectio dei & proximi. Finis præcepti est] In qua tota lex pendet & Prophetarum. Hæc si de corde puro sit, difficile delinquere potuerimus. De corde puro] Sine uitijis. Et conscientia bona] Ut conscientia tua testimonium perhibeat charitati. Et fide non ficta] Ne aliud corde, aliud ore proferamus. Bona est lex] Hoc dicit, ne quis putaret eum spernere legem. Quia iusto lex non est posita] Nouam legem implentibus, lex uindictæ non est posita. Plagarijs] Qui innocentes plagas inferunt. Euangelium gloriæ dei] Per quod glorificatur deus, siue in quo narratur de gloria dei. Quod ignoras feci] Leuius ergo esse peccatum ignorantia demonstrat. Superabundauit gratia] Non solum peccata dimisit, sed bona dedit. Fidelis sermo] Quæ omnes credunt, & omnium conscientiarum uerum esse cognoscunt. Et omnium acceptione dignus] Id est, auribus & corde acceptibilis. Ut peccatores saluos faceret] Ut: Non ueni uocare iustos, sed peccatores. Quorum primus ego sum] Ante Paulum non erant peccatores? Certe uel ipse Adam ante omnes, & *Paulus primus peccatorum.* plena peccatoribus deleta diluuiio terra, & deinceps quæ multæ. Vnde ergo uerum est, ego primus sum? Primum se dixit non peccatorum ordine, sed peccati magnitudine magnitudinem sui peccati attendit, unde primum se dixit peccatorum, quomodo dicuntur inter aduocatos, uerbi gratia primi; primus est iste, non quia plures annos habet, ex quo causas agit, sed quo coepit cæteros superare. Primum ergo se dixit, quia nemo acerbior inter persecutores erat, quam primitiuam ecclesiam post ascensum domini persecuti sunt. Ad informationem] Ad exemplum, ut nemo desperet. Regi autem seculorum honor] Qui mihi tribuit ueniam non merenti. Hoc præceptum commendo tibi] Hucusque de statu suo quomodo debeat aduersarijs respondere, hinc dat auctoritatem ordinandi, docendi que. Secundum quod etiam hoc officium

C officium habebat gratiam prophetandi. Siue prophetia uocantur, quae in baptismo, uel in ordinatione de eo propheticè cantata sunt, id est, quia in illo completa sunt: Siue prophetia praedicationis intelliguntur. Habens fidem] Pro armis. Et bonam conscientiam] Implens quod docet. Quam quidam repellentes] Male uiuendo. Circa fidem] Quae est quasi quadam nauis, Quos tradidi Satanæ] Vt ex praesenti correptione discant futurum iudicium non negare. Traditi sunt autem ad emendandum, non ad perdendum.

CAPVT II.

Rimum ergo omniū obsecro fieri obsecrationes] His uerbis Apostolus quadripartitam orationis speciem euidenter distinxit, sed tamen nobis indagandum est, quid obsecratione, quid oratione, quid postulatione, quid gratiarum actione signetur. Obsecrationes itaque sunt, imploratio seu petitio pro peccatis, qua uel pro praesentibus, uel praeteritis admissis unusquisque compunctus ueniam deprecatur. Orationes sunt, quibus aliquid offerimus, seu uouemus deo: Grace enim oratio, uotum Latine sonat. Oramus enim cum renuntiantes huic mundo, spondemus nos mortificatos cunctis actibus, & conuersationi mundanae. Oramus, cum promittimus nos firmissimam corporis castitatem, seu immobilem patientiam exhibituros esse perpetuo, uel cum e corde nostro radices irae, siue tristitia uouemus funditus eruendas. Postulationes] Quas pro alijs quoque, dum sumus in feruore spiritus constituti, solemus emittere, uel pro charis scilicet nostris, uel pro totius mundi parte poscentes: & ut ipsius Apostoli uerbis eloquamur, cum pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus qui in sublimitate sunt supplicamus. Gratiarum actiones, quas mens uel cum praeterita deo recolit beneficia, uel cum praesentia contempletur, seu cum in futurum quae & quanta praeparauerit deus his qui diligunt illum prospicit, per inflexibiles excessus domino refert. In omni pietate & castitate] Ad hoc uult nos esse quietos, ut pietati & castitati, non dissensionis atque luxuriae tranquillitas nostra proficiat. Hoc enim acceptum est] Id est, ut etiam pro talibus oretur. Qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire] Si ipsi iam uocanti deo consentire uoluerint, aut omnes homines, scilicet praedestinos, siue omnes homines, hoc est, omnem sexum, gentem, conditionem, &c. Unus enim deus, unus & mediator dei & hominum] Ac si diceret, ideo omnes uult saluare, quia unus deus omnes creauit, & unus mediator recreauit. Homo Christus Iesus] Quia de traditione erat dicturus, ideo hominem solummodo nominauit. Cuius testimonium] Vt est: in hoc enim ueni, ut testimonium perhibeam ueritati. Veritatem dico] Quod in hoc positus sum, ut doctor Gentium sim. Orate in omni loco] Non ut Iudaei, qui in templo tantum Hierusalem adorandum dicebant. Non in tortis crinibus] Ne occasionem dent concupiscentiae. Mulier discat] A uiro suo. Honorē deo tribuimus, quando pro collatis bonis dignas gratias referimus: gloriam uero, cum nostris bonis operibus ipse glorificatur. Docere autem mulierem non permitto] Id est, publice non permittitur; nam filium uel fratrem debet docere priuatim. Sed esse in silentio] Ne mysterium sibi usurpando superbiat, taceat in ecclesia. Adam enim primus formatus est] Reddit causas cur eas uelit esse subiectas: scilicet quia posteriores in factura sunt, & priores in culpa. Et Adā non est seductus, mulier autē seducta in prauaricatione fuit] Ex libro

Orationis species.
Obsecratio.
Oratio, quae Grace oratio dicitur.

Postulatio.

Omnes homines cupere deum saluos fieri

Ioan. 8.

Mulieres filie in templo.



A Ex libro de Genesi ad litteram undecimo: Vir quidem non debet uelare caput, cum sit imago & gloria dei. Mulier autem gloria uiri est, non quo mens foeminae eandem imaginem capere non possit, cum in illa gratia dicat nec masculinum esse, nec foeminam, sed quia fortassis illa hoc nondum perceperat, quod sit in agnitione dei, & uiro regente ac dispensante paululum fuerat perceptura. Neque enim frustra & illud Apostolus ait: Adam enim primus formatus est, deinde de Eua, & Adam non est seductus, mulier autem seducta est. In prauaricatione ne facta est] Vt per illam etiam uir prauaricaretur. Nam & ipsum dicit prauaricatorem, ubi ait: In similitudinem prauaricationis Adae, qui est forma futuri, seductum tamen negat. Nam & interrogatus non ait: Mulier quam dedisti mihi, sed duxit me, & manducaui, sed: Ipsa mihi, inquit, dedit à ligno, & manducaui. Illa uero: Serpens, inquit, seduxit me. Ita Salomon, uir tanta sapientiae, nunquid nam credendum est, quod in simulachrorum cultu credidit esse aliquid utilitatis? sed mulierum amori ad hoc malum trahenti resistere non ualuit, faciens quod sciebat non esse faciendum, ne suas quibus deperierat, atque deflebat mortiferas delicias contristaretur. Ita & Adam, postea quam de ligno prohibito seducta mulier manducauit, eique dedit, ut simul ederent, noluit eam contristari, quam credebatur posse sine suo solatio contabescere, si ab eius alienaretur animo, & omnino illis interest discordia. Non quidem carnis uictus concupiscentia, quam nondum senserat in resistente lege membrorum legi mentis suae, sed amicali quadam beniuolentia, qua plerumque fit, ut offendatur deus, ne homo ex amico inimicus fiat, quod eum facere non debuisse diuinae sententiae iustus exitus indicauit. Ergo alio modo quodam etiam ipse deceptus est, sed dolo illo serpentina quo mulier seducta est, nullo modo illum arbitror potuisse seduci. Hanc autem proprie seductionem appellauit Apostolus, qua idem quod suadebatur cum falsum esset, uerum putatum est, id est, quod deus ideo lignum illud tangere prohibuerat, quod sciret eos si tetigissent, uelut deos futuros, tanquam eis diuinitatem inuideret, qui eos homines fecerat. In prauaricatione mulier seducta fuit, sed non ideo desperet mulier, quia per baptismum, quod est filiorum dei ueneratio, Et ipsa saluabitur, non Eua, sed credens mulier: quia Eua ad exemplum adducta est creationis, nec de ipsius salute proprie tractabatur. Si permanserint in fide] Sicut superius de plurali numero mulierum ad singularem transiuit, dicens: Mulier in silentio discat, ita & hic redit ad pluralem.

Præuaricatrix Eua.
Gene. 3
Salomonis idōlolatria.

CAPVT III.

Humanus sermo, si quis episcopatum desiderat] Prius laicos instituit, de quibus optimi quique in sacerdotium eliguntur, & sic dicit quales debeant ordinari. Bonum opus desiderat] Ad boni operis desiderium prouocat, non honoris. Oportet enim huiusmodi irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum] Primum itaque sine crimine sit, quod puto alio uerbo ad Timotheum irreprehensibilem ordinatum, non quo eo tantum quo ordinandus est sine ullo sit crimine, & praeteritas maculas noua conuersatione deleuerit, sed ex eo tempore quo in Christo renatus nulla peccati conscientia mordeatur. Quomodo enim potest praesse ecclesiae, auferre malum de medio eius, qui in delictum simile corruerit? Aut qua libertate corripere peccantem, cum tacitus sibi ipse respondeat, eadem se admisisse quae corripit? Quod autem ait ante gradum] A dum]

Sacerdotes ex optimis quibusque.

C dum Vnius uxoris uirum, sic intelligere debemus, ut non omnem monogamiā digamo putemus esse meliorem, sed quo is possit ad monogamiā & cōtinentiam coartari, qui sui exemplo præfuerat in docēdo. Esto quippe aliquem adolescentulum coniugem perdidisse, & carnis necessitate superatum, accepisse uxorem secundam, quam & ipse statim amiserit, & deinceps uixerit continenter. Alium uero usq; ad senectutem habuisse matrimonium, & uxoris usum, ut pleriq; æstimant, felicem, nunquam à carnis opere cessasse, quis nobis uideatur de duobus melior esse pudicior, ac continentior? Vtiq; qui infelix etiam in secundo matrimonio fuit, & postea pudice & sancte conuersatus est, & nō is qui ab uxoris amplexu nec senili est separatus ætate. Ornatum] Id est, his omnibus spiritualibus ornamentis. Hospitalem] Laicus enim unum, aut duos, aut tres, aut paucos recipiens, impleuit hospitalitatis officium: Episcopus nisi omnes receperit, inhumanus est. Docibilem] Id est, sapientem. Non uinolentū] Ut fiducialiter possit corripere ebriosos. Non percussorem] Ne sit petulans ad cædēdum. Sed modestum] Qui omnia facit cum mensura. Nō neophytum] Id est, nuper instructum. Ne in superbiam elatus] Id est, ne nuper renatus cito possit per ignorantiam extolli, & putet se non tam ministeriū humilitatis, quam administrationem secularis potestatis adeptum, & condemnatio-nem superbix mereatur sicut diabolus, qui per iactantiā iudicatus atq; delectus est. Ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli] Ut non uisupere-tur ministeriū nostrum. Ab his qui foris sunt] Iudæis infidelibus, & Græcis, & Paganis. Omnes enim naturaliter norunt culpā uitia, & laudare uirtutes. Diaconos similiter pudicos] Hoc est, oportet similiter eos irreprehensibiles esse, ut episcopi eligantur. Sed queritur, cur de presbyteris nullam fecerit mentionem. Sed etiam ipsos in episcoporum nomine comprehendit. Non bilin-gues] Quia susurro & bilinguis multos conturbat pacem habentes. Non turpe lucrum sectantes] Turpe lucrum est, de cœlestibus mysterijs terrena se-ctari. Habentes mysterium fidei in conscientia pura] Id est, ut non propter lucrum Christum prædicent, & pro Christo laborent, ut non questum esse ex-stiment pietatem. Mulieres similiter pudicas] Similiter eas ut diaconos eli-gi iubet. Vnde intelligitur, quod de his dicat, quas adhuc hodie in Oriente diaconissas appellant. Diaconi sint unius uxoris uiri] Non ut haberent dicit, sed ne duas habuerint. Qui enim bene ministraverit] Ostendit non mini-sterium tantum, sed qualitatem ministerij præmium promereri. Et multam fi-duciam in fide] Et apud deum petendi, & apud homines docendi, & etiam arguendi. Columna & firmamentum ueritatis] Id est, in qua nunc sola ue-ritas stat firmata, quæ ante in lege erat posita. Et manifeste magnum est pieta-tis sacramentum] Cum te oporteat ecclesiam Christi docere, non est tibi am-biguum quid doceas, dum manifeste apparet, quod magnum est sacramentū. Dicitur hoc sacramentum, quod primitus occultabatur. Quod manifestatū est in carne] Quod nunc in carne Christi declaratum est, magis uidelicet pri-mo & pastoribus. Iustificatum est in spiritu] Iustum esse in spiritu demon-stratum est in forma scilicet columbæ, siue quod prophetatum est per spiritum sanctum. Apparuit angelis] Quando dicebant: Gloria in excelsis deo. Et quando illi in eremo ministrabant, in dieq; ascensionis. Assumptum est in gloria] Ut apostolis uidentibus ascendit in cœlum.


CAP.

A Piritus autem] Sanctus. Manifeste dicit] Per ipsum scilicet Paulum prophetalem inducit affectum, quomodo antiqui dis-cebant: Hæc dicit spiritus sanctus. Quia in nouissimis tempo-ribus] Postquam de sacramento intimaui, nūc indicat quod illud sacramentum hæreticorum nubibus obscuratur. In hy-pocrisi] Id est, aliud in corde, aliud in labijs proferentes, uel re-tinentes. Cauteriatam] Vitiatā, uel maculatam. Prohibentiū nubere] Id est, cū ipsi nubant, ut: Qui prædicas non furandū, furaris. Illi aut hoc nō amore Rom. 2 castitatis & abstinentiæ faciebant, sed ut sanctiores cæteris uiderentur. Per uer-bum dei] Id est, quo sanctificatur cibus, ac benedicitur. Hæc proponens fra-tribus] Librā iustitiæ in omnibus tenens, & omnia rationabiliter & modera-te dispensans. Verbis fidei] Verba proprie fidei sunt traditio symboli: bona Verba fidei. uero doctrina, qua uita instituitur Christiana. Inanes fabulas] Arte cōpositū mendaciū. Pietas aut ad omnia] Et ad præsens tempus, & in futurū. Nam & ipsa uidua & in præsentī est pasta, & merces eius manet in æuo. Vnde Salomon ait: Longitudo dierū in dextera eius. Fidelis sermo] Quē de pietate prædixit, Prouerb. 3 fidelis, id est uerax apud omniū honorū cōscientiā, & cui nemo bonus resistat. Qui est salus omniū] Omniū in præsentī. Fidelis] Etiā in futuro. Hæc præcipe, & doce] Præcipe, ut fiant; doce, quo modo fiant, uel quali præmio re-muneranda sunt. Dū uenio attende lectioni, exhortationi, doctrinæ] Primo lege, deinde exhortare ut fiant, postremo doce, quomodo intelligantur obscu-ra, ut possint fieri quæ leguntur. Noli negligere gratiā] Ille negligit gratiā, q Negligere gra-tiam. acceptū talentū non exercet. Per prophetiā] Id est, benedictionē. Cū impo-sitione manū] Mearū. Presbyterij] Episcopi. Hæc meditare] Omnis em perfectus ex meditatione descendit. In his esto] Nō enim omnis in his est q meditatur. Ut profectus tuus manifestus sit omnibus] Hoc est, ut exēplo tuo omnes ad meliora proficiant. Attēde tibi & doctrinæ] Primo tibi, deinde do-ctrinæ, ut ubiq; sollicitus & te actu salues, & illos doctrina pariter & exemplo.

B Eniorem ne increpaueris] Ne indigne ferens se à iuniore corre-ptum, exasperetur, & nō proficiat. Sed obsecra] Ut suo quasi pa-ter ex senio instituat iuniores. Iuuenes ut fratres] Fratres ut co-æui, liberi uel cōmonentur similiter ut sorores. Viduas honora] Id est, necessaria eis præbendo, solatia conferendo. Quæ uere ui-duæ sunt] Id est, sine uiro, nuptijsq;. Si qua aut uidua filios aut nepotes ha-bet] Tam diu regat domū, quā diu edocet filios paruulos, aut nepotes, ut qd uere uiduæ: à parentibus pietatis acceperit, filijs reddat; ita tamen, ut non hac excusatione auaritiæ studeat, sed sufficientiā tantū sibi seruet, & liberis, ne in eis ipsam occa-sionē det seculo seruiendi. Desolata] A coniugio maritali. Et instet oratio-ni] Qualis fuit Anna filia Phanuel, tales præcepit honorari, quæ in tēplo die & nocte orationi uacabat. Viuens mortua est] Secundū animā, ergo si quæ in delitijs est mortua, quāto magis quæ in peccatis uersatur? Si quis aut suorū & maxime domesticorū curā non habet] Si quis uiduas abijcit, aut pupillos, uel maxime parētes & pauperes, deterior est infideli, quia etiā illi naturaliter habēt Fideles quidā circa proximos pietatem, siue si qua uidua filios orphanos negligat, huius sen-tentiæ crimen incurrit, simul notādū est quosdā fideles esse in nomine, qui in-fidelibus pe-iores.

C fidelibus conuersatione peiores sunt. Vidua eligatur] In ministerium diaconi natus, uel ut sustentetur opibus ecclesie. Non minus annorum sexaginta] Nam iuniores uidua possunt ad suū opus laborare, ut non aggrauent ecclesiam. Vnius uiri uxor] Vnde intelligitur, quod illa quæ cū plurimis uiris fuit, uisidua uera. duæ non sit. Tribulationē patientes] In carcere, uel ægritudine positus. Si omne opus bonū subsecuta est] Breuiter uniuersa conclusit. Iuniores autē uisiduas] Id est, minoris ætatis quàm sexaginta annorū. Tales ergo de uita alijs in ministerio diaconatus præponere, ne malū pro bono detur exemplū. In Christo nubere] Id est, in societate Christi, & statu uiduitatis nubere uolūt. Quia primā fidē] Id est, fides qua se uiduas promiserant permanuras. Hæc autē regula non solum in uiduis, sed etiam in uirginibus continentibusq; seruatur. Ociose discunt] Diuino minime timore detēta, nec mariti potestati subiecta, nullaq; cura domesticæ occupationis astricta. Curiose] Id est, de rebus sibi non pertinentibus loquentes. Volo ergo iuniores] Id est, non uouentes. Nullam occasionem dare] Hoc est, ne per illarū incontinentiā religio blasphemetur. Aduersario] Id est, diabolo, uel cuilibet peruerso homini. Iam enim quædam conuersæ sunt] Reddit causam quare eas nubere uelle prædixerat. Vt his quæ uere uidua sunt sufficiat] Id est, quæ omni auxilio desolata sunt. Duplici honore] Magno honore, uel propter gradū officij & doctrinæ. Bouitrituranti] Id est, doctōri prædicanti. Vt & ceteri timorē habeant] Videnteste nemini pepercisse. Sine præiudicio] Vt Solomon ait: Cum cōsilio omnia fac. In declinatione] Vt: Neq; ad dextram, neq; ad sinistram declines. Neq; cōmunicaueris peccatis alienis] Si enim cito ante tempus manus cuiā impoueris, peccatis eius cōmunicabis. Quorundā hominū peccata manifesta sunt] Statim in ipsa examinatione apparent. Præcedentia] Antequam quis gradum ecclesiasticum accipiat. Ad iudicium] Manifesta sunt ad iudicium, hoc est, siue dum defecti excōmunicantur, siue dū plagis præsentibus prædamnantur. Quorundam autem & subsequuntur] Post ordinationem sciuntur aliorū peccata, quæ celauerunt ante ordinationē, ideo prædixit, sine præiudicio nihil faciens. Et manus cito nemini impoueris, donec scias si lateant peccata, an nō. Subsequuntur] Hoc est, siue subsequitur in futurum iudicium, siue hic diu latere non possunt. Non ergo debent facile ordinari. Similiter & facta bona manifesta sunt] Nō enim potest abscondi ciuitas supra montem posita, sed etiam quæ ad tempus latent, nō possunt diutius occultari.

CAPVT VI.

 Vicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrent, ne nomē domini & doctrina blasphemē] Id est, ne uideantur per religionem in deterius profecisse. Qui autem fideles habent dominos] Hoc est, ne sibi æqualitatem uindicent, eosq; contemnant, quorum fratres sunt per fidem. Beneficij] Fidei, & baptismatis. Exhortare] Præmium ostendendo. Et superbus nihil sciens] Super alios se extollens, cum non sit de sursum ueniens quam prædicat sapientia. Sed languescens] Quia nec solidæ ueritatis scientia conualescit, sed diuersis occasionibus languet, & pugnas uerborū obseruat. Suspicionē malæ] Siue hæresim de altero suspicantur, siue audientes putant deficere ueritatem. Existimantes quæstum esse pietatē] Quia

A Quia putant quæstus sui causa nouum uenisse testamentum. Est autē quæstus magnus] Multum acquirit, qui habet pietatem cum sufficientia, non luxuria, sed natura: quia quæ tantum naturæ sufficiunt, pietas exigit. Nihil enim intulimus in hunc mundū] Nudi nati sumus, nudi etiam morituri: quicquid enim hic inuenitur, hic relinquitur. Nō est nostrum, quod non semper nostrū est. Ergo illas diuitias acquiramus, quas nobiscum ad cœlestem patriā ferre possumus. Et desideria multa] Diuitiarum enim desideria nunquam satiantur. Quæ mergunt in interitum] Dum ambitione honorum tumentes, in cœlos usq; eleuati usq; ad inferos demerguntur. Siue desiderantes alienas opes, ut Achab, usq; ad homicidium perueniunt. Radix enim omnium malorum cupiditas] Merito initium omnis peccati superbiam diffiniuit scriptura, dicens: Initium omnis peccati superbiam. Cui testimonio non inconuenienter aptatur etiā illud, quod ait Apostolus: Radix omnium malorum auaritia est, si auaritiā generalem intelligamus, qua quisq; aliquid appetit amplius quàm oportet, propter excellentiam suam, & propter quædam propriæ rei amorem, cui sapienter nomen Latina lingua indidit, cum appellauit priuatum. Specialis uero auaritia quæ usitatius appellatur amor pecuniæ, cuius nomine Apostolus per speciem genus significans, uniuersalem auaritiā uolebat intelligi, dicendo: Radix omnium malorum est auaritia. Hac etenim diabolus cecidit, qui utiq; nō amauit pecuniam, sed propriam potestatem. Radix excisos semper dēsius reparat ramos, euellenda est ergo radix, ne rami superflue excidantur: quia in transgressione Adæ multa erant uitia, ut est: Si de hoc ligno gustaueritis, aperientur oculi uestri, & eritis sicut dii. Deniq; cum dixerit, aperientur, hic ostenditur cupiditas: Et quando dixerit, Gustaueritis, hic gula uidetur: & quando dixerit, Eritis sicut dii, ibi superbia reuelatur. Et inseruerunt se doloribus multis] Quanto amplius habuerint, tanto plures sollicitudinum sustinent cruciatus. Sectare autem] Id est, in his esto diues. Iustitiam] In iudicijs. Certamen fidei] Id est, ut fidem defendas. Apprehende uitam æternam] Vt illi cupiunt temporalem tenere. Coram multis testibus] Coram sacerdotibus, uel ministris uirtutibus cœlestibus. Præcepto tibi] Præcipit autem autoritate magistrī. Siue macula] Maculat enim quodāmodo, & reprehendi facit mandata, qui peccat. Qui testimonium reddidit sub Pontio Pilato] Dicens ad Pilatum: Ego ad hoc ueni in hunc mundum, ut testimonium perhibeam ueritati, scilicet pro ea etiam moriendo. Qui solus habet immortalitatem] Id est, non accipit. Quem uidit hominum nemo] Nemo uidit sicuti est, sed unusquisque pro merito. Nam & solem tanto amplius uident singuli, quanto purior fuerit acies oculorum. Non superbe sapere] Rare enim inuenies diuitem, nisi superbū. Ad fruendum] Id est, non ad occultandum, uel ad negociandum. Neq; spereris in incerto diuitiarum] De quibus incertus es utrum illæ tibi, an tu illis celerius subtraharis. Veram uitam] Id est, futuram, affirmat præsentem uitā nō esse ueram. Deposito custodi] Id est, commendatum a nobis serua mandatum, siue fidei depositum custodi. Fallacis scientiæ] Dialecticæ. Gratia tecum] Permaneat in æternum.

COLLECTANEORVM INEPISTOLAM
PAULI ADTIMOTHEVM
PRIOREM FINIS.

A 3 SEDVLII

C SEDVLII SCOTI HY

BERNIENSIS, IN EPISTOLAM PAV

LI AD TIMOTHEVM POSTE

RIOREM, COLLECTA

NEVM.

CAPVT I.



D Aulus apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, secundum promissionem uitae] Quam promittit Christus condignū exhibentibus promissione seruitium. Cui seruiō à proauis meis] Id est, à patriarchis. Nam & ego ecclesiā Christi non maleuolentia, sed legis æmulatione uastabam. In cōscientia pura] Nullam habens criminale peccatū. Quod sine intermissione habeam tui memoriā] Eō quod meruisti, ut te cogitem semper. Memor lachrymarū tuarū] Quas me abeunte à te fudisti. Vnde & me ad tristitiā prouocasti, quam tua opto presentia releuari. Ut gaudio implear] Propter tuā iterū presentia. Ut resuscites gratiā dei] Hoc est, ut de die in diē studio prædicandi renoues. Per impositionē manū] Id est, iuxta ordinationē tuā in Episcopatū. Spiritū timoris] Ut timeamus persecutores, qui nos prohibent prædicare. Sed uirtutis] Id est, fiducia prædicandi. Et dilectionis] Ut siue pro deo, siue pro alterutro libenter etiā moriamur.

D Et sobrietatis] Ut omnia sobria mente faciamus. Noli ergo erubescere] Nō te pudeat prædicare, & testificari Christū crucifixum meq; uinctū pro eo. Sed collabora] Mecū simul. Secundū uirtutē dei] Qua nos cōfortat uirtutibus per nos factis. Antetēpora secularia] Ut: Elegit nos deus ante mundi constitutionē. Qui destruxit quidē mortē] Peccatū, & diabolu. Illuminauit autē uitam] Ostendit quomodo uita & incorruptio quæreretur. Sed non confundor] In tentationibus & in catenis. At nos econtrario solis obprobrijs cōfundimur. Scio enim] Christū cui credidi, id est scio eū fidelē & potentē. Depositum meū] Animā, uel præmiū. Exemplū habe] Regulā custodi. Sanorū uerborū] Quæ parāt sanitatē. Bonū depositū] Doctrinā, uel mandatū, seu gradū. Scis hoc, quod auerterunt se à me] Idcirco te commoneo, quia quos me non putabam deserere, dereliquerunt. Omnes] Pro parte. Ex Asia] Minore. Onesiphori domū] Non sibi soli, sed omni domui eius.

CAPVT II.



V ergo fili mi confortare in gratia, quæ est in Christo Iesu, & quæ audisti à me per multos testes] Siue presentibus multis tibi dedi mandata, qualiter docere debeas: Siue quæ dixi, multis prophetarū testimonijs & exemplis cōfirmaui. Hac cōmēda fidelibus hoībus] Qui fideliter possunt dei gratiā dispensare, hoc est solius dei causa prædicare. Nemo militans deo implicat se negocijs secularibus] Comparatione militantium utitur, ut ostendat multo magis nos à negocijs secularibus liberos esse debere, ut Christo placeamus, cum etiam seculi milites à reliquis actibus uacent, ut possint regi suo placere perfecte. Cui se probauit] Se obtulit, Nemo enim, inquit, duobus

Math. 6

AD TIMOTHEVM POSTER. COL. 97

A bus dominis seruire potest. Nam & qui certat in agone, non coronabitur nisi si legitime certauerit] Alia comparatione idipsum dicit, multi enim certant, sed ille solus qui tota uirtute uicerit coronatus erit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere] Ne quis diceret, unde ergo uicturus sum, si me totum occupauero in doctrinas] Ostēdit eum primitias frugum à populo debere percipere, mercedem quam à domino messis percipiet in futuro. Intellige quæ dico] Quia parabolam dixit. Memor esto Christū Iesum resurrexisse] Hoc est contra illos, qui carnis resurrectionem negabāt, & aduersus illos, qui negant Christum in carne uenisse, quos Iesus Antichristos appellat, uel sicut ille post mortem resurrexit, ita & tu habebis solatium post tribulationem. Secundum Euangelium meum] Secundum quod me prædicare non nescis. Sed sermo domini non est alligatus] Quia presentes doceo fiducialiter, & literis absentes cōfirmare non cesso. Propter electos] Id est, ut sim exemplam electis. Ut & ipsi salutem consequantur] Id est, sustinentes meo exemplo tentationes. Ille fidelis permanet] Nam omnia quæ promissit implebit, quia ueritas contra se non faciet, ne se negare uideatur. Com-mone] Id est, impera. Testificans] Id est, fortiter docens. Coram deo] In uoluntate dei. Non per contentionem] Netibi nullus credat cōtendentem. Probabilem exhibere deo] Hoc est, ita uiue, ne dicta factis deficitibus erubescas. Stulta autem & inanis loquā deuita] Hoc est, irreligiosas hæreticorum fabulas, qui negant resurrectionem. Proficient] Crescent. Et sermo eorum sicut cancer serpit] Cancer esse dicitur uulnus, quod in mamillis nascitur foeminarum, quibus nisi cito subuentum fuerit, cum uirus ad cor serperit, nullum ultra remediū est. Ita hæreticorum sunt colloquia uitanda, ne per aures inremediabiliter uulnerent mentes. Iam factam esse resurrectionē] Id est, eō quod succedunt filij post parentes. Aut illi tantum resurrexerunt, de quibus in Euangelio; Et multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerūt. Aut factam esse resurrectionem] Id est, animas in alia corpora transire potentes, secundum Platonium errorem. Sed firmum fundamentum dei stat] Quia in quorum corde fides Christi erat fundata, non sunt seducti, uel morti. Nouit dominus qui sunt eius] Hoc testimonium in Numeris scriptum est. Qui sunt eius] Id est, qui prædestinati sunt ad uitam æternā, sicut Moy-si tempore ij, qui à Dathan & Abiron subuersi non sunt, non simul cum impijs perierunt, deo illos optime cognoscēte. Et discedat ab iniquitate] Ut non simul pereat cum iniquis. Qui nominant nomē dei] Dum illud sanctum & iustum sit. In magna autem domo] Magnam domum non ecclesiam dicunt, ut quidam putant, quæ non habet maculam, neq; rugam, sed mundū in quo zizania sunt mixta tritico. Nam resurrectionem negantes, certum est, in ecclesia esse non posse. Vasa aurea] Sensus mundum habentes, uel apostoli. Argentea uasa] Loquelas habentes doctrinæ. Alia quidem in honorem] Vitæ æternæ. In contumeliā] Poenæ. Si quis emundauerit se ab istis] Id est, si quis à doctoribus se hæreticis emundauerit, & crediderit resurrectionē futuram, & iudicium dei, per hoc omne opus bonū implere contendet. Iuuenilia desideria fuge] Id est, fornicationē. Pacē cum his, qui inuocant dominū] Ad illos enim pax iungenda est, qui iungūt se domino. De corde puro] Id est, non tantum labijs. Seruum autem domini] Seruum Christi, qui non clamabit, neq; contendit. Sed modestum esse ad omnes] Non solum ad amicos. Docibilem] Qui bene alios doceat. Cū modestiā] Id est, nō cum furore.

CAP.



Oc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora
 periculosa] Nō sit tibi hoc mirum, quod quotidie peiora per-
 ueniunt. Seipfos amantes] Nō dei gloriam, sed suam qua-
 rentes. Parentibus] Id est, & corporalibus, & spiritualibus
 non obedientes. Sine affectu] Misericordiae. Incontinen-
 tes] Per luxuriā. Speciem pietatis] Id est, in habitu, seu do-
 ctina. Abnegantes] Operibus. Qui penetrant domus] Ad praedicandū
 uel seducendum. Et captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis] Id est,
 impunitatem illis & ueniam promittentes, siue infirmas animas quae foeminis
 comparantur, haeretica peruersitate corrumpunt. Semper discentes] Noua
 semper discere cupientes. Quemadmodum enim Iamnes & Mambres resisti-
 terunt Moyse] Hi sunt Magi, qui fecerunt signa in Aegypto cōtra signa Moy-
 si. Et haec nomina inueniuntur non in libris legis, sed Paulus protulit, siue per
 spiritum, siue per peritiam aliarum scripturarum. Circa fidem] Quia non in-
 trant in fidem, sed foris sunt. Non proficient] Ad nocēdum alijs. Sicut &
 illorum] Id est, Magorum fuit, cum cōfessi sunt digito dei se fuisse superatos.
 Tu autem assecutus es meam doctrinam] Id est, idcirco tibi nō timeo, quia
 scio te doctrinam & uitam meam cognouisse optime. Et ex omnibus libera-
 uit dominus] Ita & de omnibus te eripiet. Et in errorem mittentes] Vt est:
 Non solum non intratis in regnum cōlorum, sed intrantes prohibetis. Et cre-
 ditatibi] A deo per nos. Sciens à quo didicisti] Siue à uero apostolo,
 siue per legem à deo. Per fidē quae est in Christo Iesu] Sine fide enim Chri-
 sti litera legis non iam sufficiunt ad salutem. Omnis scriptura diuinitus inspi-
 rata utilis est ad docendum] Docere conuenit de his quae agi debent. Argue
 re uero peccatores, corrigere uero poenitentes, erudire, adducere hominem ad
 iustitiam.

Foemina infir-
 mis animabus
 comparantur.
 Iamnes &
 Mambres.

Matth. 23

CAPVT IIIII.



Estificor coram deo, & Iesu Christo] Contestatur illum per
 uniuersa quae credit religio Christiana, ut uerbum dei instanter
 annuntiet. Qui iudicaturus est uiuos & mortuos] Quia ui-
 uos inueniet, & mortuos suscitabit. Insta] Commode.
 Oportune] Oportunum est libenter audientibus: Impor-
 tunum uero inuitis, & nolentibus praedicare. Argue] Pec-
 catores. Obsecra] Seniores. Increpa] Superbos & resistentes. Sed haec
 omnia cum patientia, & secundum doctrinam perfice legis. Magistros]
 Haeticos. Prurientes] Placentes auribus scilicet auditorū. Aliter: Prurien-
 tes auribus, hoc est, ipsi auditores auribus cōsiderātes. Pruritus est em̄ incendiū
 carnis, sine effusione sanguinis uel seminis, sic uerbum haeticorum sollicitat
 aures audientium sine ueritate praedicationis. Ad fabulas autem conuerten-
 tur] Ad fabulosas assertions. Ministerium tuū imple] Scilicet episcopa-
 tus, non enim semper ero in corpore ut ualeam commonere. Certamen bo-
 num certauī] Modo iam confidenter hoc dicit in extremo uitae limite confi-
 tutus, comparatione utitur sanē in agone certantium. Certauī] Cōtra octo
 uitia, daemones, haeticos, persecutores. Cursum consummauī] In manda-
 tis diuinis. Fidem seruaui] Suscepti officij fidem in finem usque seruaui.
 Reposita

Pruritus auri-
um.

A Reposita est mihi corona iustitiae] Id est, huc usque labores passus sum, nunc
 aut mercedē expecto. Iustus iudex] Qui nō personas, sed merita respiciet.
 Festina ad me] Ab Epheso ad Romam. Demas me dereliquit, diligens
 hoc seculum] Necessē enim erat, ut diligens seculum relinqueret seculum re-
 linquētem: omne enim animal ad simile sibi iungitur. Titus in Dalmatiā]
 Isti autem missi sunt & deseruerunt. Penulam quam reliqui Troade apud
 Carpum ueniēs affer tecum] Penula est enim lacerna in modum cucullae. Itē
 Lacerna stola, aut genus cucullae subtilis. Penula Latinum est, id est, lacer-
 na clarata. Reddat illi dominus secundum opera eius] In hoc prophetat,
 non optat secundum Hieronymum, ut in tractatu Ecclesiastici ipse ait. Ver-
 bis meis] Quanto magis tuis? In prima mea defensione] Quando defendi
 in Roma euangelicā fidē, secūdo anno Neronis. De ore leonis] Nero Lco.
 Neronis. Ab omni opere malo] Ab insidiantium ma-
 lignitate. Erastus] Pauli discipulus. Clau-
 dia] Quaedam mulier. Cum spiri-
 tu tuo] Quia carne mor-
 tuus spiritualiter
 uiuis.

COLLECTANEORVM INEPISTOLAM
 PAULI ADTIMOTHEVM
 POSTERIOREM
 FINIS.

B SEDVLII

SEDVLII SCOTI HY

BERNIENSIS, IN EPISTOLAM PAV
LI AD TITVM COL
LECTANEVM.

CAPVT I.



Hanc Epistolam scribit de Nicopoli, quæ in Acciaco littore sita est, ad Titum discipulum suum, quem Cretæ reliquerat, ad ecclesias instruendas. Paulus seruus dei] Id est, non peccati, aut ueteris legis. Apostolus autem Christi] Quia ab ipso missus fuit prædicare. Secundum fidem electorū dei] Id est, secundum eandem fidem, qua credentes electi sunt, cum cognoscerent ueritatem. Et agnitionem ueritatis] Quam prædico, ut agnoscant ueritatem noui Testamenti relicta litera. Quæ secundum pietatem est] Non seueritatē ueteris legis. Aliter, hæc est plane ueritas, quæ non habet pietatem, uerbi gratia, si quis grammaticam nouerit artem, & dialecticam, ut inter falsa & uera diiudicet, absque pietate notitia ueritatis delectat ad præsens, sed æternitatem non habet præmiorum. Ante tempora secularia] Ante mundi omnia tempora, apud se proposuit per filium saluare credentes. Tempora autem secularia dicit, hoc est, quæ multis seculis cyclis uel ab initio mundi reuoluuntur; sunt etenim tempora quæ non sunt secularia, ut unius horæ, uel diei tempus, quæ non seculis sed momentis constant. Manifestauit autem temporibus suis uerbum suum in prædicatione] Attendite textum & ordinem lectionis, quoniam uita æterna, quam non mendax deus ante secula æterna promisit, non alia sit absque uerbo dei; Manifestauit enim, inquit, temporibus suis uerbum suum, quod in principio erat apud deum patrem. Secundum imperium saluatoris nostri dei] Cum Paulum & Barnaban segregari præcepit, ut Gentes docerent. Huius rei gratia reliquit Cretæ] Postquam credentium dura corda mollerat, tam in signis, quam sermone, & fundamentum fidei iecerat, id est, Christum. Reliquit Titum Cretæ discipulum, ut rudimenta nascentis ecclesiæ confirmaret, ipse pergens ad alias nationes. Quod autem ait: Vtea quæ desunt corrigas] Ostendit necdum eos ad plenam uenisse scientiam ueritatis, & licet ab Apostolo correcti fuerint, tamen adhuc indigere correctione. Corrigas] In Græco autem supercorrigas. Vnius uxoris uir] Id est, quo possit ad monogamiã & continentiam alios cohortari, qui sui exemplum præferat in docendo. Fideios habens fideles] In domo propria prius doctrina sua noscatur. Oportet enim Episcopum sine crimine esse sicut dei dispensatorem] Ipsum dicit Episcopum, quem prius presbyterum nominauit, antequam diaboli instinctu studia in religione fierent, & dicerent in populis: Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego autem Cephæ, cõmuni presbyterorū cõsilio ecclesiæ gubernabant. Postquam uero unusquisque eos quos baptizauerat suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de Presbyteris electus, superponeretur cæteris, ad quem omnis cura ecclesiæ pertineret, & schismatum semina tollerentur. In actibus Apostolorum scriptum est, quod cum uenisset Apostolus

seueritas le-

gis

D

Græce legitur

Episcoporum electio quo cõsilio facta sit.

Astolus Paulus Miletum, miserat Ephesum, & uocauerat Presbyteros eiusdem ecclesiæ, quibus postea inter cæteros sic locutus est: Attendite uobis & omni gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit Episcopos pascere ecclesiam domini, quam acquisiuit per sanguinem suum. Et hic diligentius obseruato, quomodo unius ciuitatis Ephesi Presbyteros uocans, postea Episcopos dixerit. Hæc propterea, ut ostenderemus apud ueteres eosdem fuisse Presbyteros quos Episcopi idem olim qui Presbyteri. scopos. Paulatim uero, ut dissensionum plantaria euellerentur, ad unum omnem sollicitudinem esse delatam. Non iracundum] Iracundus est, non qui aliquando irascitur, sed qui semper ad leuem responsionis auram, quasi a uento folium, mouetur. Non percussorem] Id est, ne aliorum conscientiam mala conuersatione percutiat. Non turpis lucri cupidum] Turpis lucri appetitio est, plus quam necesse est de presentibus cogitare. Sed hospitalē] Hucusque quid non debeat habere Episcopus siue Presbyter, nunc quid habere debeat explicatur. Benignum] Ante Episcopatum. Iustum] In iudicijs. Amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem] Non fabulas seculares. Et seductores] In Græco, mentium deceptores. Maxime qui de circumcisione sunt] Id est, qui humanas potius traditiones quam diuina mandata loquuntur. Qui uniuersas domos subuertunt] De ciborum differentia, & de circumcisione, & sabbato tractantes, & hoc non zelo dei faciunt, sed turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius illorum propheta] Quoniam ad exitum sermonis, & ad continentiam loci pertinet hoc quod ait: Dixit quidam ex illis proprius illorum Propheta, uidetur ad eos referre de quibus superius est locutus; maxime qui de circumcisione sunt, quos oportet redargui, qui uniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia, ut sequatur: Dixit quidam ex illis proprius eorum Propheta. Quia uero in nullo Prophetarum qui apud Iudæam uaticinati sunt, hic hexameter uersiculus reperitur, uidetur mihi dupliciter legendum, ut hoc quod ait: dixit quidam ex illis proprius eorum Propheta, id est, Cretensium. Sed quia multa in medio sunt, & hoc absurdum uidetur, & forte nemo recipiat, propterea cum superioribus quæ magis uicina sunt aliter aptandum est, ut legamus: Sunt autem multi & non subditi, uaniloqui & seductores, maxime qui de circumcisione sunt, quos oportet redargui, qui uniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius eorum Propheta. At id quod ait: proprius eorum Propheta, non ad Iudæos specialiter, qui maxime de circumcisione sunt, sed ad multos referatur, qui non subditi sunt, & uaniloqui, & mentium deceptores, qui utique quia in Creta erant, Cretenses fuisse credendi sunt. Cretenses semper mendaces] Hoc Epimenides, siue Callimachus Cyrenenses, de laudibus Iouis contra Cretenses dixit, qui dicebant apud eos sepultum, quem raptum putabant in cœlum. Hunc totum uersiculum Epimenides de oraculis scriptitans dixit: & proprium uitium gentis, quod est mendacium, arguit. Et ideo hoc uersiculo Paulus abutitur, scribens ad Titum: ut falsos Cretensium doctores proprio in suo doctore conterat: Quem ideo Prophetam dicit, siue ad id alludens, quod tales Christiani tales mereantur habere Prophetas, quo modo & Prophetæ erant Baal. Siue uero quia de oraculis scripserat atque responsis, quæ futura multa ante prædicant, Denique ipse liber oraculorum titulo prænotatur. Mala bestia, uentres pigri] In Cretensibus

99 ueritas in Græcis biblijs est.

Cretenses mendaces.

Epimenides siue Callimachus uersus.

B 2 arguitur

C arguitur falsitas & ferocitas, ac ingluuies, & pigritudo. Testimonium hoc uerum est] Quod dixit de illis proprius eorum Propheta. Non intendentes iudaicis fabulis] Si quis post aduentum Christi circumciditur, iudaicis seruit fabulis. Et mandatis hominum] Traditionibus hominum.
 Auerfantium se à ueritate] Noui scilicet testamenti. Omnia munda mundis] Quia adhuc secundum legem immunda uocabant. Omnia munda] His uidelicet qui in Christo credunt, & sciunt omnem creaturam bonam esse, & nihil abijciendum quod cum gratiarum actione percipitur.
 Coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum & mens, & conscientia] Propterea etiam quæ sunt munda per naturam, eis immunda fiunt, non quo uel mundum aliquid uel immundum sit, sed pro qualitate uescientium, & mundum mundis, & immundum contaminatis fiat, alioqui infideles quosque & pollutos, etiam panis benedictionis & calix dominicus non iuuat; quia qui comederit indigne de pane illo, & de calice biberit, iudicium sibi manducat & bibit. Communia autem & illicita in lege prohibebantur, aduentu Christi purgata sunt omnia, quæ ille mundauit, nos communicare non possumus: In nobis utique est uel munda comedere, uel immunda. Si enim mundi sumus, munda nobis est creatura; Si autem immundi & infideles, fiunt nobis uniuersa communia, siue per inhabitantem in cordibus nostris hæresim, siue per conscientiam delictorum. Confitentur se nosse deum, factis autem negant, cum sint abominati & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi] Aestimant quidem in eo deum tantum negari, si in persecutione quis à Gentibus comprehensus renuerit Christum.
 D Ecce Apostolus omnibus, quæ peruersa sunt, factis deum asserit denegari: Christus sapientia est, iustitia est, ueritas est, sanctitas est, fortitudo est: negatur per insipientiam sapientia, per mendacium ueritas, per turpitudinem sanctitas, per imbecillitatem animi fortitudo. Et quotiescunque uincimur uitijs atque peccatis, toties dominum negamus, ut è contrario quoties bene agimus dominum confitemur: Nec arbitrandum est in die iudicij illos tantum à dei filio denegandos, qui martyrio Christum negauerunt, sed per omnia opera, sermones, cogitationes Christum uel negatus negat, uel confessus confiteatur. Est & quædam laudanda negatio, de qua & ipse Paulus Apostolus ait: Apparuit enim gratia dei, & saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobrie, & iuste, & pie uiuamus in præsentí seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. Quam negationem qui negauerit, & sequi saluatorem uoluerit loquentem: Quicumque uoluerit uenire ad me, abneget semetipsum, & sic exutus ueterem hominem cum operibus eius, & indutus nouum sequatur dominum suum. Quomodo autem quis se abneget contemplandum est. Pudicus fornicatorem, quod pudicus fuerat negat, sapiens imprudentem, iustus iniustum, fortis infirmum. Et ut in commune de omnibus loquar, toties nos negamus, quoties uitia priora calcantes, desinimus esse quod ante fuimus.

Nos cibos mundos uel immundos facimus:

Negare Christum.

Abnegatio quædam laudanda.

Seipsum abnegare.

A



V autem loquere quæ decent sanam doctrinam] Aliud est enim sanam doctrinam loqui, aliud ea quæ sanæ doctrinæ conueniunt docere: Quia in altero simplex tantum est institutio, in altero cum eo quod doceas uitæ quoque correptio. Qui enim soluerit unum de mandatis minimis, & docuerit sic, minimus uocabitur in regno cœlorum, Salvatore præcipiente discipulis, non in meditatione scripturarum eos laborare debere, ut quæ scripta sunt replicent, & condant in memoria thesauros, sed prius faciant quæ præcepta sunt. Quicumque ergo fecerit, & docuerit, ille magnus uocabitur in regno cœlorum: Nisi enim supergressa fuerit iustitia nostra Scribarum ac Phariseorum iustitiam, non possumus ingredi in regnum cœlorum, qui dicunt & non faciunt. Hoc igitur nunc Apostolus discipulum suum docet, ut ea loquatur quæ sanæ doctrinæ conueniunt, quia tunc doctrinæ sit sanitas, cum doctoris doctrina pariter & uita consentiunt. Senes, ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia] Generaliter Tito ante præcipiens quid loqui deberet ad cunctos, in eo quod ait: Tu uero loquere ea quæ decent sanam doctrinam, nunc per singulas species quid unamquamque ætatem deceat exprimit: Primum senibus uiris conuenientia: Secundo, anus quid deceat: Tertio, quæ adolescentibus apta sunt, tam maribus uidelicet quam fœminis mandata subiecerit, extremo de senibus. Senes ut sobrii sint] Id est, non luxuriosi. Pudici] Non libidinosi. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo uino seruientes, bene docentes ut prudentiam doceant] Hoc est, ita sint ut uiri senes, in omnibus sobrii, & honesti, pudicæ, sanæ in fide, & charitate, & patientia, & pro sexu suo ha beant hoc proprium: Ut sint in habitu sancto] Id est, non in tortis crinibus.
 Non criminatrices] Blasphematrices, uel accusatrices: hoc utiq; quia ipsæ adolescentiã iam transgressæ sunt, de adolescentulari ætatibus non disputent, & dicant: illa sic honoratur, illa sic comitur, sic illa procedit, amat illum, amatur ab illo. Cum etiam si hæc uera sint, non tam apud cæteros debeat accusare quam ipsam secrete Christi charitate corripere, & magis docere ne faciat, quam in publico accusare quod fecerit. Non uino multo seruientes] Signanter & expresse ait: Non uino multo seruientes, Seruitus enim quædam est, & extrema conditio, uino sensus hominis occupari, & non suum esse, sed uini. Bene docentes filias suas, ut prudentiã doceant] Quia docuit quales primo anus esse deberent, & post quæ cum senibus uiris habent communia, etiam propria eorum exposuit, ut honeste, & habitu sancto, & omni decore sint plenæ, nec accusatrices, nec alijs detrahentes, nec uino sensibus occupatis, nunc consequenter doctrinæ eis frena permittit, ut cum tales fuerint, docendi habeant libertatem, ut scilicet doceant ea quæ bona sunt: Licet enim alio loco dixerit: Docere mulieribus in congregatione non permitto, sic intelligendum est, ut in uiros illis sit doctrina sublata. Cæterum adolescentulas doceant quasi filias suas, primum castitatem, quia aduersum hanc magis in ætate florente pugnat inimicus, & uirtus eius omnis contra fœminas in umbilico uentris est, amare uiros, cum hoc non in eloquio docentis, sed in corde amantis sit constitutum: Vult eas amare uiros suos caste, uult in-

Matth. 5.

Sana doctrina que.

Seruire uino.

Mulieres non docere quomodo intelligatur.

C ter uirum & mulierem esse pudicam dilectionem, ut cum pudore & uerecundia, et quasi necessitate sexus reddat pudicū debitū uiro, quod ipsa exigit ab eo. Et filios suos ament] Id est, ut eosdem in dei erudiant disciplina. Ut non blasphemetur nomen domini uel uerbum] Verbum domini blasphematur, uel cum contemnitur dei prima sententia, & pro nihilo ducitur: uel Christi infamatur Euangelium, dum contra legem fidemque naturæ, ea quæ Christiana est, ex dei lege subiecta uiro, imperare desiderat, cum etiam gentiles foeminae uitis suis seruiant communi lege naturæ. Iuuenes similiter exhortare, ut sobrii sint] Sicut in eo quod supra præceperat, dicens: Anus similiter in habitu sancto, similitudinem anuum dixeramus ad senes necesse referendū: ita nunc in eo quod intulit, iuuenes similiter hortare ut pudici sint, similitudinem iuuenum & ad anus, & per anus ad senes arbitramur aptandam, ut senum habeant sobrietatem, & honesti sint, & pudici, & sani in fide, & charitate, & patientia: anuum in habitu sanctitatem habeant, ut non sint accusatores, non uino multo seruientes, bene docentes, & cætera. Proprium adolescentiorum hoc posuit, ut pudici sint in omnibus, tam scilicet mente quam corpore, tam opere quam cogitatione, ut nulla sit in adolescente suspicio turpitudinis. Et licet quidam de Latinis ita æstiment legendum: Iuuenes similiter hortare ut pudici sint, ut postea inferant, in omnibus teipsum formam præbens bonorum operum, tamen sciamus in omnibus ad superiora esse referendum, id est, hortare ut pudici sint in omnibus. Sciendum quoque hoc, quod continentia non solum carnis opere, & animi concupiscentia, sed in omnibus rebus necessaria sit, ne honores indebitos appetamus, ne accendamus avaritia, ne ulla passione superemur. In omnibus teipsum præbens formam bonorum operum] Nihil prodest aliquem exercitatum esse in dicendo, & ad loquendum triuisse linguam, nisi plus exemplo docuerit quam uerbo. Denique qui impudicus est, quamuis disertus sit, si ad castitatem audientes cohortetur, sermo eius infirmus est ex autoritate cohortandi: Ut e contrario quamuis sit rusticanus & tardus ad loquendum, si castus fuerit, exemplo suo homines potest ad uitæ similitudinem compellere. In integritate] Id est, in uirginitate. In grauitate] Id est, mentis pudicitia. Illuxit enim gratia dei & Saluatoris nostri] Ideo omnes indifferenter doce. Omnibus hominibus] Nullam conditionem excipiens. Et iuste & pie uiuamus in hoc seculo] Ne iustitia temerata sit, pietas adiungitur. Et mundaret sibi populum acceptabilem] Caueamus ergo, ne beneficium irritum faciamus. Hac loquere] Doctrina. Exhortare] Exemplo. Argue] Eos qui non ita uiuunt. Cum omni imperio] Sic intelligo quod ait: Argue cum omni imperio, ut specialiter ad increpationem, & non ad duo superiora in commune referatur, neque conuenit dicere, exhortare cum omni imperio, sed tantummodo, increpa cum omni imperio. Nemo te contemnat] Id est, talem te exhibe, ut contemni non possis.

CAPVT

CAPVT III.

A



Admone illos principibus & potestatibus subditos esse] Ut in Euangelio dicitur: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. Dicitur Luc. 20. obediens] Si bonum fuerit quod præcipiunt: Si uero malū, responde eis de Actibus Apostolorum; Obedire oportet deo Act. 15. magis quam principibus uel hominibus. Non litigiosos] Nam Christi, id est, pacis filios nō oportet litigare. Ad omnes homines] Non solum ad bonos, uel amicos. In malitia] Cum persequetur ecclesiam. Odibiles] Odientes inuicem. Quæ maior potest malitia & inuidia esse, quam contra absentes epistolas sumere, & odisse Christianos, & consequenter ab hominibus odium promereri? Siue sub persona sua de alijs loquitur. Cum autem benignitas & humanitas apparuit] Diligentius attendamus, & inueniemus in præsentī capitulo manifestissimā trinitatē. Benignitas quippe atq; clemētia Saluatoris nostri dei, non alterius quam dei patris, per lauacrum regenerationis, & renouationem spiritus sancti, quam effudit in nos abundanter per Iesum Christum Saluatorē nostrum, iustificauit nos in uitam æternam. Secundum spem uitæ æternæ] Id est, non secundum carnalem hereditatem. Fidelis sermo est] Ad superiora iungendum est, ubi ait, hæredes simus. Et de his] Id est, de supradictis. Volo te confirmare] Id est, confirmare, non inscientem instruere. Stultas autem quæstiones] Plurima exempla sunt quærentium non recte deum. Iudæi prauè quærun deum, sperantes eum inueniri posse sine Christo. Hæretici uano sermonū strepitu concrepantes, quærun quem inuenire non possunt. Philosophi quoq; & Barbari de deo uaria sentientes quærun deum, sed quia non recte quæsierunt, fuerunt eorum fatuæ quæstiones, putantium deum humanis sensibus posse comprehendī. Ab his igitur nos Paulus reuocat. Quod autem ait genealogias, & contentiones, & rixas, quæ non ueniūt ex lege, deuita, proprie pulsat Iudæos, qui in eo se iactant, & putant legis habere notitiam, si nomina teneant singulorū, quæ quia barbara sunt, & etymologias eorū non nouimus, plerumq; corrupte proferuntur a nobis: Et si forte errauerimus in accentu, extensione & breuitate syllabæ, uel breuia producentes, uel producta breuiantes, solent irridere nos imperitiæ, maxime in spirationibus, & quibusdā rasura gulæ literis proferendis. Hoc autē euenit uel maxime, quod à LXX Interpretibus in Græcū sermonē lex diuina translata est, specialiter ñ heth literā, & ψ atq; cæteras istiusmodi, quæ duplici aspiratione in Græcā linguā transferre nō poterāt, alijs literis expresserūt. Verbi causa, ut Rahel, Rachel dicerent, & Hiericho Hiericho, & Chebron, & Seor Segor. In alijs uero eos conatus iste defecit. Nam nos & Græci unam tantū literam, S, habemus, illi uero tres, S, Ψ, Ψ, quæ diuersos sonos possident: Et Si on per Ψ scribitur, Israël per Ψ, & tamen non sonat hoc quod scribitur. Seon rex Amorreorum per S literam & pronuntiatur & scribitur. Si igitur a nobis hæc nominū & linguæ idiomata, ut uidelicet barbara, non ita fuerint expressa, ut exprimiuntur ab Hebræis, solent cachinnū attollere, & iurare, nos penitus nescire quod dicimus. Est alia occasio superbix, quæ admodū em nos qui Latini sumus, Latina nomina, & origines de lingua nostra habētia, facilius memorix tradim⁹, ita illi à parua ætate uernacula sui sermonis uocabula peritissimis sensibus imbiberunt, & ab exordio Adā, usq; ad extremū Zorobabel, oīm generationes ita memoriter, uelociterq; pcurrūt, si ea sorte nō ita nouimus, putāt se in omnibus

Blasphemare nomen dei.

Adolescentia quid tribuat Paulus.

Seipsum præbere exemplū uitæ.

Luc. 20.

Act. 15.

Trinitatis cōprobatio.

Quærun deū multi præpostere.

Iudæi in genealogijs gloriantur.


Totum hoc repetitum est ex Hieronymo ad Titum.

C omnibus referendis, & in supputatione annorum, & in nepotibus ac pronepo
 „ tibus, auis, proauis, atauis doctiores. Et contentiones] Dialecticorum,
Aristoteles. quorum Aristoteles princeps est. Sunt enim inutiles] Quid enim prodest
 „ scire, quot annos uixerit Mathusalâ? quoto ætatis suæ Solomon anno sortitus
 „ sit conjugem? Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem
 „ deuita] Ne circa ipsos nos occupari permittit, si correpti nō corrigatur, ne tē-
 „ pus inani contentione perdamus. Proprio iudicio condemnatus] Pro-
 „ pterea à semetipso dicitur esse damnatus, quia fornicator, adulter, homicida,
 „ & cætera uitia per sacerdotes de ecclesia repelluntur. Hæretici autem in semet-
 „ ipsos sententiam ferunt, suo arbitrio de ecclesia recedentes, quæ recessio pro-
 „ prie conscientia uidetur esse damnatio. Cum misero ad te] Ex quo pa-
 „ ternos Pauli in Cretenses probamus affectus. Necessarium habebat Titum, ta-
 „ men non eum uult ad se uenire, nisi in locum eius Artemas, aut Tychicus suc-
 „ cessor aduenerit, ne absq; doctore relinquerentur. Nicopolim] Ipsa est
Nicopolis ob quæ ob uictoriam Augusti, quod ibi Antonium, Cleopatramq; superauit, no-
uictoriam Au- men accepit. Et Apollo] Apollo uir Alexandrinus, ex Iudæis Episcopus
gusti. Corinthiorum, quem propter dissensiones quæ in Corintho erant, ad uicinã
Apollo. insulam Cretam cum Zena legis doctore putandum est transisse, & Pauli epi-
 „ stola dissensionibus, quæ Corinthi fuerant intemperatis, rursus Corinthū
 „ reuertisse. Præmitte] Vt nihil eis desit, Præcipit Tito, ut quoniã de Cre-
†Sestertijs for ta ad Græciam nauigaturi erant, ut non eos faciat † sitharchis indigere, sed ha-
te est legendū bere ea quæ ad uaticum necessaria erant. Dicant autem & nostri bonis ope-
 „ ribus præesse] Nostros suos uocat, qui in Christo crediderant, qui quia Chri-
 „ sti erant, recte Pauli & Titi appellari merebantur. Habes, inquit, in discipu-
 „ los potestatem, doce eos non esse infructuosos, sed Euangelistis, & apo-
 „ stolicis uiris, qui bonis operibus seruiunt, ministrare. Vt
 „ non sint infructuosi] Omnis enim arbor, quæ
 „ non facit fructum bonum, excindetur,
 „ & in ignem mittetur.

COLLECTANEORVM IN EPISTO
 LAM PAULI AD TITVM
 FINIS.

SEDVLII

A SEDVLII SCOTI HY
 BERNIENSIS, IN EPISTOLAM PAU
 LI AD PHILEMONEM COL
 LECTANEVM.



„ Aulus uinctus] In carcere uel in catena. Christi Iesu] *Id est, pro confessione nominis Christi.* Philemoni di-
 „ lecto] In Græco non habes dilecto, sed diligibili. Inter *legitur in*
 „ dilectum autem & diligibilem hoc interest, quod dilectus *Græco.*
 „ appellari potest etiam ille, qui dilectionem non meretur;
 „ Diligibilis uero is tantum, qui merito diligitur. Et Ar-
 „ chippo commilitoni nostro] Hic diaconus erat, de quo
 „ ad Colossenses ait: Dicite Archippo: Vide ministerium quod accepisti in do-
 „ mino, ut illud impleas. Et in omnes sanctos] Qui diligit caput, dili-
 „ git & membra Quia uiscera] Non tantum corpora, sed uiscera sancto-
 „ rum, id est, quos hospitio recipiens per te refecisti Quod ad rem attinet]
 „ Scilicet Christianæ pietatis. Propter charitatem magis obsecro] Cum no-
 „ bis fiduciam causa ipsius dederit imperandi, tamen charitate faciente obsecra-
 „ re maluimus quàm iubere. Cum sis talis] Moribus talis, quales illi qui in
 „ senectute etiã pro Christo uincula non recusant. Nam tu senex es ut ego,
 „ nunc autem uinctus Iesu Christi] Etsi ambo senes sumus, tamen te in aliquo
 „ quod nunc uinctus sum Christi, supero. Hoc addit ad cumulandum uerba, ut
 „ non negetur petitio. Quem ego genui] Quia eum credentem ei in carce-
 „ re baptizauit. Nunc autem & mihi utilis] Postquam credidit mihi. Et
 „ tibi] Ac si diceret, quia tua uice mihi ministravit. Vt pro te mihi ministret]
 „ Ex hoc cognosce qualis sit, qui ita mihi placuit, ut possim eum credere tua ui-
 „ ce mihi ministrare. In uinculis Euangelij] Quæ patior propter dictionem
 „ Euangelij. Sed sine consilio tuo] In hoc exemplum dat nobis, nullius ser-
 „ uum fraudare. Forsitan enim ideo discessit ad horam à te] Hoc est, for-
 „ tasse hoc dei prouidentia procurauit, unde non nunquam malum occasio bo- *Malum non*
 „ norum sit, ut fuit Ioseph fratribus suis, sic nunc iste si non fugisset, deum non *nunquam oc-*
 „ inuenisset, si Paulum in uinculis non uidisset, fidem non recepisset. Vt in *casione præ-*
 „ æternum illum recipias iam non ut seruum] Id est, fratrem in Christo recipere *stat fortuna*
 „ res, non secundum conditionem seruitutis quæ temporalis est. Sed pro ser- *alicui.*
 „ uo fratrem] Quia seruus recessit, frater autem in Christo reuertitur. Si
 „ autem nocuit aliquid tibi, aut debet] Fugam furto cumulans, quædam dome-
 „ stica rapuit à domino. Hoc mihi imputa] Id est, quod Onesimus furto
 „ rapuit, ego spondeo redditurum, huius sponsionis epistola hæc, & manus
 „ propria testis est. Vt non dicam tibi, quod & te ipsum mihi debes] Hæc au-
 „ tem dico quasi ad extraneum loquens. Cæterum si ad ius meum redeam, pro-
 „ pter sermonem Christi, quæ euangelizauit, & Christianus effectus es, te mihi
 „ ipsum debes, quod si tu meus es, & tua omnia mea sunt. Si autem tua omnia
 „ mea sunt, Onesimus quoque, qui tuus est, meus est. Poteram igitur eo uti
 „ ut meo, sed uoluntati tuæ relinquo, ut mercedem habeas ignoscendo.
 „ Te fruar in domino] Id est, in uoluntate domini. Viscera mea] One-
 „ C simum

C simum, quem Paulus in uinculis Christi genuit. Simul & para mihi hospiti-
 um] Quod amplitudine sui multorum audientium possit esse capax, ut in
 ipso Paulus doceret plurimos. Salutat re Epaphras concaptiuus meus].
 Vincit Romæ cum Paulo. In Christo Iesu] Non alicuius criminis cau-
 sa, sed fidei societate. Aliter simul Epaphras, in Geschalis oppido Iudææ cum
 parentibus Pauli à Romanis captus, & in Tharsum Ciliciæ translatus.
 Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu uestro] In toto quidem ho-
 mine, & in omni parte sanctorum gratia est domini nostri Iesu Christi, sed à
 meliori & à maiori parte, id est, spiritu, de toto homine dicitur.
 Cum spiritu uestro] Cum autem in spiritu gratia fue-
 rit, totum facit hominem spiritualement, ut
 caro spiritui seruiat, & ani-
 ma non iungatur
 à carne.

COLLECTANEORVM IN EPISTO
 LAM PAULI AD PHILE-
 MONEM FINIS.

SEDVLII

SEDVLII SCOTI HY

BERNIENSIS, IN EPISTOLAM PAULI AD
 HEBRÆOS COLLECTANEVM.

CAPVT I.



Vltipharie multisq; modis olim deus loquens patribus in
 Prophetis] Quoniam apud Hebræorum ecclesias destruc-
 tor legis falsa suspitione habebatur, uoluit tacito nomine
 de figuris legis, & ueritate Christi reddere rationem, ne odio
 nominis fronte prælati utilitatem excluderet lectionis. To-
 ta intètio beati Apostoli fuit in hac epistola, Hebræos, id est
 gentem suam ad Christi conuocare fidem. Eminentiamq;
 gratiæ, quæ per fidem data est, à legalibus discernere + umbris, quæ ange-
 licis ministracionibus fuerunt. Idcirco primo posuit Prophetas diuersis mo-
 dis patribus locutos esse, dicēs: Multipharie multisq; modis olim deus loquēs
 patribus nostris in Prophetis. Proinde non secūdem hoc solum eminentia no-
 ui testamenti declaratur, quia patribus quidem propheta missi sunt, nobis autē
 filius, sed quod etiā prophetarum uel patriarcharum nemo nisi in similitudi-
 nibus uidit deum, filium uero unigenitum incarnatum esse, atq; in ea carne ui-
 sum constat, qua idē homo à uerbo dei susceptus, unigenitus est filius dei. Ideo
 mox addidit: Nouissimis autem diebus locutus est in nobis] Multipharie,
 id est multis & uarijs locutionibus, ut decem uerba legis, & alia penè innumera
 bilia testimonijs uarijs cōmēdata. Multisq; modis] Ostētionibus, id est mul-
 tis formis in quibus loquebatur. Nunc autem in hominis & hospitis forma, ut
 Abraham; Nunc in forma militis, ut Iesu; Nunc in igne, ut Moyfi in rubo; Nunc
 in nube & alijs signis: Aliquando per semetipsum loquitur, ut est; Audiā quid
 loquatur in me dominus: Aliquando per Angelū loquitur, aliquando per sub-
 iectam creaturam, ut in nube; Hic est filius meus dilectus. Aliquando lucidus,
 ut: Si audieritis me, bona terræ comedetis. Aliquando obscuris, ut: Gladius uos
 deuorabit. Olim deus locutus est duobus modis, locutioq; diuina distinguit, cū
 aut per semetipsum loquitur, aut per angelicam creaturam ad nos uerba pro-
 muntur. Cum autem per semetipsum loquitur, de uerbo eius sine uerbis & syl-
 labis cor docetur. Cum uero per Angelum, aliquando uerbis sine imaginibus,
 aliquando imaginibus & rebus sine uerbis. Patribus nostris] Abraham, Isa-
 ac, & Iacob, & Loth, & Moyfi. Et habebis sibilum quando dicis in Prophetis,
 id est à nominatiuo prophetia. Aliter patribus, qui comminus fuerunt in tem-
 pore Prophetarū, id est toti plebi Israël, & tunc dicis in Prophetis sine sibili.
 Nouissimis dieb⁹] Noui scilicet testamēti, ut: Melior est finis oratiōis q̄ prin-
 cipium, ut Salomon ait: quia firmitus est quod non audimus, quàm quod illi
 olim audierunt. In filio suo] Hoc dicitur secundum assumptionem carnis,
 ut: Qui proprio filio suo nō pepercit. Suo] Id est, proprio. Multi em̄ filij gra-
 tia, hic autem natura est. Quem proposuit] Secundum carnem, quia secun-
 dum diuinitatem non constitutus, sed constitutor dicitur. Hæredem omnīū]
 Alij filij post patrem hæredes sunt, hic autem uiuente patre hæres est. Omnīū]
 Visibilem & inuisibilem, celestium & terrestrium, ut ipse ait: Data est mihi
 omnis potestas in cælo, & in terra. Per quem] Secundum diuinitatē. Etia
 C 2 fecit

C fecit & secula] Tempora, aut creaturas, ut: In principio fecit deus coelum & terram. Qui est splendor gloriae] Patris splendor, quia sicut splendor à sole non separatur, sic ipse splendor paternae gloriae ab ipso patre inseparabilis est. Et imago substantiae eius expressa] Eiusdem naturae & substantiae formam signatam & expressam habet. Portans quoque omnia] Gubernans, quia nisi ab eo portarentur, laberentur. Verbo uirtutis suae] Seipso, qui & uerbum est, & uirtus. Purgationem peccatorum perficit] Sacerdotes enim in ueteri lege non per semetipsos, sed per hostias hominum peccata auferebant; hic autem sacerdos extitit, & hostia, purgauitque peccata per sanguinem & gratiam baptismi. Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis] Hucusque breuiter Paulus dixit de diuinitate & humanitate Christi, ut de his primitus indicaret Iudaeis, deinde per epistolam de his redderet rationem. Tanto melior angelis effectus] Quare non eum meliorem prophetis dixit, id est legem ministrantibus, dum Christum prius prophetis praetulit: Ideo, quia uetus lex per angelos ministrata est, noua autem per Christum. Ergo hoc dicit, ut praecellentiam noui testamenti ostenderet, dum Christus angelos praecellit. Filius meus es tu] Secundum diuinitatem. Ego hodie genui te] Quia in aeternitate semper natus est. Aliter: Ego hodie genui te, secundum incarnatam humanitatem intelligendum est.

2. Reg. 7 Ego ero illi in patrem] Hoc in libris Regum & Paralipomenon legitur.

Cum introducit primogenitum in orbem terrae] Id est, Mariam. Vel cum dicitur de eius incarnatione in terra. Et adorent eum omnes angeli dei] Nam licet incarnatus adoratus est ab angelis, quanto magis secundum diuinitatem.

D Qui facit angelos suos spiritus] Duplex angelorum officium est, aut enim spiritum consolationis, aut ignem uindictae hominibus ministrant, ut Hieronymus dicit. Aliter hic hyperbaton est, & est ordo: qui facit spiritus suos angelos, id est, ut sint angeli, hoc est nuntij supernae uoluntatis. Nam angelus officij est nomen, non naturae. Nam omnes uirtutes coelestes naturaliter spiritus appellantur.

Psal. 44 Thronus tuus deus in seculum seculi] Significat autem principatum Christi super angelos. Virga aequitatis] Virgam, sceptrum regni & potestatis intelligimus, qua deus alios remunerat, alios condemnat, reddens unicuique secundum opera sua. Vixit te deus] O deus. Oleo laetitiae] Spiritu sancto. Prae consortibus tuis] Regibus, sacerdotibus, prophetis. Et tu in principio] In filio. Terram fundasti] Stabilem eam fecisti super stabilitatem suam. Et opera manuum tuarum sunt caeli] Spiritus sancti, qui etiam digitus dicitur. Notandum, quod hic prius dicit terram, deinde subinfert, sunt caeli.

Psal. 101 Sermo enim diuinus aliquando de terrestribus ad coelestia mentem eleuat, aliquando de coelestibus ad terrestria descendit, ut currus Heliae de caelo emissus, & in caelum iterum cum gloria eleuatus est. Ipsi peribunt] Quia figura eorum in melius transformabitur, non autem substantialiter interibunt. Tu autem idem ipse es] Non dicit, eras, uel eris, sed es. Et anni tui non deficient] Id est, aeternitas tua. Sede à dextris meis] Ideo à dextris dicit, quia nihil est in coelestibus sinistrum. Donec ponam inimicos tuos] Donec eos superatos & subiectos in uindicta sub te habeas in futuro. Scabellum pedum tuorum] Pedes domini eius incarnatio intelligitur, siue apostoli & sancti.

Psal. 109 Pedes domini

CAP.

A



Propterea abundantius oportet obseruare nos ea quae audiimus] Dum ministri spiritus nobis seruiunt, & hereditatem salutis capimus, uel coniunge hoc ad qualitatem omnium superiorum. Abundantius autem dixit, id est diligentius, dum maior est auctoritas nostrae legis, quam auctoritas angelorum ministrantium ueterem legem. Ne forte effluamus] Ne à salute discedendo pereamus. Et si omnis praeruaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem] Id est, per legem acceptam. Inobedientia uero legem non suscepit. Quae cum initium accepisset] Ut; Exinde coepit Iesus facere & docere. In nobis] In omnibus Christianis fidelibus, Nam se coniungit cum reliquis fidelibus. Contestante deo signis] Praesentibus. Et portentis] De futuris ostensa. Et uarijs uirtutibus] Sanitibus, ut; Daemones eijcite, leprosos mundate, mortuos suscite. Secundum suam uoluntatem] Secundum uoluntatem dei, non secundum meritum, uel facultatem nostram. Non enim angelis subiecit deus orbem terrae] Sed Christo subiecit deus orbem terrae futurum, id est ecclesiam post peractum iudicium multiformem. De quo loquimur] Dicendo: Omnia subiecisti sub pedibus eius. Testatus est autem in quodam loco] Spiritus sanctus per Prophetam. Quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis] Aliud est homo, & aliud est filius hominis. Adam enim non genitus, neque ex homine factus, Christus uero ex homine suscepit carnem, sed quod ait: Quid est homo? dignitatis significatione interrogat. Quoniam uisitans eum] Scilicet in passione, uel resurrectione. Minorasti eum paulominus ab angelis] Assumendo carnem, patiendo crucem, quod utrumque angelis euenire non potest. Et constituisti eum super opera manuum tuarum] Omnis creatura homini seruit, ut est; Et dominetur piscibus maris, & uolatilibus caeli. Sed quae uis haec Adam conueniunt, & unicuique homini, hic tamen secundum sensum Pauli tantum Saluatori competit. Ergo constituisti eum super opera manuum tuarum, ut; Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra. In eo enim, quod omnia sibi subiecit, nihil dimisit non subiectum ei] Praeter eum, qui sibi subiecit omnia. Nunc autem necdum uidemus omnia subiecta ei] Quia non simul impletur prophetia, licet enim ei subijciuntur multi, alij tamen non, in iudicio uero omnia ei subijciuntur. Ut gratia dei] Gratia dei filius dei dicitur, quia per suam gratiam gratis peccata dimisit, nullis praecedentibus hominum meritis. Pro omnibus gustaret mortem] Celeritas mortis in gustu significatur, ut; Et cum gustasset, noluit bibere. Decebat enim eum propter quem omnia] Restaurata sunt, siue in caelis, siue in terris. Et per quem omnia] Consistunt, siue dum per ipsum facta sunt. Aliter; Per quem omnia, id est creata sunt. Propter quem omnia, id est propter gloriam ipsius facta sunt omnia. Per passionem consummari] De humilitate mortalis carnis in gloria resurrectionis exaltari, in exemplum eorum quos adducet in gloriam. Aliter, consummare, ipsam uidelicet salutem perficere. Qui enim sanctificat] Christus. Et qui sanctificat] Homo iustificatus

C 3 per

C per fidem. Ex uno omnes] Id est, deo patre, siue ex Adam. Hic autem ostenditur secundum carnem ex una eademque massa & Christum esse qui sanctificat, & nos qui sanctificamur ab eo. Non confunditur] Christus. Fratres eos uocare] Dum scilicet unum habent patrem deum.

Math. 28 Narrabo nomen tuum fratribus meis] Apostolis, & omnibus sanctis.

In medio ecclesie] In conuentu, & in cordibus eorum. Laudabo te] Faciam te sanctos laudare. Et iterum: Ego ero] Vox Christi. Fidens in eum] Patrem. Ecce ego & pueri mei] Hoc in Esaia habetur. Pueri mei] Apostoli, omnesque in Christum credentes; Non autem secundum aetatem, sed secundum innocentiam. Pueri dicuntur. Communicauerunt carni & sanguini] Omnes communiter carnem habuerunt & sanguinem. Particeps eorundem] Puerorum assumendo carnem & sanguinem. Ut per mortem destrueret eum] Ut suis armis diabolus uinceretur, quibus alijs insultabat. Mortis imperium] Mittere in mortem, poenamque perpetuam. Obnoxij erant seruituti] Vel ueteris legis, siue peccati. Nusquam enim Angelos apprehendit] Non enim in Angelica forma uenit in mundum, quia non ad redemptionem Angelorum uenit, sed ideo carnem apprehendit, ut per quam peccatum admiseramus, ipsa redimeremur. Sed semen Abraham] Hoc est, assumendo carnem de genere Abraham; pro toto autem genere semen Abraham dicitur. Vnde debuit per omnia fratribus similari] Verum corpus hominis, animamque sumendo. Fidelis pontifex] Hoc est, uerus & potens, & idoneus implere suum officium. In eo enim] Corpore, seu iure. Potens est eis qui tentant auxiliari] Non ut pontifices legis.

C A P V T I I I.

D Vnde fratres sancti uocationis celestis participes] Ut: Venite ad me omnes qui onerati estis, & ego reficiam uos. Vel: Venite benedicti, &c. Considerate Apostolum] Missum a patre. Hae dicentes, ostendit Iesum obedisse patri usque ad mortem, & fidelē fuisse ei, & nos admonet, ut capiti nostro pareamus, id est Christo. Et pontificem confessionis nostrae] Fidei nostrae.

Qui fidelis est ei] Patri. Qui fecit illum] Sacerdotem esse ex semine Dauid secundum carnem. Ipse itaque fidelis ei, ut scriptum est de eo: ut faciam uoluntatem tuam, & illud: Non sicut ego uolo, sed sicut tu uis. Sicut & Moyses] Fidelis fuit. Aliter hoc interrogantis affectu pronuntiandum est.

Si fiduciam & gloriam spei usque ad finem firmam retineamus] Per fiduciam fides, per gloriam spei spes, per finem charitas intelligitur, ut: Finis praecepti est charitas. In his domus supradicta continetur, quia fides fundamentum est, spes uero paries, charitas culmen eminet. Quapropter sicut dicit spiritus sanctus] Dum domus domini esse non possumus, nisi illa retineamus: uel dum talis apostolus & pontifex filius est. Hodie si uocem eius audieritis] Hodie significat omne tempus quo uiuimus in praesenti. Vel hodie in nouo testamento, ac si heri sit uetus, quasi dixisset: Si heri uocem domini non audistis, tamen si eam hodie audieritis, nolite obdurare corda uestra. Tres autem requies] Tres requies. Quam sabbati, qua dominus requieuit ab operibus suis. Secundam, terrae repromissionis. Tertiam, celestis regni requiem. Secundum diem tentationis in deserto] Ad aquam contradictionis, quam do populus murmurauit, & Moyses dubitauit. Probauerunt me] Explorauerunt me. Et dixi] Cognoui. Saeperrant corde] Licet oculis magna uiderunt. Sicut

Math. 28

Pueri propter innocentiam.

Math. 11

Mar. 14

Psal. 94

Hodie praesens tempus significat.

Tres requies.



A Sicut iurauit] Id est, immobiliter proposui, uel destinaui. In ira mea] In uindicta. Si intrabunt in requiem meam] Id est, non intrabunt, quia genus si iuramenti, interrogationisque, & negationis est. In requiem meam] Id est, in terram repromissionis, quae requies Israel erat post laborem deserti, in figuram uitae aeternae, sanctis post mundi labores donata. Donec hodie cognominatur] Praesentis uitae tempus. Participes enim Christi effecti sumus] Vnum corpus effecti sumus cum illo, id est concorporales illi secundum interiorum hominem facti conformes illius gloriae & immortalitatis. Si tamen initium substantiae eius usque ad finem firmum retineamus] Quasi dixisset: Si credamus quod ille quia coequalis est patri, initium carnis sumpsit ex matre, & si credamus resurrectionem eius, per quam magna uirtus facta est, id est, salus & resurrectio omnium; siue si credamus humanitatem eius & diuinitatem. Retineamus] Id est, per fidem credamus. Nolite obdurare corda uestra] Admonet Apostolus fideles Iudaeos et Gentes, ut caueant, ne praeceptum domini prauaricentur, ut in requiem dei, id est, regnum caeleste ingredi mereantur, qui de Aegypto transierunt. Sed non omnes] Exacerbauerunt, praeter duos tantum, id est, Caleph & Iosue.

C A P V T I I I.

B In meam ergo, ne forte relicta pollicitatione] Desperando de uita futura, uel non sectando opera, quibus ad illam requiem peruenitur. Deesse] Scilicet requiem. Sermo auditus] Id est, doctrina legis. Quemadmodum dixit] Id est, quemadmodum illi non introierunt in requiem, sic nos de contrario introtrahimus in requiem. Et quia de operibus] Requieuit deus; sicut enim deus die septimo requieuit ab omnibus operibus bonis, ita erit requies aeterna, cum consummata fuerint opera, quae ab initio facta sunt. Et in isto rursum] In isto psalmo post legem. Si introibunt in requiem meam] Hic si pro affirmatione positum est, quasi diceret: si introibunt bene habebunt. In requiem meam] Id est, in terram uiuentium. Hic autem uirtus propheticae sententiae secundum Apostolum est, ut ostendat requiem aeternam.

Quonia ergo superest introire quosdam in illam] Credentes propter eos qui uenerant ex Aegypto. Introire] Dum illi introierunt. In illam] Requiem scilicet beatae uitae. Iterum alium diem] Id est, requiem aeternam, non illam terrae repromissionis. Terminat] Deus Prophetam. Post tantum temporis] Post tot annos egressionis filiorum Israel de Aegypto. Ex quo manifestum est, quod non de requie terrae repromissionis dixerit.

Itaque relinquitur sabbatismus] Id est, aeterna requies, quam Iudaicum sabbatum significauit. Populo dei] Id est, omnibus recte credentibus. Qui enim ingressus est in requiem eius] Per mortem temporalem. Etiam ipse requieuit ab operibus suis] Id est, ab huius mundi laboribus. Festinamus ergo ingredi in illam requiem] Cum alacritate mentis per fidem cum operibus curramus. Viuus est enim sermo dei] Hic ostenditur eundem nos habere iudicem, qui illos propter illorum incredulitatem damnauit. Sermo enim dei filius dei est, siue Euangelium. Et efficax] Id est, potens ad inferendam uindictam uel beatitudinem. Et penetrabilior omni gladio accipiti] Id est, ad uindictam super corpus & animam. Quonia] Quonia

Gen. 1.

Si uarie sumitur in scripturis.

pturis.

Sabbatismum relinqui.

Sermo dei.

C niam tantum corpora gladio secantur. Ancipiti] Id est, bicipiti.
 ,, Vsq̄ ad diuisionem animæ ac spiritus] Id est, carnalium ac spiritualium cogitationum; Scit enim & probat quid interest inter animam ac spiritum; non quod aliud est anima, aliud spiritus, quantum ad substantiam pertinet. Com pagum quoq̄ ac medullarum] Per similitudinem corporis de anima loquitur. Et est discretor] Idem sermo uiuus. Cogitationum] In anima. Et intentionum] In spiritu. Omnia autē nuda & aperta sunt] Duobus modis res corporalis exlatur; latens sub tecto, ideo dicit nuda: aut conclusionē, ideo ait aperta. Oculis eius] Id est, inspectionibus diuinis. Ad quem nobis sermo est] De quo, hoc est Christo, quoniam reddituri sumus coram ipso rationem de omnibus quæ gessimus. Itaq̄ ad quē nobis sermo est, ac si diceret, hic deus est de quo loquimur. Qui penetrauit cœlos] Morte sacerdotis, ultra uelum in sancta sanctorū intrantis. Tentatum autem per omnia] Esuriendo, sitiendo, &c. Ad thronum gratiæ] Vbi ipse nunc sedet, ne damnemur dum sedebit in throno æquitatis suæ. Vt misericordiam consequamur] Id est, peccatorum indulgentiam. Et gratiam inueniamus] Vitæ æternæ.
 ,, In auxilio oportuno] Siue in præsentī tempore, ut Apostolus dicit: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Aut in periculo die iudicij, ut adiutor in oportunitatibus, in tribulatione.

CAPVT V.

D Mnis nanq̄ Pontifex, ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis] Quod de omnibus oblationibus dicitur. Aliter dona, id est aurum & argentū, & cetera donaria. Sacrificia] Quæ ad cibum tantum pertinent de pane, uerbi gratia, & uino. Qui ignorant] Deum. Et errant] A mandatis legis. Quoniam & ipse] Sacerdos. Circūdatus est] Ideo oportet eum condolere, infirmitate scilicet carnis. Secundū ordinē Melchisedec] Quia Melchisedec uinum & panē obtulit Abraham, in figuram Christi, corpus & sanguinem suum deo patri in cruce offerentis. Qui in diebus carnis] Quibus in carne conuersatus est. Preces] Verbis. Supplicationes] Genu flexo. Liberare] Per resurrectionē. Cum clamore ualido] Dicens; Pater si fieri potest, transfer à me calicem istum; Veruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat. Et lachrymis] Pro nostra salute, non timore mortis profusis. Et exauditus est] A deo patre, Angelo eum confirmante. Pro sua reuerentia] Illius apud patrem, uel pro reuerentia patris apud illum, dicendo: Deus meus, deus meus, quare me dereliquisti? Est autē reuerentia mixtus dilectioni pauore.
 ,, Didicit obedientiam] Expertus est obedientiam, ut; factus obediens patri usq̄ ad mortem. Et consummatus] In passione, ut; inclinato capite tradidit spiritum. Causa salutis æternæ] Quia non æterna salus per alios sacerdotibus ministrabitur. Iuxta ordinem Melchisedec] Eusebius dicit in libro historicarum: Hic Melchisedec in diuinis uoluminibus sacerdos fuisse dei summi refertur. Sed qui non oleo communi perunctus sit, neq̄ qui ex successione generis suscepit sacerdotium, sicut apud Hebræos fieri mos erat; & ideo secundum ordinem ipsius sacerdos futurus dicitur Christus, qui non olei liquore, sed uirtute cœlestis spiritus consecratur. Et interpretabilis ad dicendum;

Sacrificium.

Mar. 14. xo.

Lachryma Christi.

Reuerentia.

Sacerdos secundum ordinem Melchisedec.

A dicendū: quoniam imbecilles facti estis] Nō quod ualeret Apostolus per spiritū intētari. Sed quod imbecilles erant auditōres ad audiendū sermonē. Quæ sint elemēta] Rudia documēta fidei. Propter tēpus] Quia longū tēpus est ex q̄ didicistis fidē. Expers est sermonis iustitiæ] Id est, perfectæ scientiæ.

CAPVT VI.

Q Vapropter intermittentes inchoationis Christi sermonē] Fidei inītiū, aut de incarnatione & passione eius loqui. Ad perfectionē feramur] Ad perfectam fidem cū bonis operibus feramur, aut de eius natiuitate quædam loquamur, siue de arcano mysterio incarnationis dominicæ differamus. Nō rursus iacentes fundamentū poenitentiæ ab operibus mortuis] Id est, post acceptā semel fidem & poenitentiā, nō iterū de poenitentiā, & de fide trinitatis, & baptismo, & impositione manuum, & resurrectione, & iudicio uos instruamus. Nam hæc omnia quasi lac sunt, & ad inītiū fidei pertinent. Ab operibus mortuis] Quæ interimunt animā. Et fidei ad deū baptisimatū] Pluraliter loquitur, pro uarietate accipientiū. Impositionis quoq̄ manū] Scilicet Episcopi. Et hoc faciemus] Scilicet ad perfectionem feramur. Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati] Sicut enim impossibile est Christū iterū crucifigi, ita criminosi homines nō possunt iterū baptizari. Non autē in hoc poenitentiā excludit de peccatis, sed sicut secundū humanā natiuitatē impossibile est homines iterū carnaliter nasci, ita secundū spiritualē regenerationē homines non possunt rebaptizari. Et participes facti sunt spiritus sancti] Habentes diuersas donationes spiritus sancti. Virtutesq̄ seculi uenturi] Scilicet resurrectionis, & præmiorū, & uitæ post mortē. Iterū renouari] Per baptismū, uel per hostias carnales, sed per solā fidem Christi, quæ per dilectionē operatur.
 ,, Ad poenitentiā] Id est, per poenitentiā. Quid ergo? exclusa est poenitentiā? absit, sed impossibile est renouari, hoc est per baptismū renasci. Rursus crucifigentes] Non uere, sed quasi crucifigentes. Sicut enim semel Christus mortuus est carne, id est, in cruce, ita nos semel morimur peccato in baptisinate.
 ,, Et ostentui habentes] Id est, quasi despectui. Terra enim sæpe uenientē] Per metaphoram loquitur. Nam hic terrā fideles homines appellat, qui de imbre doctrinæ Christi irrigantur, & faciunt fructū, alium centesimū, &c. Et generans herbā] Florentes uirtutes. Accipit benedictionē] Abundantiā fructuum mystice, ut; Venite benedicti patris mei, &c. Proferens autē spinas] Curas huius seculi. Ac tribulos] Peccatorū, sic per metaphoram loquitur de peccatore, qui uitijs & peccatis noxius tenetur, cui dicitur: Ligatis manibus pedibusq̄, eicite eum in tenebras exteriores. Cuius consummatio in cōbustionem] Quia peccatores igni inextinguibili cōburentur. Confidimus autē de uobis] Ideo hoc addidit, ut bene agerent. Bonus doctor laudando eos prouocat ad profectū. Et uiciniora salutis] Subaudis cōsequi. Etsi ita loquimur] Exprobrantes uobis, quod facti estis quibus lacte opus sit. Qui ministrastis sanctis] Habitantibus Hierusalem. Et eandē sollicitudinē ostentare] Elemosynæ & doctrinæ. Ad expletionem fidei] Per bona opera. Vsq̄ in finem] Vt; Qui perseuerauerit usq̄ in finē, saluus erit. Vt non segnes efficiamini] Pigrī in mandatis dei. Hæreditabunt promissiones] Nōdum enim omnes promissiones cōpletæ sunt. Iurauit] Firmiter promisit. Per semetipsum] Vt; uiuo ego dicit dominus. Nisi benedicens benedicam tibi] Genus est

Baptisimatū.

Terra.

Spina curæ sunt.

Matth. 22.

Matth. 10.

D nus est

C nus est iuramentū, ut est illud: Si intrabunt in requiē meam. Non enim nisi *sem*
Nisi affirmatiue ponitur. per pro dubitatione ponitur, nam hic pro affirmatione est positū. Aliter Bene
 dicens benedicam te, id est in sanctis & fidelibus, qui stellis cœli comparantur.
 „ Et multiplicans] Id est, numerosa peccatorū progenie, qui arenæ maris assi-
 „ milantur. Et sic longanimit̄] Patienter, id est Abrahā. Ferens] Per tre-
 „ centos annos. Ut per duas res immobiles] Deus, & promissio & iuramen-
 „ tum dei. Itē duas res immobiles dixit, dei patris promissiones de filio suo, & ad-
 „ uentū ipsius filij in hunc mundū pro salute nostra. Qui cōfugimus] Id est,
 „ ab Iudaismo & Gētilitate. Quā sicut anchorā habemus] Similiter q̄modo an-
 „ chora nauim in tēpestare maris, sic spes hominē in tentationibus mūdi fundat.
 „ Et ista anchora nō in mare mittit̄, sed in cœlū ad interiora prēmia capeffenda.
 „ Vsq̄ ad interiora uelaminis] Nostrā anchorā sursum mittim⁹ ad interiora cœ-
 „ li, sicut anchora ferrea mittit̄ ad interiora maris. Secūdu ordinē Melchisedec]
 „ Non secūdu ordinē Aaron, quia ex tribu Leui introijt Iesus, id est, sicut pontifex
 „ semel introibat intra uelum sanctuarij, sic Christus introiuit semel in cœlū.

*spes Christi-
 nis pro ancho-
 ra est.*

CAP V T V I I.

Salem.



Hic enim Melchisedec rex Salem] Salem est oppidū iuxta Scy-
 thopolim, quod usq̄ hodie appellatur Salem, & ostenditur ibi
 palatū Melchisedec ex magnitudine ruinarum ueteris operis
 ostendens magnificentiā, ad quā ciuitatē etiā legitur Iacob de-
 „ scendisse, quæ fuit in terra Chanaan regionis Sichem. Sacer-
 „ dos dei summi] Non idolorum & dæmonum. T L H *
 „ per T mysterium crucis Christi designatur, quia Christi passio nos liberat à do-
 „ minatu quinq̄ carnaliū sensuū, quibus captiuati sumus per fidem sanctæ irini-
 „ tatis cū bonis operibus, quæ sunt X. & VIII. hoc est, ter sex. Nam Abrahā
 „ secū in prælio cōtra quinq̄ reges Syriæ CCC. XVIII. uernaculos habuit.
 „ A cæde regū] Quinq̄ regū Syriæ, quia Loth filiū fratris Abrahā cū sua pecu-
 „ nia eripuerat. Occisus autē ab Abraham in uia, prædamq̄ magnam ab eis rapuit.
 „ Et benedixit] Melchisedec. Ei] Abrahæ. Melchisedec, quasi melchos sa-
 „ dec, id est rex iustitiæ interpretatur, quod mystice domino Saluatori congruen-
 „ ter aptatur, qui est quoq̄ rex pacis. Sine patre] Id est, sine patre sacerdote de
 „ tribu Leui. Sine matre] Similiter de tribu Leui. Sine genealogia] Ex sa-
 „ cerdotali tribu. Neq̄ initiū dierū] Hic ostenditur istū Melchisedec nō fuisse
 „ Sem. Nam initiū dierū Sem scriptura describit, Melchisedec uero nec initiū die-
 „ rum habere describitur. Aliter; Nec initiū dierum, id est, electionis eius in sacer-
 „ dotiū ad ministrandū ætate legitima annorū XXV. uel potius XXX. secū-
 „ dum Hebraicā ueritatem, ut Hieronymus in tractatu Ezechielis. Neq̄ finē]
 „ Ipsius ministerij L. anno. Tunc enim cessabant sacerdotes ministrare, sed cu-
 „ stodes uasorū erant, hæc Origenes dicit. Hunc Melchisedec alij angelū, alij spi-
 „ ritum sanctum propter excellentiā suam esse suspicātur, quod absit. Hebræi ue-
 „ ro hunc affirmant esse Sem filiū Noë, quē uiuum fuisse dicūt in tempore Abra-
 „ hæ, habens tunc annos antiquitatis CC. XC. Apostolus uero ostendit non
 „ ex Sem fuisse, ex quo Abraham fuit, sed ex Cham, cuius posteritatem scriptura
 „ non memorat, quisquis enim ille est, de Gentibus fuit. Omnis enim primoge-
 „ nitus cū Gentibus sacerdos uocabatur. Et non quod ille patrē & matrem non
 „ habuisset, dicitur sine patre & sine matre, sed quia genealogia illius in Genesi
 „ non annumeratur, sed subito introducitur. Assimilatus autē filio dei] Quia
 „ & ipse

*Melchisedec
 rex iustitiæ.*

*Ætas sacerdo-
 tis.*

*Primogeniti
 Gentium sacer-
 dotes erant.*

A & ipse sine patre in terra, & sine matre in cœlo, sine genealogia secūdu diuini-
 tatem, ut: Generationē eius quis enarrabit? Similiter sine initiū secūdu diuini-
 „ tatem, & sine fine. Manet sacerdos in perpetuum] In prolixū temporis spā-
 „ cium, non unius tantum anni curriculo, aut usq̄ ad quinquagesimū annum.
 „ Intuemini autem quantus sit hic] Conuertit sermonē ad Hebræos, quibus
 „ hanc epistolam scripsit, ac si diceret, intelligite quā magnus sit hic sacerdos,
 „ qui figuram Christi gestauit, dum tam magnus patriarcha ei decimas dedit ex
 „ melioribus quæ habebat Abraham patriarcha. Ergo si Melchisedec excellentior
 „ sit quā Abraham, sicq̄ Christus secūdu ordinem Melchisedec sacerdos ma-
 „ net in æternum, concluditur, quod Christus excellentior sit quā Abraham,
 „ in quo Iudæi se iactant. Et quidem de filijs Leui sacerdotium accipientes]
 „ Hinc more suo per dialecticam loquitur, dicendo, & quidem de filijs Leui, ne
 „ quis Leui sacerdotiū Melchisedec præcellere putaret; & secundum solitā obie-
 „ ctionem Leuiticum sacerdotiū prius exaltat, quod dei mandato non ab aliqui-
 „ bus, sed à dei populo, id est filijs Abraham decimas accipere iubentur, cui tamē
 „ sacerdotem Melchisedec superexaltat, quem genus non nobilitat, & qui à pa-
 „ tre, à q̄ omnes nobilitant, id est Abrahā decimas sumpsit. Et cui Leui] Quā-
 „ uis in patre decimas dedit. Decimas sumere à populo] Tāta est em sacerdotij
 „ excellentia. Quanquā & ipsi] Pro quoniā, Cuius autē generatio nō annume-
 „ ratur in eis] Filijs Leui, quoniam Christus non ē tribu Leui, sed magis de tri-
 „ bu Iuda esse perhibetur; Vel quoniam Christi generatio secūdu diuinitatē
 „ non ex eis numeratur. Decimas sumpsit Abrahæ] His ergo duobus mo-
 „ dis sacerdotium filiorum Leui Melchisedec suo sacerdotio superexaltat; quia
 „ decimas ab Abrahā omniū sacerdotum patre accipere meruit, & quia hūc qui
 „ repromissiones accepit benedixit. Et hic quidem] Filij Leui, & in ueteri le-
 „ ge. Decimas morientes homines accipiunt] Filij Aaron, qui mortales ho-
 „ mines sunt. Ibi autē] Id est, in Psalmo. Contestatus est] Spiritus sanctus
 „ per os Dauid. Quia uiuit] Ut: Tu es sacerdos in æternū. Et ut ita dictū est
 „ per Abraham] Hoc est, per Abraham decimas dedit Leui ad Melchisedec, quā
 „ quod Abraham obtulit, Leui secum obtulit, dum in lumbis eius fuit. Qui de-
 „ cimas] Leui. Accepit] Postea à populo Israël. Decimatus est] Decimas
 „ dedit ad Melchisedec. Adhuc in lumbis Abraham positus] Ut sit uerbū de-
 „ ponens decimor decimarū. Aliter secūdu Augustinum, Abraham & Leui
 „ decimati sunt à Melchisedec, propter panem & uinum à Melchisedec acceptū.
 „ Ipsaq̄ decimatio quædam præfiguratio erat futuræ medicinæ per dominum sal-
 „ uatorem, idcirco Leui in Abrahā decimatus est, quia curaretur. Non autē Chri-
 „ stus decimatus est, quamuis & ipse fuerat in lumbis Abrahæ secūdu origina-
 „ lem substantiam, per quem humanū genus curaretur. In quo Christi excellen-
 „ tia sacerdotij ostenditur, cum in lumbis Abrahæ non necesse habebat decima-
 „ ri. Secūdu ordinem Melchisedec] Habens regale sacerdotiū sicut Mel-
 „ chisedec. Et non secūdu ordinem Aaron] In obseruationibus legalibus.
 „ Translato em sacerdotio] A Leui & Aaron. Ad Melchisedec] Ad Chri-
 „ stum. Necesse est, ut & legis translatio fiat] Neq̄ enim potest sacerdos esse
 „ sine lege, & testamēto, & præceptis. In quo enim] In Christo, hoc est quod
 „ secūdu ordinem Melchisedec sacerdos sit in æternum. De alia tribu est]
 „ Iuda, & non Leui. Exurgeret alius sacerdos] Propter sacerdotes Leuiticos.
 „ Mandati carnalis] Quia non per hominem pontifex ordinatus est. Vita
 „ insolubilis] Id est, æternæ uitæ, ut: Tu es sacerdos in æternum. Contestatur
 „ D 2 enim]

*Decimatio Le-
 ui in Abrahā*

C enim] Spiritus sanctus per Dauid. Reprobatio quidem fit] Vt gratia locus daretur. Propter infirmitatē eius] Quia neminem potuit saluare. Et inutilitatem] His uidelicet, qui in Christo non crediderunt. Nihil enim ad perfectum adduxit lex] Quia usq; ad passionem Christi in infernū omnes ibant, postea autem coelos penetrant. Introductio uero melioris spei] Melior est enim spes, quia uita aeterna speratur, quam illa qua bona terra expectabatur.

Psal. 109 Iurauit dominus] Per semetipsum. Et non poenitebit eum] Sicut poenituit eum hominē fecisse, & Saul ordinasse in regem. Intantū] Vt sacerdotiū eius maneret in aeternū, uelut cū iure iurando stabiliiretur. Melioris testamenti] Noui & uitae aeternae, quod multos ad perfectum duxit. Sponsor] Promissor. Quod morte prohiberentur] Hic ostendit non sacerdotium secundū ordinem Leui manere, sed Christi sacerdotium perpetuum esse. Accedēs per semetipsum ad deū] Vt: Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Semper uiuens] Non ut alij sacerdotes. Innocens] Nulli nocens. Impollutus] Sine peccato. Segregatus à peccatoribus] Quod nullū in eo peccatum fuit. Excelsior coelis factus] Id est, Angelis & firmamento, ut: Adorent eum omnes Angeli eius. Qui non habet quotidie] Vt sacerdotes legis. Necessitatem] Immolandi, offerendi. Sermo autem iurissurandi] Qui dicit: Tu es sacerdos in aeternum secundū ordinē Melchisedec. Filiū in aeternū perfectum] Sacerdotē.

CAPVT VIII.



Apitulum autem super ea quae dicuntur] Summam uel recapitulationē. Qui sedet in dextera sedis magnitudinis] Secundum suae maiestatis excellentiam. Sanctorū minister] Siue sanctorū hominum secundū suam misericordiam: siue minister eorum quae sancta sanctorū dicuntur. Et tabernaculum] Spiritus animarū sanctarum, templiq; multiformis ecclesiae, in quo deus inhabitat. Ad offerenda munera] Aurū & argentū. Et hostias] De oblationibus uiuis. Necesset sacerdos] Id est, ipse dominus Saluator, qui sic non esset necessarius, si per alios iustificatio fieri posset. Qui exemplaria & umbræ seruiunt coelestium] Exemplaria dicuntur, quia coelestium exempla ostendebant. Umbræ autē in cōparatione superuenientis ueritatis. Coelestium] Spiritualium donorū, quae nobis per Christi sacerdotiū donantur. Aut coelestium, id est operū, quia ex his coelestia promerentur. Tabernaculū] Exemplar ecclesiae. Facies omnia] Tam de tabernaculi constructione, quam de hostijs & sacrificijs quae in eo immolarentur. Secundū exemplar] Quia prius formā eius in mente perspexit in monte, antequam ipsum tabernaculū faceret. Nūc autē melius est sortitus ministeriū] Ac si diceret, Dominus Iesus Christus melius sortitus est ministeriū noui testamenti, ubi peccata nostra remittuntur, & uita aeterna promittitur, non tantū bona terra. Nā si illud prius culpa uacasset] Ac si diceret: Si legis prioris obseruatores inculpabiles essent, nec secunda lex demū inquireret. Vituperans enim eos dicit] Deus per Hieremiā prophetā. *Hiere. 23* Et consummabo] Lege ueteri transeūte perfectiorē legē introducā, ubi nō figura, sed ueritas ostendetur. Domū Iuda] Ecclesiae deū cōfidenti. Testamentū nouū] Euangeliū, & legē gratiae, hoc est, ut quicūq; ex omnibus gentibus in Christo crediderint, filij Abraham secundū spirituale generationē uere sint. Quod feci patribus eorū in die] Quinquagesimo post pascha die in monte Sina. Et ego neglexi eos] Reliqui eos secundū desideria cordis eorum.

Post

A Post dies illos] Veteris testamenti. In sensibus eorū] Non in tabulis lapideis, Super scribā eas] Id est, super legē naturae & literae. A maiore] Diuine uita, nobili, sene. Vsq; ad minorem] Egenum, ignobilem, iuuenem.

CAPVT IX.



Abuit quidē & prius testamentū] Ac si diceret, fuerunt in tabernaculo uasa dei, quod apud homines magnū ac mirabile uideatur. Sed tamen illa omnia umbræ erant bonorū futurorum. Constitutiones culturae] Circumcisionem, sabbata, neomenias, hostiasq; corporales. Sanctūq; seculare] Tabernaculū, quod erat pro tēpore. Non sic sancta sanctorū aeterna. Tabernaculū primū] Quod mystice significat praesentē ecclesiam, Candelabrum uero carnē Christi, septē donis spiritus sancti resplendens, uel ipsa septē dona. Et mensa] Aurea in Aquilonali parte tabernaculi, significans sacram scripturam. Propositio panū] Mystice corpus Christi, seu doctrina apostolica inteligit. Quod dicit sancta sanctorū] In quod solus sacerdos semel in anno introibat. Secundū tabernaculū, Hierusalē coelestē significat. Aureū uero thuribulum, corpus Christi cū diuinitatis splendore, Arca uero, ipsa ecclesia secundum mysticū sensum, anima secundū tropologicū exprimitur, aut certe arca testamenti caro Saluatoris Christi animaduertitur, in qua manna diuinitatis inhabitat. Urna aurea] Humanitas Christi cū diuinitate. Virga Aaron regnū Christi significat, uel uexillū crucis, Tabulae duae testamenti. Cherubini] Plenitudo scientiae. Propitiatoriū] De q; propitiabatur dominus populo suo. Mystice propitiatoriū dñs Saluator exprimitur, qui est propitiatio pro peccatis nostris. Ministeria] Sacrificia. Semel in anno] Decima die mensis septimi secundum lunare supputationē, quae solennitas erat sanctificationū. Non sine sanguine] Sicut nō sine sanguine Christi nos redēpti sumus. Hoc significante spiritu sancto] Propterea ista ita cōstructa sunt in figurā Saluatoris nostrae salutis, q; uidelicet Christus pateret semel pro genere humano. Sanctorū uasa] Introeundi in coelū. Et iustitijs carnis] Carnalibus iustificationibus per circumcisionē. Nō huius creationis] Terrestri tabernaculi. Et cinis uitulae] Vaccæ rufae rosae carnis Christi. Qui per spiritū sanctū] Quasi per ignē quō modo hostiae prius ignē de coelo accipiebant. Ab operibus mortuis] Quae ducunt ad mortē, sicut si quis in lege mortuū rangeret, mundabatur. Earundē prauaricationū] Quae deleri nō poterant oblationibus prioribus. Vbi em̄ testamentū, mors necesse est intercedat testatoris] Animalis cuius sanguis testatur indulgentiā peccatorū. Poterat aliquis ex eo, quod mortuus est Christus, maxime nō credere promissiones eius, Paulus igitur exēpla ex cōmuni assumit consuetudine, quibus ostēdit tunc firmissimū esse testamentū, morte testatoris intercedere. Testamentū enim in mortuis cōfirmatū est, q̄a testamentū tunc firmū erit, postq; homo de hoc seculo migrauerit. Viuens uero quotiēs uoluerit mutabit, ut sequit. Alioqui nōdū ualet] Quia quādiu uiuit testator, potest imutare sententiā, & alios atq; alios hāredes ducere in hāreditatē suā. Vnde nec primū qdē] Tabernaculū. Sanguinē uitulorū & hircorū] Quia uterq; sanguis sanguinē Saluatoris significat. Cum aqua] Mystice baptismatis, uel aqua & sanguinē de latere Christi manantē significat. Et lana coccinea] Quae significat lenitatē charitatis Christi, qui passus est pro nobis, aut certe per lanā coccineā Christi passio designatur. Et hyssopo] Quae herba humilitatē Christi significat ac fortitudinē, qua interiora nostra purgantur. Ipsum quoq; librū] Deuteronomium.

Tabernaculū primū.

Candelabrum

Aureum thuribulum.

Cherubini.

Propitiatoriū.

Testamentum morte confirmatur.

Lana coccinea.

Hyssopus humilitatē Christi significat.

D 3 teronomium.

C teronomiū, quod significat Euangeliū cōsecratū sanguine Christi. Hic est fan-
 Math. 26 guis testamenti, sic & Christus dicit: Hic est sanguis meus noui testamenti. Va-
 sa ministerij significant ministros ecclesiæ. Sanguine] Fide passionis Christi
 asperfos. Non sit remissio] Ex aliqua parte. Exemplaria cœlestiū] Taber-
 naculū & uasa ministerij. His mūdari] Hostijs præteritis. Nā ipsa cœlestia]
 Philip. 3 Opera noui testamenti, siue cōuersamina, ut Apostolus dicit: Nostra cōuersa-
 Philosophia tio i cœlis est, quæ est uera Christianorū philosophia. Aliter: Cœlestia, id est ua-
 Christianorū sa. Sed in ipsum cœlū] Quasi quiddā tabernaculū. In sanguine alieno] Hir-
 corū, uitorū. Alioquin oportebat eū] Id est, si una eius oblatio mundū totū
 nō saluaret ante passionē eius & post passionē, oportebat eum pati ab origine
 mundi, dū per singulas generationes hoīes peccauerūt, quia semper habuisset
 quod redimeret, sed noluit nisi ut semel tantū passus mundum in cōsummatio-
 nē seculi liberaret. Secūdo] In die iudicij. Sine peccato] Sine similitudine
 carnis peccati, aut sine oblatione p peccato. Aliter: Sine peccato, expectatib⁹ se,

CAPVT X.



Mbram enim habens lex futurorū honorū, nō ipsam imaginē]
 S peciē ueritatis, umbra etenim fuit nō ueritas. Nā requiescebāt
 p peccata ad tēpus, nō remittebantur. Cōsummare] Perfectos
 facere. Nōne cessassent offerre] Non iterū offerrent, si per
 unā hostiā mundati essent, & quāuis nos nō cessemus offerre,
 tamen idiplum offerimus sacrificiū, nō aliū agnū hodie, alium
 cras offerentes. Cōmemoratio peccatorū] Cōmemorantur peccata, dū quo-
 tidie & per singulos annos hostia pro peccatis offerebatur. Nos uero in cōme-
 morationē dominicæ semel passionē quotidie nostræq; salutis offerimus. Im-
 possibile est enim] Si impossibile, cur ergo faciebant propter præfigurationē?
 Non enim ueritas sine præuentibus figuris uenire debuit. Introiens in mun-
 dum] Christus apprensus in carne. Hostiā] Viuā. Et oblationē] De uino
 & pane. Noluisti] O pater, Corpus aut perfecisti mihi] Corpus ad offeren-
 dum, quia hæc est hostia uiua deo placens. Tunc dixi] Dū tēpus fuit, ut aufe-
 rentur umbræ legaliū hostiarū. In capite libri scriptū est de me] In fronte Ge-
 neseos, ut: In principio creauit deus cœlū & terrā, Itē: In principio erat uerbū, &
 illud: Liber generationis Iesu Christi, & itē: Beatus uir, qui nō abiit in consilio
 impiorū. Vt faciā uoluntatē tuam deus] Vt corpus quod aptasti mihi pro ge-
 nere humano offerā, qā hæc est tua uoluntas. Aufert primū, ut sequēs statuatur]
 Ac si diceret, reprobatur uetus, & affirmatur nouū testamētū. Sedet in dextera dei]
 Ministrare. Quasi dominus, nā ministrare famulorū est. Contestatur aut spiritus sanctus
 nobis] Per Hieremiā, ac si diceret, quod dicimus, spiritus sanctus dicit: dixim⁹
 enim, qd consummauit in æternū sanctificatos, & hoc spiritus sanctus testat,
 quod in nouo testamēto nō recordabitur deus peccatorū. Postq; enim dixit]
 Ordo, dicit enim dominus: Dabo leges meas in cordibus eorū, & in mentibus
 eorū superscribā eas; & peccata eorū non recordabor amplius, postq; dixit: hoc
 est testamētū quod testabor ad illos. Vbi ergo horū] Peccatorū remissio.
 Iam nō sit oblatio] Quia nō oblatione quæ offerebatur in lege, sed sanguine
 Christi dimittuntur peccata. Hic ostendit distantia pontificis, & sacerdotis, &
 hostiarū, & tabernaculi, & testamenti, & repromissionis. Si quidē illa fuerūt tē-
 poralia, hæc aut æterna: illa formæ, hæc ueritas. Habentes itaq; fiducia] Pro-
 pter remissionē peccatorū, & quod cohæredes effecti sumus. Vnde nos plus ha-
 bemus fiducia per sanguinē Christi mūdari, quā illi qui carnaliter hostias of-
 ferebant. In introitū sanctorū] In introitū regni cœlestis, uel fidel. Quā ini-
 tiatū

A tiatū nobis] Consecrauit, eō quod ipse primus illa uia propria carne conscen-
 dit in cœlos. Viā nouā] Aut fidē Christi, aut introitū regni cœlestis. Asper-
 si corde à cōscientia mala] Quia fides sine operibus mortua est. Et abluti cor Iaco. 2
 pus] Sicut illi ablutiones carnales habebant. Nā foris lauramur aqua, intus autē
 spiritu sancto, ut: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c. Aqua Ioan. 3
 munda] Baptismatis aqua cōsecrata à benedictionibus. Cōfessionē spei in-
 declinabilē] Nō declinemus ab ea, dū uerū erit quod promissit, sicut Israelitæ, q
 declinabant. Fidelis enim qui promissit] Vt alibi fidelis dicitur, per quē uoca-
 ti estis. In prouocatione dilectionis] Vt unusquisq; alterū prouocet ad chari-
 tatē. Nō deserentes collectionē] Ecclesiā in qua collecti sumus in una fide.
 Sed cōsolamini inuicē] Dicentes: Breuis est tentatio, & longa remuneratio.
 Diē appropinquatē] Siue mortis, siue iudicij. Offerre deo hostiā] Scilicet le-
 galē secundū ueterē legē. Aut crux secunda nobis ultra nō est, huic autē simile
 est, quod in superioribus dixit: Impossibile est enim eos, qui semel sunt illumi-
 nati iterū renouari. Terribilis quædā expectatio iudicij] Si aut expectatio ter-
 ribilis est, quāto magis ipsa præsentia, quæ cōsumptura est aduersarios: non ita
 ut non sint, sicut aurū nō cōsumitur in igne, sed quod imundū est in eo. Com-
 munē æstimans] Putans nihil prodesse effusionē sanguinis Christi. Et spiri-
 tui gratiā cōtumeliā fecerit] Legales hostias offerens: uel non credens remis-
 sionē peccatorū per gratiā spiritus sancti. Mihi uindictā, & ego retribuā] Vin Deut. 32
 dictā, cōtumeliā spiritui gratiæ facienti. In manus icidere dei uiuentis] In pote-
 statē iudicij eius, q reddet unicuiq; secundū opera eius. Rememoramini igi-
 pristinos dies] Hoc dicit, ut perdurates in tribulationibus essent longanimes,
 sicut iā post acceptā fidē benefecerūt. Et in altero qdē obprobrijs] Vocibus.
 B Et tribulationibus] Martyrijs, pressurisq;. Spectaculū] Propter manifesta
 obprobria. Estis effecti] Ministrado tribulatis. Cōfidētia uestrā] Fortitudi Abacuc. 2
 nē fidei, & patiētia in tribulationibus. Nā iustus meus ex fide uiuit] Quia ui-
 ta corporis anima, uita anima fides est, à q siqs se subtraxerit, nō placebit deo. des est.

CAPVT XI.



St aut fides] In Abacuc speradarū rerū substantia. Nā qd uidet
 qs, qd sperat: Sed si qd nō uidemus speramus, p patiētia expe-
 ctamus. Speradarū rerū] Synecdochicōs hoc dicit, ab ifigni par-
 te fidē definiens. Nā fides est triū tēporū: credunt em præterita
 quod fuerint, præsentia qd sint, futura qd erunt. Fide Abel ma-
 iorē hostiā q; Cain obtulit deo] Meliorē. Abel pastor ouium
 erat, Cain uero agricola, sed Abel primitias ouiu deo offerebat, præspiciēs & cre-
 dens, quod Christus postmodū tanq; ouis ad occisionē duceret. Per quā testi-
 moniū cōsecutus est] Vt in Euagelio legit: A sanguine Abel iusti usq; ad san-
 Math. 23 guinē Zachariæ filij Barachiz. Testimoniū phibente muneribus eius deo]
 Quia ignis descendebat sup hostias eius, sicut dicitur: Respexit dñs ad Abel, &
 Gene. 4 ad munera eius, ad Cain uero nō respexit. Adhuc loquit, ut: Vox sanguinis fra-
 tris tui clamat ad me de terra. Fide Enoch] Propter fidē suā trāsferri meruit,
 credens quod Iesus postmodū in cœlū subleuāndus esset: ante trāslationē enim
 testimoniū habuit, ut est: Ambulauit Enoch cū dño. Et alibi: Et placuit deo ani-
 Gene. 5 ma eius. Quia est & ingrentibus se remunerator sit] In his duobus modis totū
 symbolū & plenā fidē habemus. Fide Noē] Credēs respōsum à deo acceptū.
 Aliter: præuidit nāq; ecclesiā nauigaturā p mare seculi huius, ad portū uitæ æter-
 næ. Per quā] Fidē. Cōdē nauit seculū] Peccatores, q nō meruerūt arca sal-
 uari. Fide q uocat Abrahā] Signatē ait, uocat, nō em sic prius uocabat quā-
 do obediuit

C do obediunt, sed Abrahā tunc noīatus est. Hæres] Noē. Institutus] Mundi hæres. Obediuit] Quando dictū est ei: Exi de terra tua. Expectabat enim fundamenta] Christū, & Apostolos, & Prophetas. Ciuitatē] Hierusalē cœlestē. Fide & ipsa Sara] Ecclesiā Gentium respexit de qua dicitur: Latere sterilis quæ nō parit. Propter quod & ab uno] Homine, ex Abrahā scilicet & Sara, ut: Erunt duo in carne una. Et hoc emortuo] Cōcupiscentia carnali. Iuxta fidē defuncti sunt] Qui usq; ad mortē fidē seruauerunt. Nō perceptis] Ante mortē repromissionibus. Et salutates] Dicētes: Beata tempora quādo hæc uentura erunt. Et siquidē illius meminissent] Terræ Chaldeorū, de qua exierunt, id est de Mesopotamia Syria. Nō pudet deū] Id est, nō confunditur deus uocari eorū deus, ut: Deus Abrahā, deus Isaac. Parauit enim illis deus ciuitatē] Hierusalē cœlestē. Fide obtulit Abrahā Isaac] Cū tentare tur, ut: Offer mihi filiū tuū Isaac. Triplex autē bonū fecit, quod filiū, & quod unigenitū, & repromissionē in q̄ accepit offerebat. Hoc autē factū est in figurā dei patris, filiū suū pro nostra salute offerentis. Vnde seqtur, quod eum in parabolā accepit, hoc est in similitudinē Christi morientis & resurgentis. Sic Christus ait: Abrahā uidit diē meū, & gauisus est. Fide etiā de futuris benedixit Isaac, spiritū præcognoscens, quod Iacob figurā Christiani, Esau uero Iudaici populi gerebat. Et adorauit] Iacob. Super fastigiū uirgæ eius] Significans qd reges futuri essent adorandi ex genere Ioseph, scilicet ex Ephraim, ut Iosue fili⁹ Nun, mystice designans regnū Christi in fine seculi adorādū, sicut ipse uirgā filij sui adorauit. Aliter, in hoc loco qdā frustra simulant adorasse Iacob summitatē sceptri Ioseph, quod uidelicet honorās filiū potestatē eius adorauerit, cū i Hebræo multo aliter legatur: Et adorauit, inquit, Israël ad caput lectuli sui, quod scilicet postq̄ iurauerat ei filius, securus de petitione quā rogauerat, adorauit deū cōtra caput lectuli sui. Sanctus quippe deo deditus, & oppressus senectute, sic habebat lectulū suū positū, ut ipse iacentis habitus absq; difficultate ad orationē esset paratus. Et de ossibus suis mādauit] Vt: extolletis ossa mea hinc uobiscū. Mystice ossa Ioseph ex Aegypto ad terrā repromissionis translata, significāt Christi mādata ex Iudaicis in Gētes exitura. Fide Moyses natus, occultatus est mēsi bus tribus] Significat Christū occultatū ab Abrahā usq; ad Dauid; primus emē mensis est: dehinc secundus mensis à Dauid usq; ad transmigratiōē Babylonis; tertius uero est à transmigratiōe Babylonis usq; ad aduentum Saluatoris. Improperiu Christi] Vel tribulationes pati pro Christo, uel in figurā inferiorū Christi, qd enim postea Christo euenit, ille sustinebat. Remuneratiō nē] Mercedē à Christo. Fide celebrauit pascha] Per agnū nanq; cū populo intellexit Christū uerū agnū, de q̄ dicitur: Etenim pascha nostrum imolatus est Christus, Præuidit nanq; quod hi q̄ in crucifixū crederēt, in futuro uindicta carerent. Ne qui uastabat primogenita] Id est, Angelus. Sic diabolus uastator est, à q̄ liberamur per sanguinē Christi. Fide prædauerūt Aegyptios, q̄ crediderūt se iterū i Aegyptū nō reuersuros. Fide muri Hiericho] Hiericho defectio, uel luna interpretat, figurā mūdi tenēs. Septē uero tubas, septē epistolas apostolicas intelligimus, in q̄bus septiformis spiritus sancti gratia, doctrināq; intonat. Per septē uero muros, septē principalia uitia designant. Fide Raab] Quæ significat ecclesiā Gentium, suscipiens exploratores, id est doctores catholicos, uel ut alij dicunt, Petrum & Paulum, seu duas leges. Deficiet enim me tempus] Aut hyperbolica locutio est, aut tempus destinatum, quod ad hanc scribendā epistolam in corde suo proposuit. De Gedeon] Id est, quid adhuc dicam

Isaac immolatio.

Esau Iudaici populi typus.

Iacob uirgam adorat.

Ossa Ioseph mystica.

Tres menses.

1. Corinth. 5

Hiericho.

A dicam de Gedeon cum trecentis uiris. Barach] Pugnante simitū cū Debbo, Iud. 5
 ra prophetissa contra Sisaram Chananaū. Iepte] Offerente filiā suā cōtraq;
 Moab pugnante. Obturauerāt ora leonū] Vt Daniel, & Samson, & Dauid,
 quando pastor ouium fuit. Extinxerunt impetū ignis] Vt tres pueri in camī
 no ignis. Effugerunt aciem gladij] Sicut Dauid aciem gladij Saulis effugit.
 Conualuerunt de infirmitate] Vt Ezechias. Castra uerterunt exteriorū]
 Vt Gedeon, & Ezechias, cateriq;. Acceperūt mulieres de resurrectione mor
 tuos suos] Vt Helias suscitauit filiū uiduæ Ionam, & Helisæus filiū Samaritis.
 Alij autē distenti sunt] Cruciatī sunt, ut Machabæi. Non suscipientes] In
 presenti uita. Alij uero ludibria & uerbera experti] Vt Hieremias. Insuper
 & uincula, & carceres] Vt Ioseph. Lapidati sunt] Vt Naboth. Secti sunt]
 Vt Esaias. Hæc per syllepsin dicuntur, quia, uerbi gratia, nō multi secti sunt, sed
 unus tantū, id est Esaias. Tentati sunt] Vt Iob, & Tobias. In occisione gla
 dij mortui sunt] Vt Zacharias filius Ioiadæ sacerdotis, qui occisus est inter tē
 plum & altare. Circūferunt in melotis] Vt Helias & Ioannes, alijq; multi.
 Est autē melota pellis caprina ex uno latere dependens, qua monachi utuntur
 Aegyptij. Quibus dignus nō erat mundus] Præsens uidelicet mundus, pro
 pter spem supernæ gloriæ. Non acceperunt promissionem] Donec aduenit
 Christus. Ne sine nobis consummarent] Hoc est, ne ante nos in regnū dei,
 cœlestemq; cœnam exirent, donec omnes in nouo exiremus.


Iud. 5

Melota

CAPVT XII.

Deoq; & nos] Hucusq; de fide locutus est, nūc de prædicatione incipit. Tantā habentes nubem] Multitudinē, uel collectionem. Testiū] Patriarcharū & prophetarū. Deponentes omne pondus] Peccati. Non enim quisquā bene currit cū onere graui. Per patientiā curramus] Per uia, scilicet mortē militijs mandatorū transcurrētes. Certamen] Tribulationū, pressurarūq; in presenti constitutarum. Ne fatigemini] Ne in tentationibus lassescatis. Nondū enim usq; ad sanguinē restitistis] Hoc est, nondū sanguinem uestrū in martyrio effudistis. Fili mi nolī negligere] Hoc per Solomonem dicitur. Disciplinā domini] Tribulationē, cuius participes facti estis] Scilicet diaboli. Omnis autē disciplina] Omnis à deo saluberrima correctio. Fructū pacatissimū] Aeternæ uidelicet mercedis, Remissas manus] Pigras ad bene operandū, atq; laxatas. Et soluta genua] Propter cōfessionē infirmā. Erigite] In bonū opus. Gressus rectos] Opera recta. Pedibus uestris] Sensibus. Vt non claudicans quis erret] Inter deū & idolū, ut aliquid quando deū, aliquid quando idolū adoret, sicut qui claudicatis in me & Baal. Neq; radix amaritudinis] Alicui⁹ peccati. Sursum germinās] Id est, i superbā crescens. Ne quis fornicator] Esau enim fornicator fuit: nā cōtra præcepta patris de alienigenis, id est de infidelib⁹ Heth uxore accepit, & iura primogeniti causa gulæ uēdidit. Qui ppter unā escā] Lenticulā, uendidit primitias suas. Ille autē propter unā escā uendit primitiua, q̄ animæ suæ uirtutes fornicatione pdit. Nā sicut p unā escā unius diei esuries reficit, sic & p fornicationē unius horæ reficitur desideriu. Vnde & Solomon preciu scorti pani comparauit. Nō enim inuenit locū poenitentia] Recte poenitentia non inueniunt lachrymā, quæ cū sa superbia & inuidia fuere. Non enim accessistis] Ac si dicat, non ad uisibile & palpabile lumen accessistis, sed ad inuisibilem & incōprehensibilem deū. Ignē & turbinē] Hæc oīa fuerūt in mōte Sinai. Et tubæ sonū] Id est, angelice

B



Proverb. 9

Primitiua uendere propter escam. Panem esse in mercedem meretrici.

C lica uocis. Exterritus sum] Corde. Et tremebundus] Corpore. Ad Sion
 montem] Ad presentem ecclesiam. Et ecclesiam primitiuorum] Aposto-
 25 lorum, qui primi deo crediderunt. Melius loquentem] Quia sanguis Abel
 accusabat, sanguis uero Christi redemit. Item ut est illud: Pater dimitte illis, quia
 Luc. 23 nesciunt quid faciunt. Nerecusetis loquentem] Christum. Cuius uox mo-
 25 uitterram] Montis Synai. Tunc] Quando lex data est. Nunc autem] In
 25 nouo testamento. Repromittit] Commouere terram coelumque. Dicens]
 25 In Aggae propheta. Et ego mouebo] In die iudicij. Ut maneant ea] Spe-
 25 cimina meliora creaturarum. Habeamus gratiam] Noui testamenti, remis-
 25 sionisque peccatorum. Ignis consumens] Peccata comburens.

CAPVT XIII.



25 Ementote uinctorum] In uestra misericordia. Tanquam in
 25 corpore] Forsitan hac eadem patiemini. Honorabile conu-
 25 bium] Matrimonium legitimum in domino cum pudicitia fi-
 25 at. Et thor] Lectus. Immaculatus] Sine fornicatione.
 25 Contenti presentibus] Ut nolite cogitare de castino.

Hodie & heri

25 Praepositorum] Doctorum uestrorum. Iesus Christus he-

25 ri & hodie] Ac si dicat, ante secula, & in secula, & post secula semper perma-
 25 net, ut Propheta dicit: Tu autem idem ipse es, & annitui non deficient. Et pere-

25 grinis] Antea non audistis. Abduci] A uera doctrina separari. Quam escis]
 25 Hostijs legalibus, seu peruersis doctrinis. Habemus] Nos fideles. Altare]

D Prater altare Iudaeorum, unde corpus & sanguinem Christi participamus.

25 Qui tabernaculo deseruiunt] Veteris uidelicet legis. Exeamus itaque ad eum
 25 extra castra] Despicientes presentia, & amantes futura. Improperium eius]

25 Crucem & passiones uarias. Hostiam laudis] Ut immola deo sacrificium lau-
 25 dis. Fructum labiorum] Quasi uitulum deo offerentes. Et comunio]

25 Largiendae elemosynae. Promeretur deus] Ut nobiscum sit deus. Quasi
 25 rationem de animabus uestris reddituri] Ut: Quorum animam & sanguinem de

Exech. 3 manu uestra requiram, dicit dominus. Deus autem pacis] Deo hoc adiun-
 25 gitur, quia aliquid dissensionis habuerunt. Pastores] Ut: Ego sum pastor bo-

25 nus. Testamenti aeterni] Non enim aeternum erat uetus testamentum. Aptet
 25 uos in omni bono] Faciat uos aptos esse in omni bono. Facies in uobis, quod

25 placeat coram se] Ut: Non uolentis, neque currentis, sed miserantis dei est. Ut
 25 sufferatis] Ut auidamente suscipiatis. Verbum solatii] Id est, rectae praedi-

25 cationis, quod solatium uestris animabus praestat. Cognoscite] Illi uos be-
 25 nefacientes. Demissum] A me ad uos missum. Videbo uos]

Id est, conuersationem uestram per ipsum intelligens.

25 Salutant uos de Italia] Hic euidenter
 25 ostendit, quod hanc episto-
 25 lam Romae scri-
 25 pserit.

COLLECTANEORVM IN EPISTOLAM
 PAULI AD HEBRAEOS FINIS.

הלא זהו דבר נאש ואם יתרה
נפשו שיפוצו סלע

הוא שיהיה כגון
הוא שיהיה כגון
הוא שיהיה כגון



Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit do-
minus, & quasi malleus conterens petram?

EXCVDEBAT BASILEAE HEN-
RICVS PETRVS, MENSE
MARTIO, ANNO
M. D. XXVIII.

